

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in  
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Index - Omnium rerum in unversali thelogia

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

A.

Index  
omnium rerum in Universali Theologia  
quatuor Tomis distincta  
contentarum.

A.

<sup>Propheta,</sup>  
Abdias, <sup>quis, et quo tempore vixerit,</sup> To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1.  
c. 4. num. 528. <sup>Quid prophetia ipsius contineat,</sup> ibid.  
num. 529.

Abjunctio animi dicitur, quae quis vellet boni terrenis perpetuo  
fieri; ad inauriam salutis pertinet, To. 3. Tr. 6. part. 3.  
c. 2. §. 2. num. 350. Est de se peccatum mortale,  
ibid. n. 351.

Abortus est ejectio praematura foetus, quem mulier in utero  
gestat. Is dupliciter intendi potest, directe nimirum  
et indirecte: directe, ut si mulier sumat potionem eo  
fine, ut utero sui foetum disperdat; indirecte, si aliquis  
faciat, unde per accidens sequi possit ejusdem foetus ex-  
tinctio, To. 3. Append. ad Tract. 5. part. 2. c. 2. §. 5. n. 548.

Quaelibet uterum gestanti sub mortali non licet abor-  
tum procurare, etiam foetu nondum animato, quam-  
vis aliter honori suo consulere non possit, ibid. n. 549.  
Nec licet matri, quamvis alioquin versetur in certo mor-  
tis periculo, praebere medicinam de se tendentem ad  
procurandum nun abortum, sive foetus jam animatus sit,  
sive non, ibid. n. 550. Licet tamen est matri  
agrotanti ponigere medicinam ex se urativam matris,  
et non ordinatam ad procurandum abortum, quando  
aliter matri succurrere non potest, et certum est foetum  
nondum esse animatum, etiamsi inde abortus timeatur.  
At vero non licet matrem vivam seare, ut infanti hu-  
curatur, nisi probabiliter speretur futurum, ut ma-  
ter vivat, ibid. n. 551. Porro quo tempore foetus  
in utero animari incipiat, varia sunt Medicorum sen-  
tentia, ibid. n. 552.

Lui ex intentione sive directa,  
sive interpretativa et indirecta abortum foetus animati  
procurant, subjacent excommunicationi; sed si foetus  
nondum sit animatus, ibid. n. 553. et 554.

Abrogatio legis est antiquatio legis secundum omnes sui par-  
tes. a Derogatione legis in hoc differt, quod haec sit tan-  
tum legis immunitio, illa vero totius legis abrogatio,  
To. 3. Tract. 2. part. 2. c. 1. Sect. 5. §. 4. num. 258.

Absolutio est forma Sacramenti poenitentiae, seu Sentes-

C. Partier Theol. Tom. IV. (A)

stia, quâ Sacerdos tanquam Juxta à Christo institutus pec-  
 catorem confesum, contritum, et Satisfacere paratum  
 absolvit à vinculis peccatorum. Absolutionis nomen  
 desumptum est maxime ex his Christi verbis ad Apostolos  
 et eorum in Sacerdotio Successores, Matth. c. 18. Quaecumque  
Solveritis p. To. 4. Tr. 5. c. 5. num. 290. Tribus modis expri-  
 mi potest absolutionis Sacramentalis forma, scilicet Judi-  
 cativè, absolve te; Deprecativè, Quasumus Domine,  
absolve; et Imperativè, absolvatur p. qui postremus  
modus ad indicativum refertur, ibid. §. 1. n. 291. forma  
 Sacramenti poenitentiae seu absolutio essentialiter exprimi  
 debet verbis propriè dictis, ita ut nulla sit absolutio nuti-  
 bus vel scripto data, ibid. n. 292. Solv. ob. ibid. n. 297. et  
298. Essentialiter et ex institutione Christi exprimi de-  
 bet verbis indicativis, ita ut nec unquam fuerit, nec possit  
 esse deprecativa: porò preces, quae formam absolutionis vel  
 procedunt, vel sequuntur, in brevioribus confessionibus  
 et in magnò poenitentium concursu omitti possunt sine  
 peccato; satis proinde tunc est dicere Domine noster  
Jesus p. quae verba sine urgente ratione omitti non debent,  
 ne forte poenitentem occultam censuram incurrat; ubi si  
 poenitens sit laicus, omittitur vox hypothesis, ut pote  
 cujus ipsa incapax est. Urgente autem mortis periculo, sic  
 breviter absolvendus erit: Ego te absolvo ab omnibus censu-  
ris et peccatis, p. ibid. n. 293. et seq. Solv. ob. n. 299. et seq.  
 Quoniam Sacerdotes tam ligandi quam Solvendi potesta-  
 tem à Christo acceperunt, non omnibus indiscriminatim  
 absolutionem concedere debent; temerè proin' contra Dei  
 et Ecclesiae leges se gereret Sacerdos ille, qui noxios facilius  
 quam par est, Solveret. Hinc talis Confessarius reus est apud  
 Deum violati Sacramenti; ejusmodi autem Confessariorum  
 paravitatio est Ecclesiae summa noxia, et ipsismet poeni-  
 tentibus perniciosissima, ibid. §. 2. n. 306. causa hujusmodi  
 nata indulgentia sunt praecipue sequentes, insidia, negli-  
 gentia, naturalis compassio, timor mundanus, ibid. n. 307.  
 Galuntur ii, qui putant primis Ecclesiae Saculis et discipli-  
 nae rigore graviorum criminum reus poenitentia etiam per-  
 fectis à celeberrimis Ecclesiis Romanae scilicet, Carthagi-  
 nensi et Hispanicae denegatam fuisse absolutionem, ibid.  
n. 308. His differenda est absolutio, quae praecipua Catho-  
 lica Religionis mysteria, aliisque ad Christianè vivendum  
 necessaria ignorant: Similiter absolutionis indigni sunt,  
 qui saepius admoniti liberos aut domesticos suos eisdem fidei  
 aut morum rudimentis imbuere negligunt, ibid. n. 309.  
 Absolutio denegari debet iis, qui artes profitentur illicitas,  
 et qui artibus per se licitis utuntur ad illicita, ibid. 310.  
 item iis, qui cum proximo secretas vel publicas exercent ini-

munitias, nequeuntque reconciliari, vel qui, cum ad alie-  
 rum detineant, aut proximi famam laeserint, restituere  
 vel satisfacere detraunt. Idem est de iis, qui debita solva-  
 re negligunt, unde creditores grave damnum patiuntur; aut  
 qui nimio vestium ornatu, lusu, et aliis superfluis sumptibus  
 debita contrahunt, quibus solvendis pares non sunt. Huc eti-  
 am referri possunt ii, qui aliis gravi sunt scandalo, illudque  
 removere nolunt, ibid. n. 311. Ab absoluteione etiam  
 excludi debent ii, qui proximas peccandi occasiones deserere  
 nolunt, ibid. 312. Absoluteione item indigni sunt ii, qui con-  
 tinuo in eadem peccata mortalia recidunt, ibid. n. 313. Eis  
 quoque jure denegatur, qui in ipsa peccatorum suorum decla-  
 ratione minus sincere videntur, vel qui praescriptam et pec-  
 catis convenientem satisfactionem adimplere recusant, ver-  
 bo, qui nulla, aut insufficientia demonstrant conversionis  
 signa, ibid. n. 314. vid. Casus reservati: Absoluteio  
 impedienda est moribundo subito obmutescenti, qui pri-  
 us vel coram Sacerdote, vel coram aliis, ex quibus Sacerdos  
 id venire potest, signa doloris, utu, suspirio, p. dederit,  
ibid. §. 3. n. 316. Excommunicatus aut peccator publicus,  
 vel in ipso criminis actu, v. g. duello, ebrietate, p. senibus  
 destituitur, nec ullo signo dolorem suum manifestare potest,  
 absolvendus non est, ibid. n. 317. Infirmis in ultimo  
 vita discrimine positis, et absoluteionem sacramentalem  
 petentibus, cum primis Christiana religionis laudis Eulogia  
 nunquam denegavit, ibid. n. 318. et 319. Probabiliter con-  
 cedenda est absoluteio ei, qui Christiane vivit, sed subito  
 in extremis positus nullum doloris signum edere potest,  
ibid. n. 320. et seq. Solis Episcopis et Sacerdotibus, non  
 vero Diaconis, nec laicis data est à Christo potestas absolve-  
 di à peccatis, ibid. c. 6. §. 1. n. 325. Idem. ibid. n. 326. et  
seq. Absoluteio à censis. vid. Censura!

Abstinencia est virtus moralis, qua iuxta rectam ratio-  
 nem, supple, et legem divinam, moderatur appetitum  
 et usum ciborum oblectantium, atque etiam potationis  
 inebriantis, To. 3. Tr. 5. proem. §. 3. n. 10. vid. Jejunium.

Anatholici seu Protestantes veterum Haereticorum errores  
 ab Ecclesia dudum damnatos renovant et tuentur, sicut  
 Simonianorum, Valentinianorum, Eunomianorum,  
 Novatianorum, Donatistarum, Arianorum, p. To. 1.  
Tratt. 3. c. 2. §. 2. n. 106.

Auepsio dicitur, cum quid ornatus causa alteri rei adicitur, ut si  
 quis alienam domum pinxerit; si partem aliquam toti ad-  
 diderit, ut ansam vasi, pedem statuae; tunc auepsionis jure  
 adjectum cedit dominus rei; si tamen ornamentum rem, cui  
 adjectum est, pretio longè superet, ornamentum habebi-

4

tur pro principali, et ad eum pertinebit, à quo prodit, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 167.

Acedia late sumpta est quodvis tadium seu animi remissio in exercitiis virtutum, ob laborem seu modestiam ac difficultatem adiunctam. Est peccatum mortale vel veniale, prout ex illa visatur proceptum in re gravi vel levi. Strictè sumpta est tristitia et tadium de divina amicitia apprehensa, ut mala propter adiunctam difficultatem illius obtinenda et conservanda per laboriosa virtutum exercitia, et illicitarum voluptatum fugam. Est vitium speciale et per se mortale, To. 3. Tr. 6. part. 3. c. 1. §. 7. n. 323.

Illius filia sunt Molitia, quæ quis odit bona spiritualia, et vult ea non esse; aut quæ ipsum poenitet bonum seipse, aut quæ contemnit Dei beneficium, ob difficultates in Dei obsequio superandas: est ex genere huius mortalis: Superfluitas. Deperatio. Rancor. Torpor. Evagatio mentis in oratione aliisque exercitiis spiritualibus, ibid. n. 324. Quædam Acedia remedia sunt oratio; omnia religionis et pietatis exercitia; quotidiana meditatio rerum coelestium, laborum ac passio- nis Christi et Sanctorum, perfectionum ac beneficiorum Dei, pa- miorum fervida charitatis, laborum brevitas, æterna beatitudi- nis, teporis, damnorum, p. lectis librorum spiritualium, quo- tidiana Missa auditio, sequens confessio et communio cum debitis dispositionibus, temperantia, fuga otii, maceratio- nes carnis, p. ibid. n. 325.

Achaz Rex Juda, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1. c. 2. n. 243.

Acolytatus est ordo, quo datur potestas ministrandi Subdiacono et Diacono in Missa Sacrificiis; Acolytus enim secundum vim græci nominis est famulus ac veluti pedisequus. Acolytatus materia est traditio scrophæalis cum cereo, necnon ureolis- rum vauorum; forma verò sunt verba, quæ profert Episco- pus seu Orator, cum illa instrumenta porrigit, To. 4. Tr. 7. part. 1. c. 7. §. 5. n. 106. Tria numerantur Acolyti officia; præcipuum est parare vinum et aquam in ureolis, quos deinde exhibet Subdiacono; deferre lumina, dum Evangelium solemniter cantatur à Diacono; luminaria Ecclesia auferre et afferre. Antiquitus tanquam fidei Episcoporum mini- stri, eorum epistolas et mandata perferbant; eulogias eti- am ad absentes deportabant, p. ibid. n. 107. Acolytatum esse Sacramentum affirmat S. Thomas et alii; negant alii, ita ut hæc negans sententia videatur communior evasisse, ibid. c. 8. §. 10. n. 104. et seq.

Actus humanus. Actus humani sunt aternitatis semina, in quantum sunt media, quibus Dei creaturae rationalis ulti- mi finis, possessio comparari potest, To. 3. Tr. 1. Orat. n. 2. Nomine Actus humani generatim intelligitur actus, quæ fit

ab homine. Tripliciter sumitur, 1<sup>o</sup> late et pro eo actu, qui  
 nec liber est, nec voluntarius, 2<sup>o</sup> Strictius pro eo, qui voluntarius  
 est, sive liber sit, sive non, 3<sup>o</sup> Strictissime pro omni et solo  
 actu libero, qui definitur actus ab hominis voluntate delibe-  
rata et libere procedens; talisque actus proprie actus huma-  
 ni nomine apud nos venit. ibid. n. 3. Actus humanus  
 vel immediate a voluntate procedit, et dicitur slicitus;  
 vel mediate tantum, et vocatur imperatus; uterque est  
 actus moralis bonus sicut vel malus; Bonus alius est na-  
turalis, alius supernaturalis: Supernaturalis alius est me-  
ritorius de condigno, alius de congruo: item actus huma-  
 ni alii sunt interiores, exteriores, alii. ibid. n. 4. Prin-  
 cipia actuum humanorum sunt ea omnia, qua quovis  
 modo concurrunt ad actus humanos efficiendos: alia sunt  
interna alia externa; interna item alia sunt congeni-  
ta, ut intellectus, voluntas, et libertas; alia acquisita.  
 Intellectus et voluntas non spectantur hic prout specta-  
 tive et simpliciter intelligunt, sed prout hoc faciunt prac-  
 tice et in ordine ad mores: unde hic intellectus est facultas  
 cognoscitiva spiritualis directrix actuum humanorum ad  
 honestatem per Synteresim et conscientiam: voluntas  
 vero moralis est facultas bonum prosequens, prout sibi ab  
 intellectu propositum est: acquisita sunt ea, qua studio  
 et labore comparantur, ut habitus, ibid. n. 5. et 6. Pro-  
 prietas actuum humanorum sunt tum quedam eorum attri-  
 buta, ut malitia et bonitas, tum ea, qua bonitatem et  
 malitiam sequuntur, ut meritum et culpa, ibid. n. 7. et 8.  
Voluntarium: Actus humanus considerari potest du-  
 pliciter, in genere nature seu quoad esse physicum, ut ajunt,  
 et in genere moris, seu quantum ad esse morale: priori  
 modo spectatur secundum suum esse physicum seu en-  
 titatem suam; in genere moris vero spectatur secundum  
 libertatem, et bonitatem vel malitiam moralem  
 necnon capacitatem laudis vel vituperii, premii vel  
 poene, ibid. c. 3. S. unic. n. 142. Bonus moralitas ac-  
 tus humani essentialiter posita est in relatione vel con-  
 formitate, vel deformitate, vel indifferentia objective ad  
 regulas morum: unde actus moralis recte definitur actus  
 conformis vel disformis regulis morum, aut ab eis permisus,  
ibid. n. 143. Principia moralitatis actus humani  
 sunt ea omnia, per qua fit, ut actus humanus sit bonus  
 vel malus, vel indifferens. Ea vero sunt tria, 1<sup>o</sup> Objectum,  
 quod est res seu persona, qua primo et per se ab actu attri-  
 bitur ea modo, qui recte rationi est consentaneus aut dissen-  
 tanens, adeoque quod moraliter duntaxat, non physice  
 attingitur; illud etiam potest esse intrinsece et ex na-

6  
tura sua rationi conforme, ut amor Dei; sicque est invariable, atque semper bonum; semper malum vero, si ex natura sua sit rationi difforme; aut extrinsece tantum et velle-  
gis positiva, ut jejunium; atque sic aliquando bonum, et aliquando malum ex circumstantiis evadere potest. 2<sup>o</sup> Circumstantia. 3<sup>o</sup> finis, nimirum ex ordine, quem actus humani ad objectum, circumstantias, et finem dicunt, sunt morales, hoc est, boni aut mali, aut indifferentes. ibid. n. 144. Circumstantia actus est avidens quoddam moraliter afficiens actum humanum jam constitutum in suo esse tum physico tum morali. Illius septem sunt species hoc versiculo expressa: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. ibid. n. 145. Vid. Peccatum. Licet finis sit una ex procedentibus circumstantiis, voce cur expressa, tamen de eo specialiter agunt Theologi, quia precipue movet in actione, et ab eo potissimum desumitur moralitas actus. Ceterum finis nomine hic non intelligitur finis operis, is enim non distinguitur ab objecto; sed finis operantis, qui intrinsece vocari solet, ibid. n. 146. Vid. Finis. Specifica humanorum actuum moralitas sumitur ab objecto moraliter spectato. rectius aliquibus videtur dici, actus humanos moralitatem suam habere non tam ab objecto, quam a modo in illud tendendi; ita ut bona sit actio, qua modo rationi consono objectum attingit, mala vero qua seius. ibid. n. 147. Solv. ob. ibid. n. 184. et seq. Moralitas actuum humanorum desumitur etiam ex circumstantiis, ibid. n. 148. Circumstantia alia sunt, que dant actui primam et essentialem speciem in genere moris, tuncque non manent circumstantia, sed induunt rationem objecti: alia vero supponunt in actu aliquam speciem ad mores pertinentem, haeque proprie vocantur circumstantia, ibid. n. 149. Circumstantia item alia sunt formales, scilicet, que se tenent ex parte actus, ut intentio, remissio, libertas, metus, p. in actione: alia objective, que se tenent ex parte objecti, ut major vel minor quantitas facti, circumstantia loci, persona, circa quam aliquid agitur, ibid. n. 150. Iterum circumstantia sive formales sive objective duplicis sunt generis; alia mutant speciem actus, que scilicet actui morali addunt, dant, vel auferunt moralitatem specie diversam ab ea, quam ab immediato objecto suo desumit: alia non mutant speciem actus, que scilicet augendo vel minuendo afficiunt objectum sub eadem moralitate, quam ex natura sua habet; valde aggravantes vel minuentes nuncupantur, ut sunt intensio, remissio, quantitas, duratio, p. circa durationem Confessarii tenentur solliciti interrogare poenitentes, ibid. n. 151. Circumstantia, que speciem physice non mutant, possunt eam mutare theologicis et demeritorie: sic furtum magnum et parvum, licet non differant specie physica, nec morali absoluta, differunt tamen theo-

logie et demeritorie, quatenus factum grave meretur gratia et gloria privationem, non autem lere, p. Hinc tales circumstantie in confessione aperiri debent, p. ibid. n. 152. sol. ob. ibid. n. 188. et seq. Moralitas specifica actuum humanorum etiam desumitur a fine operantis, ibid. n. 153. Actus malus non desinit esse malus, etiam in finem bonum referatur, ibid. n. 154. Tres sunt moralitatis species, indifferentia, bonitas, et malitia: primam lex permittit, alteram imperat, tertiam prohibet, ibid. n. 154. Actus indifferens est ille, qui nec bonus nec malus est; dupliciter consideratur, vel in specie, vel in individuo: prior est actus spectatus in genere et comparate ad objectum tantum, abstractendo a fine et ceteris circumstantiis; actus vero humanus spectatus in individuo est actus prout a parte rei ponitur, et comparate ad objectum, finem, et omnes circumstantias, ibid. n. 155. Certum est dari actus humanos, qui secundum objectum, ac prout in se, et secundum speciem sunt indifferentes; sed de actibus in individuo non ita constat, ibid. n. 156. Sunt qui affirmant, ibid. n. 157. alii negant, ibid. n. 158. quorum sententia probabilior et in se praestantissima, necnon acrius pie anima iuvandissima est et suavissima, ibid. n. 166. Ad hoc sufficit, ut actio ex motivo aliquo cuius virtutis fiat, ibid. n. 167. enimvero ut talis actio sit ex omni parte bona, non requiritur, ut ad Deum propter se directum referatur, sed ut fiat ex motivo charitatis etiam intellectum referatur, seu ut fiat ex motivo charitatis etiam intellectus stricte sumpta; imo sententia, quae hanc relationem requirit, falsa est et erronea, ibid. n. 168. sol. ob. ibid. n. 190. q. quid. Enciclit. 17. n. 304. et seq.

In actu, qui bonus est objective, malus vero ratione finis, unica moralitas reperitur, scilicet malitia finis, quae in ejus objectum redundat, illiusque moralem bonitatem omnino destruit; si vero in eo occurrat aliqua distantia circumstantia, quae venialiter mala tantum sit, hoc actui bono tota, quae venialiter non aufert, nec omne meritum delet, ibid. n. 170. Unus idemque actus potest habere simul duas bonitatis aut malitiae species, unam ex objecto, alteram ex fine, ibid. n. 171. Actus exterior per se non auget bonitatem aut malitiam actus interni, bene autem per accidens, ibid. n. 172. et seq. sol. ob. ibid. n. 193. Inutilis et inane philosophica questio videtur ea, qua queritur, utrum malitia actus peccaminosi sit quid positivum aut privativum, p. ibid. n. 178. Idem unusquisque actus potest habere spe moraliter bonus et malus, et e contra, ibid. n. 179. Id, qui e duobus, quae simul concurrunt, preceptis, graviori neglecto, sciens et volens, minus observat, dicitur actum simpliciter malum, ibid. n. 180. Circumstantia moraliter mala cum antecedenter in actum influat tanquam causa ipsius, ibidem totum vitiat; si vero sit tantum venialiter mala, et concomitantur distantur actioni de se bona et in bonum finem

P. 1. m. 83. pag. 9.



9  
directa in operis Deum vel adveniat. Actus tamen intrinse-  
cè et ratione objecti mala non potest ubi circumstantia co-  
honestari, ibid. n. 181. Ad malitiam moralem actus humani  
ex parte operantis nec actualis malitia cognitio, nec dubium  
de malitia, nec denique reflexio ad malitiam actus requiritur,  
ibid. n. 182. Opinio, quæ aperit nusquam peccari, nisi ad-  
sit actualis cognitio malitiae operis, quod agitur, aut actualis  
ad illam reflexio, impia est, ibid. n. 183. Actuum huma-  
norum regula duplex est, externa sibi et interna:  
prior est Lex sive divina sive humana; posterior vero  
Synteresis et conscientia nunquam, ibid. c. 4. n. 198. [200].  
Conscientia, Synteresis, Lex:!

Actus fidei duplex est, internus, et externus, To. 3. Tr. 8. part. 1.  
c. 5. §. 3. n. 105. Internus fidei actus definitur firmus men-  
tis assensus rei revelata ab Ecclesia proposita propter primam  
veritatem revelantem. Quinque numerantur actus ad hunc  
assensum prærequisiti, ibid. n. 106. quorum tres naturali-  
ter alii possunt, ibid. n. 107. duo vero Supernaturaliter  
dumtaxat, ibid. n. 108. actus internus fidei est tum neces-  
sitate mediæ tum necessitate præcepti omnibus adultis ne-  
cessarius, ibid. n. 112. Actus interni fidei objectum mul-  
tiplex est: quid omni tempore credendum fuerit sibi, ibid. n. 113.  
quid ante Evangelium credendum necessarium fue-  
rit, ibid. n. 114. quid post Evangelium, ibid. n. 115. quibus tem-  
poribus præcipuum obliget actus internus fidei, ibid. n. 116.  
Extat præceptum credendi externum fidei actum, ibid. n. 117.  
non est per se necessarius nisi necessitate præcepti; per acci-  
dens tamen potest esse necessarius necessitate mediæ, ibid. n.  
118. Præceptum actus externi fidei, seu fidem externam confi-  
tendi aliud est affirmativum, negativum aliud, ibid. n. 119.  
præceptum confitendi externam fidem quando obliget, ibid. n.  
120. quando per omissionem actus externi fidei honor Deo  
debitus subtrahi censeatur, ibid. n. 121. Item utilitas proxi-  
mo impedienda quando per omissionem huiusmodi actus subtra-  
hi censeatur, ibid. n. 120. Nullo in casu licitum est fidem  
externam negare, ibid. n. 123. nec falsam simulare religio-  
nem, ibid. n. 124. et 125. Nunquam licet venam hæreticam  
sumere. Interepe communionibus vel consortiis hæreticorum,  
cum adest periculum subversionis vel scandali, vel etiam id  
censetur defectivum à verâ fide, nunquam licet; neque sermo  
uti vestibus vel aliis signis, quæ solum adhibentur ad professio-  
nem vel exercitium falsæ religionis; nec legere hæreticorum  
libros de fidei controversiis tractantes, ibid. n. 126. Christiano  
licet fugere vel se occultare tempore persecutionis, si ex eius  
fugâ nullum fidei detrimentum vel scandalum in alios oria-

tur, ibid. n. 127. Huius fuga tamen illicita est ei, cuius presen-  
tia necessaria est ad alios in fide confirmandos, ibid. n. 128.  
[vid. Gides.]

Actus Spei est adultis necessarius ad salutem necessitate medi-  
et certis quibusdam temporibus necessitate precepti, To. 3. Tr. 3.  
part. 2. c. 4. n. 152. et seq. [vid. Spas.]

Actus Charitatis. [vid. Caritas.]

Actus virtutis alicuius quotuplinter possit esse ad salutem necessa-  
rius, To. 3. Tr. 3. part. 3. c. 4. d. 1. n. 200.

Actus Religionis. [vid. Religio.]

Actuum Apostolorum liber non cuiquam SS. Petri et Pauli vita  
seriem continet, To. 1. Tr. 1. part. 2. lect. 2. c. 2. n. 607. à S. Luca  
compositus, ibid. n. 608. Quo tempore ab ipso scriptus fuerit, ibid.  
n. 609. ab Ebionitis corruptus fuit, eique à quodam Aria Pres-  
bytero falsè addita itinera Pauli et Tacta, ibid. n. 610.  
Liber iste inter Canonicos semper habitus est, ibid. n. 611.  
Cur in eo præcipue sola S. Pauli itinera recensent S. Lucas,  
et pauca admodum de cæteris Apostolis memoret, cum ta-  
men liber omnium Apostolorum titulo sit insignitus, ibid.  
n. 612. Solo. ob. ibid. n. 613. Alia circumferuntur Acta  
Tenu libri actuum Apostolorum, sed apocrypha, ibid. n. 614.

Adam primus homo et protoparens noster. Nonnulli Novato-  
res perperam conantur suspicionem ingerere ante Adamum  
alios extitisse homines, idè Gradamitæ dicti, To. 2. Tr. 2.  
c. 3. d. 1. n. 84. Adam non divina vocis imperio, ut abis ve-  
tura, sed manu divinâ contractante conditus est, atque ei De-  
us inspiravit animam rationalem seu mentem, ibid. n. 85.  
quæ merè spiritualis est et incorporea, ibid. n. 86. adeoque  
et immortalis, ibid. n. 87. estque vera corporis humani  
forma, hominemque constituit substantialiter et essen-  
tialiter, ibid. n. 88. Ad imaginem Dei creatus est homo,  
non quidem secundum corpus, sed secundum animam seu  
mentem, quæ Dei imago duplex est una naturalis et essen-  
tialis, altera supernaturalis et accidentalis, ibid. n. 89. in-  
dividitè tamen imago Dei rehuet in corpore humano, quatenus  
rectitudo ejus indicat animi rectitudinem, ibid. n. 90.  
Adam in gratiâ sanctificante conditus fuit, et cum perfectâ  
charitate, ibid. d. 2. n. 91. Justitiâ originalis, in quâ  
creatus fuit Adam, præter gratiam sanctificantem, virtu-  
tes infusas, et alia auxilia actualia, plura alia dona com-  
pensabatur; et hinc poterat non peccare, poterat etiam  
non mori, sed sine morte translatus fuisset ad eandem Bea-  
torum; fuissetque in illo innocentiâ statu propagatum  
genus humanum per carnalem generationem. Quamvis  
autem duraverit felix iste status omnino incertum est,

ibid. n. 92. Deus nudatenus fuit causa peccati, in quod lapsi sunt Adam et Eva. At vero Diabolus fuit causa extrinseca peccati primorum parentum, ut qui per serpentem vocem emittens, illos ad divinae legis infractionem perlatavit. Lignum autem scientiae boni et mali fuit tantum occasio primi peccati protoparentum nostrorum. Sola denique voluntas fuit interna eorum peccati causa, ibid. s. 3. n. 93. primum istud Adami et Euae peccatum fuit Superbia, ibid. n. 94. fuit gravissimum, non quidem ex objecto, sed ex circumstantiis, ibid. n. 95. Quamvis primi parentes peccati sui veniam consecuti sint, varia tamen poena peccatum eorum subsecuta sunt, ibid. n. 96. Veniam vero peccati sui consecuti sunt primi parentes nostri per fidem in Christum venturum: venit ergo Christus in mundum, ut hominem a servitute diaboli, in qua per peccatum detinebatur, liberaret. Cur autem ad liberandum hominem potius, quam Angelum venerit, sola ratio huius ipsi Christo cognita est, quamvis convenientia aliqua offerri possit, ibid. n. 97.

Adjuratio est contestatio seu interpositio rei sacrae, cuius reverentia intendimus aliquem permovere ad aliquid faciendum, To. 3. Tr. 4. c. 4. s. 6. n. 224. Duplex est deprecativa, quae fit per precos; et praecipitiva, quae fit cogendo, ibid. n. 225. In caeteris interveniunt persona, una quae adjurat, altera quae adjuratur, tertia per quam fit adjuratio, ibid. n. 226. Adjurari possunt Deus; Sancti; homines; Demones, si quidem non deprecative sed imperative. Adjuratio simpliciter et absolute sumpta, prout est religiosa et cultum latris includit, nominis per Deum fieri potest, ibid. n. 227. Multiplici modo peccatum esse potest, ut si sit de re illicita, si fiat per eum, per quem fieri non debet, si Superiores per modum coactionis adjurentur, si Daemon deprecative adjuretur, aut ut vana et curiosa ab eo requirantur, si ei prebeatut occasio aliorum peccata revelandi, si verbis ejus certa fides adhibeatur, ibid. n. 228.

~~Adoptio dicitur persona in personam adoptionis modo fieri potest, ut si sit de re illicita, si fiat per eum, per quem fieri non debet, si Superiores per modum coactionis adjurentur, si Daemon deprecative adjuretur, aut ut vana et curiosa ab eo requirantur, si ei prebeatut occasio aliorum peccata revelandi, si verbis ejus certa fides adhibeatur, ibid. n. 228.~~

Adoptio duplex est, humana scilicet et divina: Adoptio

„adoptio

humana est gratuita persona extranea ad hereditatem hu-  
manam; divina vero est gratuita adoptio persona extra-  
nea ad hereditatem divinam, qua in beatitudine eterna et  
perfecta consistit. Hinc omnis et sola creatura rationalis seu  
intellectualis, Angelus nempe et homo, capax est adoptionis di-  
vine, To. 2. Tr. 3. c. 6. S. 5. n. 334. Vid. Christus. Adop-  
tio humana definitur, persona extranea adoptio in filium  
aut nepotem, vel in filiam aut neptem, cum iure ad heredita-  
tem. etiam duplex est, perfecta et imperfecta: prior est ea,  
qua scripto Principis fit, et per quam adoptatus transit in fami-  
liam et potestatem adoptantis; altera qua non fit auctori-  
tate Principis, To. 4. Tr. 5. c. 4. Sect. 3. S. 6. n. 257. Vid. Cognatio.

Adoratio. Adorationis nomine generatim significatur cultus qui-  
libet, qui alicui exhibetur propter ejus dignitatem et excellen-  
tiam. generatim Adoratio dividitur in politicam seu civi-  
lem, et sacram seu religiosam; prior est, qua impenditur  
alicui propter saecularem vel naturalem quamdam prestan-  
tiam et excellentiam; religiosa est ea, qua motu super-  
iori religionis propter supernaturalem aliquam excellen-  
tiam, immititur. Unde Adorationis nomen dupliciter sumi-  
tur, Latissime scilicet, pro quacumque veneratione alteri  
exhibita in signum excellentiae ipsius, quacumque ea sit;  
et late, prout nempe sacra est et religiosa. Hae Adoratio  
seu cultus religiosus dividitur in absolutum et relativum; ab-  
solutus dicitur, qui rei exhibetur propter se, seu propter excel-  
lentiam sibi vel suo supposito intrinsicam; relativus est ille  
qui rei alicui exhibetur non propter se, sed propter excellentiam  
personae, quam representat, et ad quam refertur. Hujusmodi  
sacra Adorationis seu cultus religiosi triplex est species; scilicet  
Latra, qui est cultus, qui exhibetur ob excellentiam divinam  
seu incarnatam; Dulia, qui est cultus, qui exhibetur propter  
excellentiam creatam et supernaturalem, sed multis commu-  
nem et non alicui omnino singularem; et Hyperdulia,  
qui est adoratio, qua exhibetur propter excellentiam creatam  
supernaturalem, sed unicuique et uni subjecto singularem.  
Prima adorationis species uni Deo debetur; altera exhibetur  
Sanctis sive jam cum Christo in caelis regnent, sive hic adhuc  
in Ecclesia militant; tertia adorationis species sola Virgo Dei-  
para colitur, propter dignitatem Matris Dei et affinitatem  
cum Verbo incarnato, qua super ceteras creaturas eminent,  
et propter illius Sanctitatem, qua licet creata sit, ita ta-  
ximia et singularis est, ut nulli alii creatura conveniat.  
Porro in omni adoratione duplex actus distinguitur, inter-  
nus nempe et externus: prior sola mente seu intellectu et  
voluntate prestantiam objecti cognoscente, ac se se ob illam  
devotissime et obsequente perficitur; externus vero est, qui  
exterius patet, estque quodammodo signum exterius, potesta-

tivum interioris adorationis, hujusmodi signa externa varia  
sunt pro varia populorum, temporum, et Ecclesiarum disciplina  
adorationem significandi, To. 2. Tr. 3. c. 6. §. 8. n. 355. et in  
append. ad eund. Tr. 3. §. 2. n. 3. Item To. 3. Tr. 4. c. 1. n. 7. 8. et 9.

Adoratio seu cultus Christi, Sanctorum, SS. Conis, Sacrarum re-  
liquiarum, et Sanctorum imaginum. Vid. Singulis eorum  
articulis.

Advena est is, qui extra territorium, ubi domicilium habet, tran-  
sit per aliquem locum, vel alibi moratur cum animo re-  
deundi, To. 3. Tr. 2. part. 2. c. 1. §. 3. n. 206. Vid. Lex

Adulator seu Palpo. Vid. Cooperatores ad Damnum §. 1.

Adulterium est illicitus concubitus conjugatorum vel utriusque,  
vel alterutrius, seu est concubitus personarum, quarum al-  
terutra vel utraque est conjuncta matrimonio cum alia ter-  
tia, To. 3. append. ad Tract. 5. part. 2. c. 2. §. 10. n. 646. Si ex  
adulterio proles legitima non sit, tum adulter ad nullam resti-  
tutionem tenetur, ibid. n. 654. Si autem ex adulterio certo  
moraliter proles legitima sit, 1<sup>o</sup> debet ipsa ali, aut restitu-  
tio fieri hospitali, si ibi nutrita fuerit, juxta id quod de for-  
nicatione dicitur verb. Fornicatio. 2<sup>o</sup> adulter debet  
pro parte sua compensare damnum, quod legitimi heredes  
patiantur ex suppositione infantis, puri; quod si in dubio  
sit, an proles sua sit, pro rata parte dubii ad restituendum  
teneri videtur, ibid. n. 655. Adultera vero tenetur  
ad reparanda, quantum fieri potest, damna, quae ex ejus  
crimine in maritum legitimosque filios derivantur;  
nunquam tamen generaliter loquendo, crimen suum pro-  
dere tenetur, nisi 1<sup>o</sup> jam antea famam suam publice per-  
didisset, nec gravia mala sibi inde evenire vereretur,  
et sibi credendum fore praevideret. 2<sup>o</sup> cum agitur de bono com-  
munitatis, à qua per criminis huius revelationem adultera ma-  
lum avertendum legitime speraret. 3<sup>o</sup> cum prudenter judi-  
cat spiritum sibi fidem habiturum esse, ibid. n. 656. Probabi-  
le est filium teneri credere matri asserenti eum esse illegiti-  
mum, si ipsa sit proba fidei, recta conscientia, et rem jura-  
mento confirmet, praesertim in articulo mortis, ibid. n. 657.  
Hae agendi ratio, quae scilicet mater, quae ex filio unum ex  
adulterio genuit, illos omnes comorans delevat, unum ex  
illis esse illegitimum, quosque ab ipsis, num velint, ut  
ipsa eum denominet, vel ut innotinatus cum ipsis heredi-  
tatem partiat, iniqua est, ibid. n. 658.

Adulterium praeter malitiam luxuria continet gravem in-  
juriam tum contra conjugem, tum contra Matrimonii Sta-  
tum et sanctitatem: et quamvis conjugis adulterantis consen-  
tiat, adhuc tamen concubitus erit contra justitiam, et con-

15

per verum adulterium, To. 3. Tr. 6. part. 3. c. 1. §. 4. n. 286.

Adulterium triplex est; nam vel est copula conjugati cum soluta, vel soluti cum conjugata, vel conjugati cum conjugata; si foemina sit conjugata, gravius est peccatum, quam si vir tantum; si vero uterque sit conjugatus, adhuc gravius est, ibid. n. 287. Adulterium est impedimentum dirimens matrimonium. vid. Matrimonium.

Adificatio. Quod in nostro adificatum est, nostrum est; quia adificium aedit solo. Sed attendendum est, an bona an mala fide quis adificaverit; si enim bona fide, ei solvenda sunt impensa; si ex mala fide. Si vero quis ex aliena materia in suo solo adificaverit; si id bona fide egerit, non tenetur nisi ad solvendam hujus materia aestimatio nem; si vero mala fide, tenetur insuper de omni, ut ajunt, interesse, de lucro cessante, de damno emergente, Id. To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 3. §. 3. n. 169.

Amulatio. vid. Invidia.

Æra Christiana. Anni Æra Christiana quarto semper anno subsequuntur annos Christi, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 2. c. 1. n. 600.

Ætates mundi. 1<sup>a</sup> ab Adamo usque ad diluivium. 2<sup>a</sup> à diluivio usque ad Abrahamum. 3<sup>a</sup> ab Abrahamo usque ad Moysen, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1. c. 1. n. 175. 176. et 177. 4<sup>a</sup> à Moysse, seu ab egressu filiorum Israël ex Egypto usque ad jacta Templi Hierosolymitani per Salomonem fundamenta, ibid. n. 191. 5<sup>a</sup> à jactis Templi Hierosolymitani fundamentis, usque ad finem captivitatis Babylonica, ibid. c. 2. n. 233. 6<sup>a</sup> à liberatione populi Israelitici à captivitate Babylonica usque ad adventum Christi, quo septima mundi ætas initium sumpsit, ibid. n. 265.

Aternitas à Boetio definitur interminabilis vita tota simul et perfecta possessio, vel aternitas est duratio interminabilis, indivisibilis et independens, To. 2. Tr. 1. part. 1. c. 3. §. 5. n. 70. Inter aternitatem et ævum hoc intercedit discrimen, quod ævum sit quidem mensura rei, quæ in suo esse non mutatur nec corruptioni subiacet, qualis est v. g. Angelus; sed tamen secundum locum, vel electionem seu voluntatem mutari possit, sius aternitas, ibid. n. 73. vid. Deus.

Affinitas est personarum conjunctio seu propinquitas orta ex copula carnali, sive licita in Matrimonio, sive illicita extra matrimonium, vi cujus una alterius consanguineis sit affinis. Est impedimentum dirimens Matrimonium. To. 4. Tr. 8. part. 3. c. 4. Sect. 3. n. 232. vid. Matrimonium.

Agyptus propheta, quis fuerit, et quo tempore scripserit, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1. c. 4. n. 544. Quis ejus prophetia seu liber contineat, ibid. 545.

Alapa. Non licet alapam pro alapâ reddere, To. 3. Append. ad Tr. 5. part. 2. c. 2. §. 7. n. 574.

Alluvio dicitur, cum flumen ex uno prædio detrahit et alteri adjiunt, quod fieri potest vel paulatim sensimque, et dicitur incrementum latens; vel subito et repentinâ fluminis vi, et dicitur incrementum patens. Incrementum latens accrescit etiam usufructuario; patens autem proprietario duntaxat; quia in priori casu censetur remanere idem fundus, in posteriori vero aestimatur diversus. Fundatarius tamen et emphyteuta utriusque incrementi commodum capere debent, quia proprietari vicem gerunt, To. 3. Tr. 9. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 165.

Alveus. Si fluvius alveo priori derelicto, alium sibi quaerat, vetus alveus vicinis prædiis cedit, novus vero fit publicus, sicut flumen. Quod si fluvius novum hunc alveum derelinquat, et ad antiquum revertatur, rursus novus alveus, à quo recessit fluvius, eorum esse incipit, qui propè ripam ejus prædia possident: ea aequitate tamen veteribus Dominis restituendus esse videtur, To. 3. Tr. 9. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 170.

Amasias Rex Juda, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1. c. 2. n. 240.

Ambitio est inordinata cupiditas honoris vel dignitatis, aut potentia; ut si appetas honorem, quem non mereris, vel majorem, quam mereris, vel ob rem, quâ careres, ut si honorari cupias ob doctrinam, p. quâ careres, item si aspiras ad officium, minus, quo indignus es; si appetas honorem propter se, non illum referendo ad gloriam Dei vel utilitatem proximi; si appetas honorem ex re illicitâ, v. g. duello; si nimis affectu honorem appetas. Soepe ambitio est mortalis, nempe vel ratione rei graviter male, vel damni gravis, quod potius inferatur, vel periculi peccati gravis, vel mediè graviter illiciti, quod adhibetur, vel finis mortalis, ad quem refertur, vel affectus graviter inordinati; ut si quis paratus sit peccare mortaliter ad honorem vel dignitatem obtinendam vel tuendam, To. 3. Tr. 6. part. 3. c. 1. §. 1. n. 260. Contra eandem eadem sunt adhibenda remedia ac contra Superbiam, ibid. n. 265. Vid. Superbia!

S. Ambrosius, huic sp. ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 55.

Amor Rex Juda, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1. c. 2. nu. 240.

Amor est motus, quo voluntas fertur in bonum, et quidem per complacentiam, si sit passus, per desiderium vero, si sit absens, To. 2. Tractatus 2. c. 1. §. 3. n. 42. Amor benevolentiae, quid sit, To. 3. Tr. 3. part. 3. n. 171. Quomodo amor differat à Charitate et dilectione, ibid. c. 7. n. 174.

Amor Dei: Vid. Charitas! Amor Dei duplex est perfectus et imperfectus, prior dicitur amor amicitiae et verae charitatis, quo Deus super omnia diligitur propter se, quia est infinitè amabilis et perfectus: alter dicitur amor concupiscentiae, seu Spei, quo nempe Deus super omnia diligitur, quatenus nobis bonus est, nostra

credendo ac fine ultimus, To. 4. Tr. 5. c. 2. §. 8. n. 130. Deus sine gratia interiore illustrationis et inspirationis amari non potest amore perfectio seu super omnia, To. 2. Tr. 4. c. 5. Sect. 1. §. 2. n. 192.

vid. Charitas, gratia!

Amor proximi. Vid. Charitas!

Amos propheta, huius, To. 1. Tr. 1. part. 2. Sect. 1. c. 4. n. 279. <sup>524.</sup> quando trinitatus fuerit, ibid. n. 526. eius prophetia quid contineat, ibid. n. 526. et quo stylo conscripta sit, ibid. n. 527. quod mortis genere obierit, ibid. ~~ibid.~~

Amphiblogia vox graeca idem Latine est ac equivocatio, atque dicitur sermo ambiguus, seu locutio habens sensum duplicem. Duplex est alia determinabilis exterioris, et late dicta, cuius scilicet sensus verus a proferente intellectus potest per se cognosci ex circumstantiis aut indiciis exterioribus: alia non determinabilis, et stricte dicta, cuius sensus a loquente intellectus nullo modo deprehendi potest, To. 3. Tr. 5. c. 4. n. 468. Nunquam licet uti amphiblogia seu equivocatione exterioris non determinabili, ibid. n. 469. et seq. solv. ob. ibid. n. 473. et seq. Vid. Restrictio mentalis!

Amphilochius [Sanctus] eius Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 53.

Amphora certa varis species seu liquorum mensura, To. 1. Tr. 1. c. 8. n. 136.

Amplexus [vid. Oscula]!

Angelus. Angelorum nomine intelligimus Substantias, quarum species media Deum inter et hominem est, ita ut Angelus Deus sit inferior, et homine superior, To. 2. Tr. 2. c. 1. n. 3. Angelus secundum vim nominis idem est ac Mercurius. Generationem ergo dicuntur Angeli, qui a Deo mittuntur ad aliquod munus implendum; vox igitur Angelus, si vocabuli vis spectetur, nomen est numeris et officii, non naturae. Speciatim vero Angeli nomine intelligitur Spiritus quidam creatus suo modo completus; seu Angelus est Substantia creata omnis materiae expers, completa et intellectualis, cuiusvisque sit ordinis, ibid. §. 1. n. 4. Generationem duplicis speciei seu potius generis sunt Angeli, boni scilicet, et mali; quamquam in strictiori significatione solum beati Spiritus Angeli communiter vocari soleant, ibid. n. 5. Angelorum existentiam plures e veteribus Philosophis negaverunt. Eundem errorem tenuerunt inter Iudeos Sadducei; et magna ex parte demum his nostris temporibus excussitarunt Anabaptista: nulli tamen Haereticis post Christum natum leguntur eo progrepi, ut cum Sadduceis Angelicam naturam proors negarent, ibid. n. 6. Apud veteres Ecclesiae Scriptores non perinde ac hodie omnibus probata fuit sententia Angelos esse incorporeos, aereos; quidam



enim trahantur eos esse corporeos; ad quorum opinionem qui-  
 dam à recentioribus auertere. ibid. n. 7. Nonnulli hoc  
 de re auertere fuerunt, inter quos S. Augustinus, et S. Bernar-  
 dus, ibid. n. 8. Illorum immortalitatem quidam Haratii  
 negant. Scholastici disputant inter se, num Angeli sint ejus-  
 dem speciei nec ne, ibid. n. 9. Angeli vere existunt,  
ibid. n. 10. Solv. ob. ibid. n. 15. et seq. Sunt substantia  
 meae spirituales et omnino expertes corporis, ibid. n. 11. Solv.  
 ob. ibid. n. 17. et seq. Non indigent corpore tanquam instru-  
 mento, per quod suas naturales operationes eliciant, id est, intel-  
 lectionem et volitionem, ibid. n. 12. Quamvis temerarium  
 videatur trahi Angelos esse corporibus instructos, tamen eos  
 esse incorporeos de fide esse non audent asserere, ibid. n. 13.  
 Angeli sunt immortales, atque in perpetuum sunt existu-  
 ri, nec ulli interitui unquam subiacent, idque ex natu-  
 ra sua ac principis suis intrinsecis: non tamen ita absolute,  
 ut à Deo destrui et ad nihilum redigi ex potentia ipsius extra-  
 ordinaria, quae proter exigentiam causarum naturalium agit,  
 non valeant ibid. n. 14. Solv. ob. ibid. n. 21. et seq. Probabi-  
 lius videtur eos inter se specie differere, ibid. n. 14. Ange-  
 li siue boni siue mali Deum habent autorem, ibid. S. 2. n. 24.  
 Neque ante mundum visibilem, neque post, sed simul cum  
 illo creati fuerunt, ibid. n. 25. Solv. ob. ibid. n. 31. et seq. De  
 loco, in quo creati sunt non constat, probabile tamen est, eos  
 in aliqua superiori mundi parte creatos fuisse: S. Thomas ar-  
 bitratur eos in caelo empyreo, quod supremum est, creatos  
 fuisse post Adam ablatum, ibid. n. 26. Creati fuerunt  
 beati beatitudine naturali, non autem beatitudine superna-  
 turali, ibid. n. 28. Solv. ob. ibid. n. 34. et in statu gratiae  
 sanctificantis, ibid. n. 29. Solv. ob. n. 35. et seq. Angeli siue  
 boni siue mali receperunt gratiam actualem ad bene agen-  
 dum et perseverandum, ibid. n. 30. Angelus 1<sup>o</sup> natura-  
 liter cognoscit intuitivè non solum propriam substantiam  
 et omnes actus suos naturales, sed etiam omnes alias substan-  
 tias tum materiales, tum spirituales, quibus est intimè pra-  
 sens, imò et alias omnes, quibus eum intentionalem unis-  
 nem habent per speciem intelligibilem, quantumvis  
 illae res ab eo distent: potè etiam etiam à se distincta co-  
 gnoscit vel in se, vel in specie intelligibili, unde indigentiam  
 nostram et praesens intelligunt quaeunque, ipsis inter-  
 mediis, in Deum dirigimus. 2<sup>o</sup> Naturaliter cognoscit, et  
 quidem evidenter, sed abstractivè duntaxat, Dei existen-  
 tiam; non potest tamen naturaliter cognoscere Deum in-  
 tuitivè: potè Angelus se ipsum intuitivè cognoscit absque  
 specie intelligibili. 3<sup>o</sup> Angelus non potest naturaliter  
 certò cognoscere secreta cordium, id est, liberos actus intel-  
 lectus, et voluntatis hominis vel Angeli sine eius consensu:

nihil tamen obest, quin Deus, utpotè Supremus rerum omnium Dominus exigentiam illam superare et frustrare possit, atque Angelo revelare cogitationes hominis vel Angelis aliis non expectato ejus consensu: neque abrenuimus, quin Angelus secretas cordium cogitationes conjecturaliter saltem, ex quibusdam scilicet signis seu effectibus, quibus cum probabilem tantum connexionem habent, cognoscere valeat. ¶ Angelus non potest naturaliter certò cognoscere futura libera. Angeli non vident Deum in aliquo specie creatâ ab ipsa sua cognitione distinctâ, sed cum vident in se ipsis immediate. Neque scriptos vident in speciebus à se distinctis, sed immediate in se ipsis. In se ipsis etiam cognoscunt communes ac generales rationes rerum omnium corporarum, non tamen specificas et singulares rationes rerum corporarum, sed eas in propriis illarum speciebus vident et cognoscunt: rationes communes rerum vident per species sibi congenitas, singulares vero per species à Deo infusas, ibid. §. 3. n. 40. Angeli cognitio semper est in actu respectu eorum, quæ videt in Verbo, non autem respectu diærum rerum. Angeli cognitio plura quidem simul attingit, non tamen omnia. Non videtur quòd Angelorum cognitio sit discursiva saltem respectu eorum, quæ naturaliter ab eis cognoscuntur; an vero non sit discursiva respectu eorum, quæ ab eis naturaliter non cognoscuntur, ut sunt cogitationes cordium, p. dubitant aliqui. Angeli res naturales unio intuitu cognoscunt absque compositione aut divisione propria dictâ, id est, absque comparatione unius rei cum alia, ex qua colligeretur convenientia vel inconvenientia. Angeli sancti cognitio non potest esse falsa respectu eorum, quæ ab illo naturaliter cognoscuntur; imò nec respectu eorum, quæ supernaturaliter conveniunt objecto; scilicet verò in Angelis damnatis. Cognitio item Angelorum, juxta S. Augustinum, alia est matutina, quæ cognoscunt res in Verbo divino, ubi omnia clarissime luceant tanquam in Sole æternò: alia vespertina, quæ res easdem cognoscunt per illarum species sibi congenitas; quæ cognitio, factâ comparatione ad eam, quæ Verbum divinum et res in eo videtur, obscurior est, et dicitur dicitur vespertina: hæc cognitionis Angelica distinctio à S. Augustinò enotata fuit, ut Caput 1. Genesis facilis exponeret, ubi dicitur factum fuisse mane et vespere ante Solis creationem, ibid. n. 41. Angelus se ipsum, utaturas mente præditas, et Deum diligit sed diversimodè; amor ista Angelorum naturaliter immutabilis esse non videtur, ibid. n. 42. Locus, motus, et levitas Angelorum, ibid. n. 43. 4 Missio,

P. C. p. 17 17.

¶ Quomodo sint in loco  
 Cænit. Theol. Sacrit.  
 13. n. 223. et seq.

qua est profectus à Deo per imperium ad aliquem effectum producen-  
 dum, convenit Angelis, ibid. n. 44. Singuli Fideles habent suum  
 Angelum custodem à Deo missum, ibid. n. 45. Multum proba-  
 bile est etiam infidelibus et reprobis omnibus et singulis adesse  
 Angelum custodem, ibid. n. 46. Neque etiam est improbabile  
 uniusque regno, provincie, ius et civitati deputatum esse Ange-  
 lum custodem, et ex communi consensu, Ecclesia Universalis  
 habet Angelum tutelarem, nempe Michaellem Archangelum,  
 qui olim Synagoga profuit, ibid. n. 47. Quanam sint Ange-  
 lia custodia munia, ibid. n. 48. Non satis probabilis videtur  
 opinio illorum, qui dicunt singulis hominibus Daemonem tenta-  
 torem esse assignatum, non quidem à Deo, sed à Luciferò Dei  
 operum imitatore, id permittente Deo ob bonos fines, ibid. n. 49.  
 Angeli meriti sunt augmentum gratiae sanctificantis, et bea-  
 titudinem supernaturalem, quae posita est in intuitiva Dei  
 visione, ibid. §. 4. n. 50. et 51. Sola voluntatis potestas seu  
 arbitrii libertas fuit origo peccati Angelorum, ibid. §. 5. n. 52.  
 Causatum illorum fuit Superbia peccatum; in eo autem posita  
 fuit diaboli Superbia, quod inordinate, hoc est, propriis viri-  
 bus voluerit acquirere suam beatitudinem, in qua se ipso fore-  
 retur, tanquam sibi sufficiens, et ceteris similis Altissimo,  
ibid. n. 53. Probabile est aliquos ex singulis Angelorum ordi-  
 nibus cecidisse; et videtur, quod Dambrum Princeps fuerit  
 omnium Angelorum supremus, ibid. n. 54. Graea, quae con-  
 suta est Angelorum peccatum quadruplex recensetur; coc-  
 itas mentis, propter quam daemones simpliciter dicuntur tene-  
 brae; obstinatio voluntatis, à qua denominantur Spiritus mali,  
 Spiritus nequam; exclusio à gloria; et tormentorum ignis, ibid.  
n. 55. et seq. Origenes censuit Angelos damnatos seu daemo-  
 nes aliquando à poenis suis fore liberandos, adeoque ibas finem ali-  
 quando habituras; quem errorem postremis haec temporibus  
 Sociniani amplexi sunt, ibid. n. 59. certum tamen est, sup-  
 plicia Angelorum Apostatarum esse aeterna, ibid. n. 60. plu-  
 res antiqui Patres, s. Scriptura, ut ipsis videbatur, id in mente,  
 censuerunt daemones non esse torquendos poena gehennae ante  
 diem iudicii extremum, ibid. n. 61. nihilominus certum est, dae-  
 mones statim post peccatum suum in infernum detrosos fuisse  
 poena sensus aeternum duraturam illis cruciandos, ibid. n. 62.  
Sols. ob. ibid. n. 63. et seq. Daemones igne materiali et pro-  
 prio torqueri comors est Catholicorum sententia contra Shi-  
 lonem, Theophilaitum, Catharinum, et multos Novatores;  
 ius SS: Ambrosius, Gregorius Magnus, aspersa videntur, ignem  
 tartareum esse incorporeum; et S. Augustinus ait, flammam,  
 qua cruciabatur dives sepulo, talem esse, quales sunt oculi, lin-  
 gua, et digitus in anima sine corpore; quomodo autem hoc

fiat, ut scilicet igne materiali Demones torquentur, non est  
 una Theologorum sententia; Nos satis probabiliter id explia-  
 mus, ibid. n. 67. puniendis Angelis reprobis et ceteris Damna-  
 tis locus quoque materialis destinatus est subterraneus; utrum  
 autem sit profundissima terra pars non ita aperte exprimit  
 Scriptura; probabilior tamen et communior est sententia  
 affirmans, ibid. n. 68. Varios effectus produnt Angeli San-  
 ti. plures etiam sunt modi, quibus Demones seu Angelici  
 mali possunt extraordinarios effectus operari; non possunt ta-  
 men vera miracula patrare, ibid. s. 6. n. 69. et seq. Magnus  
 est Angelorum numerus: novem eorum distinguuntur Ordi-  
 nes, ibid. s. 4. n. 73. qui in tres hierarchias distinguuntur, ibid.  
n. 74. eorum varia sunt proprietates, ibid. n. 75. In Ange-  
 lis viatoribus vera fuit fides, To. 3. Tr. 3. part. 1. c. 4. n. 81. vid.

Fides:

Animas rationalis seu mens hominis est mere spiritualis et incorpo-  
 rea, To. 2. Tr. 2. c. 3. s. 1. n. 86. adeoque et immortalis, ibid.  
n. 87. est vera humani corporis forma, ibid. n. 88. Homo secun-  
 dum animam ad imaginem Dei creatus est tam naturalem, qua-  
 tenus est substantia spiritualis, immortalis, intellectu et volun-  
 tate praedita; quam supernaturalem et accidentalem, qua  
 consistit in donis supernaturalibus, ac praesertim in gratia sanc-  
 tificante, per quam iusti fiunt divinae naturae consortes,  
ibid. n. 89. indirecta etiam imago Dei relucet in corpore hu-  
 mano, ibid. n. 90. Animas ante corpora creatas esse existi-  
 mavit Origenes, quo ipse de praesentia animarum opi-  
 nio semper rejecta fuit ab Ecclesia, To. 2. Tr. 3. c. 5. s. 1. n. 248.

Animas justorum, quibus nihil luendum superest, statim ac corpo-  
 re soluta sunt, et ante ultimum ac generale iudicium, fou-  
 untur intuitiva Deivisione, To. 2. Tr. 1. part. 1. c. 4. s. 3. n. 101.  
Solu. ob. ibid. n. 102. et seq. ea vero justorum animas, quibus  
 post mortem aliquid superest expiandum, purgatorii poenis  
 idem expurgare poenis tenentur, quam ipsis concedatur a patre  
 Dei conspectu frui; atque ut mitiores fiant et breviores ea-  
 rum poena, viventium suffragiis juvari possunt, ac sublevari,  
ibid. s. 4. n. 111. Solu. ob. ibid. n. 112. et seq. Animas purgato-  
 ri habent fidem Theologicam, To. 3. Tr. 3. part. 1. c. 4. n. 84. vid.

Fides:

habent Spem, ibid. part. 2. c. 3. s. 2. vid. Spes: li-  
 citum est pro eis orare, ut a poenis libentur, To. 3. Tr. 4. cap. 2.  
s. 5. n. 85. vid. Oratio: Orant pro nobis, ibid. n. 88. In-  
 plodenda est Soti opinio, qui credidit animas in purgatorio  
 ultra decennium non torqueri, ibid. s. 7. n. 88.

Animalia. Animalium seu bestiarum alia natura sua fera sunt,  
 alia ciues, alia ex feris fiunt ciues; alia vero ex ciuibz  
 evadunt fera, To. 3. Tr. 5. c. 2. s. 3. n. 98. vid. Occupatio, ve-  
natio.

Annus apud Hebraeos duobus lunarium mensium periodis concluditur, To. 1. Tr. 1. part. 1. c. 8. n. 157. Duplex illius initium statuitur; unum in Autumno ad civiles usus; alterum in Vere ad sacros usus, ibid. n. 158.

Anselmus /santus/ Cantuariensis, quis; ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 85.

Anselmus Lucensis, quis; ejus Scripta, ibid. n. 86.

Anselmus Laudunensis, quis, ejus Scripta, ibid. n. 87.

Anselmus Gemblacensis, quis, ejus Scripta, ibid. n. 88.

Anselmus Rhenensis, quis, ejus Scripta, ibid. n. 89.

Antiperistasis, quid sit, To. 3. Tr. 3. part. 2. c. 5. n. 168.

Antropomorphita Sauli quarti, vel sub initium quinti Haereticum, qui Deo speciem humanam tribuebant, To. 2. Tr. 1. part. 1. c. 4. §. 1. n. 84. | vid. Deus |

Apoplypsis Latine Revelatio. Hoc nomine innuitur liber revelationum S. Joannis Apostoli. Hoc tempore ab ipso excavatus sit, et quid contineat, To. 1. Tr. 1. part. 2. sect. 2. c. 4. n. 699. Corinthi esse quidam autumant; alii divinum quidam dicunt, sed S. Joanni illum abjudicant. Veteres quidam Haereticum illum respuebant, quos novissime sentit est Lutherus, ibid. n. 700. Canonius est, et à S. Joanne conscriptus, ibid. n. 701. et seq. nec perperam opinio, qui vel ejus non meminissent, vel, an Joannis esset, dubitaverunt, quidquam obest ejus divinitati, ibid. n. 707. Sola ob. ibid. n. 708. et seq. Aliorum Apocalypsis librorum meminissent Veteres, qui tamen velut apocryphi ab Ecclesia censentur et rejiciuntur, ibid. n. 716.

Apocryphus vox graeca rem occultam et absconditam significat; stylo Ecclesiastico nomen istud libris illis tribuitur, quorum Authores non modo sunt ignoti, sed etiam melius aut saltem dubie fidei, To. 1. Tr. 1. part. 2. sect. 1. c. 2. n. 269. in not. marg.

Apostasia est species infidelitatis, atque definitur totalis defectio seu recessus a Fide Christiana per Baptismum suscepta. Non differt ab Haeresi nisi accidentaliter, sicut secundum magis et minus: imò amba ab ipsa infidelitate accidentaliter distincta differunt, quatenus sicut una se ad plura extendit quam alia, atque in diverso subiecto reperitur; essentialiter vero minime differunt inter se; nam omnes pugnant contra unam speciem virtutem Fidei, et contra unicum ejus objectum formale, nimirum revelationem divinam ab Ecclesia propositam, To. 3. Tr. 6. c. 2. §. 1. n. 332. Græci hanc à Fide Apostasiam, quæ proprie Apostasia dicitur, adhuc tres alie numerantur: sicut Apostasia ab obedientia, quæ quis præcepta Fratelli non solum negligit, quod est inobedientia, sed imperiis formaliter se opponit, atque contumaciter obijit; Apostasia à Religio-

ne, quae est criminosa recessio à quolibet Ordinis Religiosi insti-  
tuto cum proposito non revertendi, live retineatur habitus,  
live abiciatur; et Apostasia ab Ordine, quae quis à sacris Or-  
dinibus, dimisso habitu, transit ad statum laicae conversatio-  
nis, ut puta conjugii, ibid. n. 333. |: vid. Infidelitas:|

Apostolicae Ecclesiae. Ut quaedam Christiana Societas Apostoli-  
citate nota decorari, seu Apostolica dici mereatur, debet  
1. ab Apostolis originem ducere, 2. eandem cum ipsis doctri-  
nam sectari, 3. illius Pastores legitimam debent habere mis-  
sionem et suasionem ab Apostolis, quae minime interrupta  
fuerit, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 4. n. 141. et 142. |: vid. Ecclesia:|

Approbatio Confessarii est iudicium authenticum de idoneitate  
Sacerdotis ad audiendas confessiones factum ab Episcopo aut ha-  
bente potestatem Episcopalem, To. 4. Tr. 5. c. 6. §. 3. n. 340. |: vid.  
Potestas Presbyteri seu Sacerdotis:|

Appropriatio est modus loquendi, quo quaedam attributa et operationes  
uni personae potius quam alteri tribuuntur. Quamvis omnia  
quae in Deo sunt absoluta, tribus divinis personis sint commu-  
nia, nihil tamen officit, qui Appropriatio in personis divinis  
locum habeat, et nonnulla attributa seu proprietates absolu-  
tae certis personis speciali quadam ratione tribuantur et accom-  
modentur, v. g. Patri omnipotentia, Filio Sapientia, Spi-  
ritui Sancto bonitas et caritas, To. 2. Tr. 1. part. 2. c. 14. §. 3. n. 432.

Aquila, cuius fuerit. Vetus Testamentum in Graecum transtulit,  
To. 1. Tr. 1. part. 1. c. 7. n. 102.

Archidiaconus dicebatur oculus Episcopi et manus, eo quod iurisdic-  
tionem gratiosam, tanquam generalis Episcopi Vicarius, etiam  
in ipsos Presbyteros olim exerceret. Post annum Christi mille-  
simum Episcopi ipsis ademptam hanc iurisdictionem suis officia-  
libus ac Vicariis concediderunt. Sibi subjectas Ecclesias visita-  
re tenebant. Ipsis causarum matrimonialium et crimina-  
lium, necnon Clericorum concubinariorum cognitio interdi-  
ctur à Concilio Tridentino, To. 4. Tr. 7. part. 1. c. 7. §. 8. n. 121.

Archiepiscopus |: vid. Metropolitani:|

Archipresbyter. Archipresbyteri, qui à Graecis Protopresbyteri diti  
sunt, primum inter Presbyteros gradum et honorem obtinebant.  
Eorum est mandata Episcoporum ad alios ejusdem civitatis, seu  
ut vocant, Capituli Presbyteros deferre, To. 4. Tr. 7. part. 1. c. 7.  
§. 8. n. 120.

Arcudius |: Petrus |: insula Coryrensis Presbyter Graecus, auctor ope-  
ris, cui titulus, De concordia Ecclesiae occidentalis et Orientalis  
in Septem Sacramentorum Administratione, To. 4. Tr. 2. c. 1. §. 3.  
n. 42.

Argentum |: vid. Venae Auri et Argenti:|

Rominiani qui sunt, To. 1. Tr. 1. c. 6. n. 78. et To. 2. Tr. 4. c. 2. §. 6. n. 14.

Arnaldus |: Antonius |: Lius, To. 4. Tr. 4. part. 1. c. 2. n. 121.

Arrha est species quadam pignoris, quod ab emptore venditori datur, sive ut ostendat se venditionem habere pro perfecta, sive ut rei empti pretium solvere incipiat, sive demum in mulctam, si forte contractum stare nolit. Licet regulariter Arrha sit perfecta emptio et venditionis argumentum, aliquando tamen sicut argumentum emptio et venditionis contrahenda. Eundem si, qualis esse debeat Arrha effectus, nulla expressa conventionione declaratur, is, qui reus est adimplere contractum, si emptor est, perdit quod dedit; si vero venditor stare contractum nolit, duplum restituere compellitur, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 1. n. 297. Arrha etiam dicitur munus illud, quod in confirmationem promissionis de futuro matrimonio sponsus sponsae largiri solet, unde ipsa Arrha sic sumpta nonnunquam sponsalia vocantur, ut i. Reg. 18. v. 25. Non habet lex sponsalia necesse, id est, numerata sponsalia, To. 4. Tr. 3. part. 1. n. 6.

Artaba mensura genus quinque modios continens, To. 1. Tr. 1. part. 1. c. 8. n. 140.

Articulus fidei. Anatholici articulos fidei distinguunt in fundamentales et non fundamentales: quid per hos et illos intelligant, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 1. n. 80. Quomodo et quo sensu Catholici dicant aliquos Christianae Religionis articulos pro aliis esse fundamentales, ibid. n. 85. Anatholici inter se se non conveniunt circa articulos fidei, ibid. n. 87. §. vid. Fides: §

Articuli Symboli Apostolorum §. vid. Symbolum Apostolorum; et Tract. de Doct. Christ. c. 2. §

Auripium Divinationis species, est inquisitio cognitionis rerum occultarum per motum, situm, aut numerum avium. Auripium et Augurium, quibus aliqui naturales effectus, v. g. serenitas, pluvia, tempestas, coniunguntur, non sunt Divinationis peccata, nec ad eam pertinent, To. 3. Tr. 6. part. 3. c. 3. Sect. 1. §. 2. n. 414. §. vid. Divinatio: §

As alio nomine pondo seu pondium nuncupatum, est moneta quaedam antiquior, To. 1. Tr. 1. part. 1. c. 8. n. 124.

Aspectus impudicus seu puerorum ejusdem sensus, vel proprii corporis, aut ceteris animalium ex sola curiositate vel lascivitate seu libidine affectu venereo, scandaloso, et periculo pollutionis ac delectationis venerea est solum venialis: potest tamen esse mortalis ratione periculi, spectata aspicientis speciali fragilitate, quod non raro adest in juvenibus; quare ab his graviter deterreri debent: et certe mortalis est, si fiat ex voluptate deliberatae quasita, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 307. §. vid. Oscula, Delectatio venerea.

Aparon sive Gomor, mensura genus, quo maxime per quadraginta annos in deserto usi sunt Hebraei ad metiendum manna, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 146.

Apecuratio est contractus, quo quis rei aliena periculum in se sus-

cipit, obligando se vel gratis, vel pacto pretio ad eam compensan-  
dam, seu ad solvendum ejus pretium si perierit. Inaudi haec  
obligatio pretio suscipitur, est contractus similis venditioni,  
nam venditur obligatio praestandi domino rem indemnem,  
qua obligatio est pretio aestimabilis, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 9. n.  
407. Ad ejus justitiam requiritur 1<sup>o</sup> ut pretium respondeat  
quantitati periculi, 2<sup>o</sup> ut periculum subit saltem probabiliter,  
vel saltem subesse ab utroque contrahente judicetur, 3<sup>o</sup> ut ille,  
cui merces v. g. affecuratur, servet conditiones, de quibus iuste  
convenis potuit, 4<sup>o</sup> ut affecurans habeat vel habere possit,  
unde solvat, ibid. n. 408.

Astrologia alia est naturalis, qua ex siderum concursu praemun-  
tiantur eclipes, venti, pluvia, frigus, aestus, et alii similes effec-  
tus, qui cum istis conexione naturali habent, ut frugum  
ubertas et sterilitas; et haec licita est. Alia est iudicialis,  
qua nempe ex siderum aspectu et concursu futura libera, et  
qua a sola hominis libertate pendent, praemuntiantur; et  
haec est prohis ibi licita Divinationis species, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3.  
Sect. 1. §. 2. n. 412. et 415. [vid. Divinatio:]

Athalia filios Regis Juda Ochozia filii sui post ejus necem a Jehu  
infi ibatam, occidi curat, unicus Joas servatur studio Jota-  
ba sororis Ochozia. post sex annos ipsa Athalia trucidatur,  
To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 238.

Athanasius [Sanctus] eius opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 44. [Vid.

Attributa Divina. Nomine attributorum Divinorum Theologi  
intelligunt formas absolutas, quae secundum proprium suum  
esse existunt in Deo, et ab ejus natura tanquam proprietates  
emanant. Attributum Divinum definitur sicut perfectio  
simpliciter simplex, absolute ac necessario de Deo predicabi-  
lis per modum forma adjacentis. Theologi Divinas perso-  
nalitates etiam vocant attributa Divina, sed relativa dum-  
taxat, dum alia absoluta ab ipsis vocantur; imò quidquid  
de Deo affirmari potest, id ejus attributum dicunt, To. 2. Tr. 1.  
part. 1. c. 2. n. 26. Varii viri attributa Divina Heretico-  
rum et Sectariorum errores, ibid. n. 28. 29. et 30. Attri-  
buta Divina absoluta generatim dividuntur in negativa  
et positiva seu affirmativa: negativa vocantur ea, quae  
à Deo remorent imperfectiones, ut infinitas, immutabilitas,  
inter haec attributa vero alia expresse et vi termini negativa  
sunt, ut mox dicta infinitas; alia vero non ita expresse, quae  
terminis positivis seu affirmativis enuntiantur quidem, atta-  
men in suo conceptu negationem involvunt, sine qua à no-  
bis concipi non possunt, qualis est v. g. Simplicitas, id est,  
cujuscumque compositionis negatio: attributa affirma-  
tiva sunt ea, quae per viam affirmationis seu terminis  
affirmantibus de Deo predicantur, ut v. g. bonitas, justitia



tia, p. To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. n. 42. | vid. Deus |  
Attritio | vid. Contritio |

Avaritia est inordinatus appetitus divitiarum. Mortalis est 1<sup>o</sup> cum in divitiis finis ultimus ponitur. 2<sup>o</sup> cum ad eas acquirendas, augendas, vel conservandas quis adhibet media graviter illicita, et injurias, vel paratus est peccare mortaliter, aut ita peccat, v. g. injuste alienum accipiendo, retinendo, elemosinas debitas omittendo, p. Si autem quis, quamvis divitiis superflue amet, non tamen proferat earundem amorem amoris Dei, ut si propter divitiis non velit aliquid facere contra Deum et proximum, est tantum venialis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. § 2. n. 266. Brevis ad avaritiam remedia sunt oratio, meditatio bonorum coelestium, periculi ac vanitatis bonorum terrestrium, paupertatis Christi, mortis, p. crebra et larga elemosynarum largitio, resignatio in jactu bonorum, p. Eius filia sunt obduratio cordis contra miseriam, inquietudo cordis, violentia, fallacia seu dolus et fraus, perfidia, proditio, de quibus vide suis locis. ibid. n. 264.

Autores seu Scriptores Sacri, id est, Sacrorum Scripturae librorum. Praeter illos, nullus historicus potest facere eam certitudinem, quae fidem generat, To. 1. Tr. 4. c. 2. n. 110.

Auditio sermonum seu cantionum de rebus turpibus et obscenis, | vid. Cantiones turpes |

Augurium divinationis species, est inquisitio cognitionis rerum occultarum per garritum avium, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. sed. 1. § 2. n. 412. | vid. Augurium, Divinatio |

Augustinus | Santus | Quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 62.

Aurea, primum essentialis, quo donantur beati vocatur Aurea seu Corona aurea, tum quia beati regnant in caelo, adeoque Reges sunt, legibus autem sua sunt corona; tum quia regnum caelorum certaminibus et victoriis obtinetur, To. 3. Tr. 1. c. 3. §. unic. n. 174. et 175.

Aureola ab aurea seu corona aurea, qua beati donantur in caelo, dicta est aureola, id est, parva corona, et defini potest genitivum accidentale a beatis de singulari quadam victoria perceptum, et in corpore speciali fulgore redundans, To. 3. Tr. 1. c. 3. §. unic. n. 175. Aureola martyrii communiter ceteris profertur, et haec aureola donantur, qui re ipsa et per actum exteriorem martyrium subeunt, non itam in, qui actu interno dumtaxat, et sola voluntate sunt Martyres, ibid. n. 175.

Aurum | vid. Vena Auri et Argenti |

B.

Bannum seu Banna | vid. Sponsalia |

Baptismus vox graeca idem est latine ac immersio. Vario sensu Baptismi nomen in Scripturis usurpatur: pro lotionis communi ad munditiam vel refrigerium corporis; pro illis frequentibus

251

lotionibus, quibus Judaei utebantur ad expurgandam, siquam for-  
 te contraxissent, legalem immunditiam; per Baptismum  
 nunquam significatur dolor, afflictio, conuictus, p. pro-  
 prie nomine Baptismi intelligitur sacra lotio illa et religio-  
 sa, quam Sacramentum Baptismi uelut appellamus, quae qui-  
 dem in Scripturis variis titulis et nominibus designatur, ut lawa-  
rum regenerationis; quia homo carnaliter natus per Baptis-  
 mum spiritualiter renascitur; Illuminatio, per quam sili-  
 cat sanctam illam et salutarem lucem intuemur; sepultura  
 eo quod per ipsum sepultura Christi adumbratur. A. B. G.  
 tribus communiter dicitur Sacramentum fidei, eo quod Catho-  
 licum in ipso Baptismi ritu fidem profiteantur, To. 4. Tr. 2.  
prover. n. 1. et 2. Baptismum esse uerum Novae legis Sacra-  
mentum nemo Christianus unquam dubitavit, cum in eo ratio  
 Sacramenti nimis humiliter elucet; est enim ritus exter-  
 nus à Christo institutus, amplexum habet promissionem gratia-  
 sanctificantis, extat illius observandi mandatum, ibid. n. 3.  
 Definitur Baptismus quod sit Sacramentum regenerationis  
per aquam in uerbo, seu clarius, Sacramentum novae legis ad  
spiritualem hominis regenerationem per aquam cum expressa  
invocatione SS. Trinitatis à Christo institutum. ibid. n. 4. per  
data definitis solum convenit Baptismus aqua seu fluminis, ut  
 vocant; triplex quippe Baptismus à Theologis distinguitur,  
 alius est enim Baptismus sanguinis, Martyrium nempe; alius  
fluminis, estque votum seu desiderium suscipiendi Sacramen-  
 tum Baptismi; alius denique Baptismus aquae, quem primum  
 Definitivum. Duo priores metaphoricè tantum vocantur Bap-  
 tismi, ob similem nimirum effectum, quem in animâ produ-  
 cunt; quia in casu necessitatis, ubi salus non est facultas sus-  
 cipendi Baptismum aqua, animam mundat à peccato, sique  
 sunt quaedam metaphoricè ablutiones, ibid. n. 5. In Bap-  
 tismo sicut et in aliis Sacramentis, quae in actione consistunt,  
 duplicem Theologi distinguunt materiam, remotam scilicet et  
proximam: prior est res ipsa, quae ad conficiendum Sacramen-  
 tum affertur, v. g. aqua in Baptismo; posterior uero est  
usus seu applicatio materiae remotae, v. g. ablutio in Baptismo,  
ibid. c. 1. n. 6. Errores haeticorum tum veterum tum re-  
 centiorum circa materiam remotam Baptismi, ibid. d. 1. n. 7.  
Omnia et sola naturalis seu elementaris aqua est necessaria Bap-  
 tismi materia, ibid. n. 8. et seq. Solus ob. ibid. n. 14. et seq.  
 applicatio aqua seu ablutio exterior corporis, quae est materia  
 proxima Baptismi, tribus modis fieri potest, nempe per trinam  
 vel unam immersionem, per aspersionem, et per infusionem;  
 circa quos varios baptizandi modos seu ritus non una semper  
 fuit Ecclesiae disciplina, ibid. n. 19. licet uno trina immer-  
 sionis in solenni Baptismi administratione olim in usum fuerit, ad  
 neque usque ad Saeculum XIII. in universa Ecclesia vigerit, ad  
 substantiam tamen Sacramenti non pertinet; adeoque valet  
 et valet adhuc Baptismus per infusionem collatus, ibid. n. 20.

D. G. ...

26

et seq. Solv. ob. ibid. n. 29. et seq. Forma Baptismi constat  
 verbis, quae inter baptizandum ex divinis praecepto à Traditione Apos-  
 tolica pronuntiarì debent, ibid. s. 2. n. 31. Christus certam  
 verborum formam in Baptismo unquam praecepit, ibid. n.  
32. et seq. Solv. ob. ibid. n. 43. et seq. Distincta Patris, et Filii,  
 et Spiritus sancti invocatio est Baptismo essentialis; nec unquam  
 in Eucharistia collatus est Baptismus sine expressa et distincta invoca-  
 tione trium personarum SS. Trinitatis, ibid. n. 36. et seq. Solv. ob.  
ibid. n. 45. et seq. Haec verba, Ego te baptizo, aut alia aquiva-  
 lentia, quibus actio baptizantis exprimitur, sunt de essentiali Bap-  
 tismi, ibid. n. 38. et seq. Solv. ob. ibid. n. 50. et seq. Auctorem  
 Baptismi esse Christum omnes Christiani agnoscunt: sed quo tempo-  
 re ab ipso institutus fuerit, non una omnium est sententia. Mi-  
 nister Baptismi triplex distinguitur; Ordinarius, qui iure ordi-  
 nationis suae et acceptae à Christo auctoritatis baptizandi potesta-  
 tem habet; Extraordinarius et ex delegatione, in quibusdam Bap-  
 tizandi munus ex officio non inumbit, ei tamen ab illo, qui ordi-  
 nariam habet potestatem, concedi potest; et denique Minister ex  
 necessitate, qui urgente nimirum periculo mortis, cum alii Mini-  
 stri idonei et ordinarii deficiunt, potest sacramentum Bap-  
 tismi administrare. Duplex quoque distinguitur Baptismi ad-  
 ministratio, una publica et sollemnis, quae fit cum debitis cere-  
 moniis; altera privata, quae sine caeremoniis peragitur. Deinde  
 administratio Baptismi potest considerari ut licita, et ut valida,  
 licita est, quando Minister baptizando non peccat; valida autem,  
 quando, etsi aliunde baptizando peccat, verum tamen perficit Sa-  
 cramentum. Subiectum Baptismi est omnis et solus homo  
 viator adultus vel infans, ibid. c. 2. n. 53. Christus Baptismi  
 Sacramentum ante mortem suam instituit, atque probabiliter  
 quando Discipulis suis Matth. 10. provinciam demandavit docendi  
 Judaeos Messiae adventum, ibid. s. 1. n. 55. et seq. Solv. ob. ibid. n. 57.  
et seq. Quilibet homo ratione utens, sive Clericus sive Laicus,  
 sive vir sive mulier, sive fidelis sive infidelis, potest valide bap-  
 tizare, ibid. s. 2. n. 65. et seq. Solv. ob. ibid. n. 68. et seq. Ordina-  
 rius Baptismi Minister est Episcopus, et cum dependentia, ut ajunt,  
 ab Episcopo Presbyter; Extraordinarius vero est Diaconus, ibid.  
s. 3. n. 77. et seq. Inferiores Clerici et Laici nominati in extre-  
 ma necessitate possunt licite baptizare; et tunc, si plures adint,  
 praeferi debet Clericus Laico, vir foemina, fidelis infideli, non  
 excommunicatus excommunicato: nam per se loquendo reverentia  
 Sacramento debita exigit, ut digniores minus dignis praeferrantur:  
 diuinus per se loquendo; quia ex rituali Romano mulier praef-  
 ferri debet viro, vel ratione majoris peritiae baptizandi, vel  
 ratione honestatis ac pudoris; ut si infans ob imminens vita peri-  
 culum sit baptizandus, antequam totaliter ex utero matris  
 prodierit. Pater et Mater prohibentur propriam pro-  
 lem baptizare, nisi in articulo mortis, et deficiente alio; alio  
 enim contraherent spirituales cognationem, quae ipsis unum  
 Matrimonii interdicet. Minister, qui formam praefert, si

Prim. (A. S.)  
 pag. 25.

nul eodem tempore aquam infundat ipse et non alius, sed  
 enim unum est sacramentum. Si ipsum nemo baptizare  
 potest, quantumvis sit ugens necessitas, ibid. n. 80.  
 Saeculo XII. Petrobrusiani et Henriciani heretici negarunt licere  
 infantes baptizare: idem postea Saeculo XVI. docuerunt Anabaptista,  
 quos secuti sunt Sociniani, ibid. §. 4. n. 81. Infantes sunt Bap-  
 tismi capaces, et expedit eos baptizare, ibid. n. 82. et seq. Solv. ob.  
ibid. n. 87. et seq. Infans tamen in utero matris adhuc conu-  
 latus, si aqua immediate perfundi nequeat, non est capax Baptismi;  
 quod si per fistulam aut alio artificio possit aqua ad illum pestin-  
 gere, iuxta multos valida baptizare potest: si tamen infans ca-  
 put emiserit, et mortis periculum timeatur, baptizetur in capi-  
 te, iterum postea minime baptizandus; si autem aliud mem-  
 brum protulerit, quod vitalem motum indicet, in eo membrum bap-  
 tizetur, et si natus fuerit, iterum sub conditione baptizandus erit,  
ibid. n. 84. In monstris baptizandis maxima cautio est ad-  
 hibenda, ac, si fieri possit, consulendus est Episcopus: ceterum  
 monstrum, quod tale est, ut nubem hominis speciem pro se fe-  
 rat baptizari non debet: si vero illud esse hominem sit prorsus  
 dubitandi locus, baptizetur sub hac formula, si tu es homo ego.  
 Si vero dubium sit, an una vel plures sint personae, dubium prius  
 removeatur, quam administratur Baptismus; discerni autem  
 poterit, an una vel plures sint personae, si monstrum habeat  
 unum vel plura capita aut pectora; tunc enim totidem erunt  
 animae, hominesque distincti, et in hoc casu scorum sunt bap-  
 tizanda: quando vero certum non est in monstris esse duos  
 homines, ut quia duo pectora et duo capita non habet benedi-  
 tione, tunc debet primum ea pars monstrum, quae hominem cer-  
 tius denotat, absolute baptizari, altera vero sub conditione  
 si non est baptizatus ego te. ibid. n. 85. Infantes ex parte  
 et inventi, si, re diligenter investigata, de eorum Baptismo  
 non constat, sub conditione baptizari debent: ceterum nulla  
 fides adhibenda est schedulis, quas colto appensas quidam exhi-  
 bent, nisi in eis locus et dies Baptismi et persona, quae baptiza-  
 vit, designentur; tunc enim nisi mors instet, veritas prius  
 indaganda, quam baptizentur, ibid. n. 86. Nemo dubi-  
 tat Baptismum filii infidelium parentibus etiamnum invi-  
 tis collatum validum esse. Certum etiam est filios here-  
 ticorum, Apostatarum, valide et licite invitis licet parentibus  
 baptizari. Similiter omnibus probatur filios infidelium  
 Principi Christiano similiter subditorum licite invitis quam-  
 vis parentibus baptizari, ibid. §. 5. n. 95. At infantes infide-  
 lium Christianis Principibus civiliter tantum subditorum licite  
 te baptizari non possunt invitis parentibus, nisi in certo vita pe-  
 riculo sint constituti, ibid. n. 96. et 97. Solv. ob. ibid. n. 98. et 99.  
 Probabilis videtur, ut infantes ita invitis parentibus bap-  
 tizati abstrahantur a parentibus infidelibus, quod in fide Chris-  
 tiana erudiantur, ibid. n. 104. Quilibet adultus

cuiusvisque nationis, sexus, vel aetatis sit, nisi Baptismum postu-  
 lat, est baptizandus, modo adint praerequinta conditiones ex fi-  
 de, spe, et Charitate, necnon ex aliis virtutibus promanantes, *ibid.*  
 §. 6. n. 105. et c. 3. §. 3. n. 147. Adultus, sive sanus, sit sive infir-  
 mus, si Baptismum postulaverit, baptizandus est, *ibid.* c. 2. §. 6. n. 106.  
 Insensum, amentes, furiosi valida et licite baptizantur, si nun-  
 quam sua ratione usi fuerint, aut si, cum ratione utebantur, Bap-  
 tismum petierint, sive antequam in eum statum inderent, sive  
 dum habuerunt lucida intervalla libera: à contra nec validè nec  
 licite baptizari possunt, si ratione favescentes nunquam Baptismum  
 petierint, *ibid.* n. 107. Mortui non sunt baptizandi, neque vi-  
 ve mortui baptizari possunt, *ibid.* n. 108. Baptismus in  
 re vel in voto adultis ut et parvulis necessarius est necessitate me-  
 dii, *ibid.* c. 3. §. 1. n. 111. et seq. Baptismus adultis est etiam  
 necessarius necessitate praeccepti, *ibid.* §. 2. n. 114. et seq. Solo ob. *ibid.*  
 n. 116. et seq. Martyrium seu Baptismus sanguinis perfectè  
 supplet vices Baptismi aquae in infantibus aquae ac in adultis,  
*ibid.* n. 130. et seq. Solo ob. *ibid.* n. 135. et seq. Martyrium adalte-  
 rum supplet Baptismum ex opere operato, *ibid.* §. 3. n. 143. et seq.  
 Licet Martyrium supplet Baptismum charitatem perfectam  
 non erigit, erigit tamen in adultis, sicut Baptismus aquae,  
 praevias quaedam dispositiones ex fide, spe, charitate, aliis-  
 que virtutibus promanantes. Igitur parva charitas inchoata  
 et initialis saltem, sicut et detestatis peccatorum ex motivo  
 supernaturali, seu contritio, ad fructum martyrii percipien-  
 dum requiritur, *ibid.* n. 147. Solo ob. *ibid.* n. 148. et seq.  
 Baptismus flammis, seu perfecta charitas et cordis contritio in-  
 chudens votum Baptismi aquae, illius vices supplet, *ibid.* §. 4. n.  
 152. et seq. Observandum 1<sup>o</sup> Votum Baptismi suscipiendi  
 in perfecta charitate inclusum debet esse explicitum, si Bap-  
 tismi praecceptum ejusque necessitas cognoscatur; implicitum  
 tantum autem, quando Baptismi necessitas et praecceptum in-  
 vincibiliter ignoratur. 2<sup>o</sup> Charitas perfecta ordinaria non  
 omne debitum poena temporalis libentera extinguit; contin-  
 gens tamen potest, ut tactus sit in huiusmodi non baptizato  
 fervor charitatis, tanta vis et intensio, ut omnis poena remissio-  
 nem impetret. 3<sup>o</sup> Baptismus flammis et sanguinis licet  
 conferant effectum primarium Baptismi, scilicet gratiam bap-  
 tizantem, attamen reliquos et secundarios, ut charitatem  
 baptismalem, p. non conferunt, taliterque iustificati non debli-  
 gantur à susceptione Sacramenti Baptismi, si forte contin-  
 gent, ut adhuc baptizari possent, *ibid.* n. 155. Solo ob. *ibid.*  
 n. 156. et seq. Effectus speciales Baptismi aquae sunt plures,  
 1<sup>o</sup> tollit omnem culpam, 2<sup>o</sup> tollit omnem poenam etiam tem-  
 poralem, 3<sup>o</sup> confert ex opere operato gratiam sanctificantem,  
 4<sup>o</sup> dat auxilia specialia fini suo proportionata, hoc est ad vi-  
 vendum Christianè, 5<sup>o</sup> imprimunt characterem indelibilem,  
 6<sup>o</sup> facit suscipientem Ecclesiae membrum, 7<sup>o</sup> subjicit aliquam  
 potestati et jurisdictioni Ecclesiae, 8<sup>o</sup> tribuit capacitatem sus-  
 cipendi alia Sacramenta, p. *ibid.* c. 4. n. 164. Dispositiones

in adultis ad suscipiendum Baptismum requisita alia valorem Sa-  
 cramenti spectant, alia ad illius fructum percipiendum pertinent.  
 Certè consensus seu intentio recipientis Baptismum propriis et om-  
 nino requiritur, ut valide Baptismum suscipiat. Quod dispositio-  
 nes, quæ ad fructum ex huius Sacramento susceptione percipien-  
 dum pertinent, spectat, varia illæ sunt, *ibid.* n. 168. *ind. inf. Novato-*  
*rum* Lutherani et Calvinista nullum ferè discrimen inter Baptis-  
 mum Christi et Joannis, quantum ad vim et efficaciam gratiæ,  
 ponunt, *ibid.* §. 1. n. 167. Baptismus tamen Joannis non  
 fuit ejusdem efficaciam ac Baptismus Christi, *ibid.* n. 168. et seq.  
 Sols. ob. *ibid.* n. 171. et seq. Licet Baptismus Joannis ex se nul-  
 lam habeat efficaciam nisi movendi ad poenitentiam, Christus  
 tamen voluit hoc Baptismo tingi ex triplici ratione, 1<sup>o</sup> ut huius  
 præcursoris Baptismum, ac divinam illius missionem probaret,  
 2<sup>o</sup> ut doceremur, quanti debeamus facere Baptismum Domini  
 cum ipse Dominus tantum faceret Baptismum servi, 3<sup>o</sup> ut sua  
 mundissima carnis contactu vim regenerandi aquis tribueret,  
*ibid.* n. 180. Plures ex veteribus et recentioribus hæreticis  
 negarunt peccata per Baptismum deleri, *ibid.* §. 2. n. 181. Sed  
 recipiam, nam Baptismus hominem per gratiam interioris re-  
 novat, ac delicta quæcumque, et quoad culpam, et quoad omnem  
 poenam tollit, ipsique peccati et totaliter remittit, *ibid.* n. 182.  
 et seq. Sols. ob. *ibid.* n. 187. et seq. Inter veteres Scholasticos  
 fuerunt aliqui, qui dicerent parvulos in Baptismo originalis pecca-  
 ti remissionem accipere sine gratiæ et donis Supernaturalibus,  
*ibid.* §. 3. n. 190. at Eulæria sententia est, quod in Baptismo par-  
 vulis etiam infundatur gratia cum ceteris donis Supernaturali-  
 bus, *ibid.* n. 191. et seq. Sols. ob. 193. et seq. Baptismus le-  
 vel validè collatus iterari non potest, *ibid.* §. 4. n. 197. et seq. pro-  
 inde gravissimè sacrilegii scelere se inquinant, qui absque ratio-  
 ne Baptismum bis conferunt, aut bis recipiunt, atque enormi-  
 tati communicati et irregulares ab Eulæria habentur, *ibid.* n. 202. In  
 parvulis nulla requiritur ad percipiendum Baptisma dispositio,  
 atque regenerantur in fide Matris Eulæria, quemadmodum  
 atque voluntatem primi parentis peccatores sunt constituti: at ve-  
 ro adultis, ut fructuose suscipiant Baptisma, varia dispositiones  
 sunt necessariae, 1<sup>o</sup> si adultus, præter peccatum originale, aliis  
 adhuc actualibus peccatis mortalibus sit inquinatus, ad ejus justi-  
 ficationem per Baptismum requiruntur hi actus: fides, quæ  
 explicitè credat existentiam unius Dei remuneratoris, Mystra-  
 ria SS: Trinitatis et Incarnationis, et generationem veram esse,  
 quæ divinitus revelata et promissa sunt, in primis in primis  
 a Deo justificari per merita Christi, 2<sup>o</sup> Spes justificationis et  
 vite æternæ, 3<sup>o</sup> Dilectio, quæ Deum tanquam omnium justitiæ  
 fontem diligere incipiat, 4<sup>o</sup> Propositum officium servandi om-  
 nia mandata, et Christianè vivendi, 5<sup>o</sup> Poenitentia seu dolor  
 de peccatis commissis cum proposito non peccandi de cetero;  
 hæc autem poenitentia debet esse ex motivo Supernaturali  
 concepta, absoluta, universalis, officium impossibilem ven-  
 uis affectu ad peccatum mortale, et appetitive summa, non

tamen requiritur perfecta contritio. 2<sup>o</sup>. ad justificationem adulti  
 habentis solum originale peccatum iidem actus requiruntur, excep-  
 ta contritione, que solum potest esse de peccatis personalibus vo-  
 luntate sibi et propria physice commissis. 3<sup>o</sup>. Si adultus jam  
 justificatus sit per contritionem seu charitatem perfectam, ut  
 recipiat augmentum gratia in Baptismo, requiritur voluntas  
 Baptismum recipiendi ex aliquo motivo supernaturali, ibid. §. 5.  
n. 203. Inomodo Baptismus sine debitis dispositionibus, et  
 consequenter sine perceptione gratia susceptus iterum reviviscat  
 atque gratiam conferat, vid. Sacramentum. Antiquissimi  
 sunt in ministrando Baptismate Ecclesia ritus; ex quibus pluri-  
 mi ab Apostolica traditione derivati prohibentur à S. Basilio,  
 ut consecratio aqua baptismalis et olei unctionis, ipsius quoque,  
 qui Baptismus accipit, renuntiatio Sathana et operibus ejus, fidei  
 professio; plerisque alios à primava antiquitate habemus et cu-  
 continua Ecclesia usque retinemus, ut impositio manuum et signum  
 crucis, immisio salis in os catechumeni, expuffationes et exorisi-  
 ni, tactus aurium et narium cum saliva, Symboli et orationis  
 Dominica traditio, quam sicut et Symbolum ante Baptisma re-  
 citabant catechumeni, catechumenorum in ipso Baptisma-  
 te immundatio ante abrenuntiationes, quas sequebantur professio  
 fidei et pie vivendi promissio, olei catechumenorum unctio,  
 Chrismatis immisio, candida vestis impositio, cerei ardentis per  
 baptizatum vel sponsos gestatio, in Solemni Baptismatis  
 Administratione susceptores seu Patrimi et Matrino quo mu-  
 nere defungi ~~debet~~ non debent Monachi vel Sanctimoniales,  
 neque etiam parentes baptizandi; nominis impositio, aqua  
 infusio et verborum prolatio, p. ibid. c. 9. n. 209. et 210. Si  
 cogente necessitate Baptismi ceremonia fuerint omissa, illa  
 recedente, omnino sunt supplenda, ut et exorcismi, ibid. n. 211.  
 In quantum ad locum Baptismi administrandi Apostolorum tem-  
 pore, et post idud, servente adhuc persecutione, in quolibet loco  
 conferebatur: redditi vero Ecclesia pace, in eis tantum locis; la-  
 cluso necessitatis casu; que Baptistaria dicuntur, licitum fuit  
 et adhuc est baptizare, ibid. n. 212. Quod autem tempus so-  
 lemnius administrandi Baptisma attinet, quamvis quovis tem-  
 pore, etiam interditi et captationis à divinis, prout in si urget  
 necessitas, conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissi-  
 mo Ecclesia usu, sunt dies sacri, in quibus ritu Solemni hoc  
 Sacramentum administrare maxime convenit, nempe Sabba-  
 tum ante Pascha, et Sabbatum in Vigilia Pentecostes, quibus  
 diebus fontis aqua rite consecratur; his duobus diebus aliqui  
 addiderunt Epiphaniam Domini; alii Natalem Domini, aut  
 S. Joannis Baptista, ibid. n. 213.

Barata |: vid. Noctua |:

Baruch Prophetas, quis fuerit, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 4. n. 483. Eius  
 liber quid contineat, ibid. n. 484. Merito in <sup>inter</sup> Canonicos Scriptu-  
 ra libros recensetur, ibid. n. 485. Solus ob. ibid. n. 488. et seq.

Basilica Sanctis erecta |: vid. Sancti |:

Basilius Magnus |: Sanctus |: Quis, ejus Opera, To. i. Tr. 4. cap. i. num.  
48.

Beatus liquidorum Habraa mensura genus, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 135.

Beati in coelo non vident aequaliter Deum, sed alii alius perfectius vident eum pro diversitate scilicet meritum, indeque Beati non sunt omnes aequaliter beati, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 4. §. 5. n. 128. Sols. ob. ibid. n. 129. et seq.

Beati vident 1º essentiam Dei, Trinitatem personarum, omnia attributa, quae creduntur in hac vita, quamvis non videant omnes gradus virtuales horum attributorum, utpotè infinitos. 2º creaturas possibiles secundum suum esse proprium, alii plures, alii pauciores; cum alii clarius et perfectius, alii minus perfecte et clare Deum videant; nemo tamen eorum videt omnes creaturas possibiles. 3º Deivata Divina. 4º creaturas existentes eo plures vel pauciores, quae perfectius vel minus perfecte scientiam intuitiva visionis habent; cognoscunt tamen Beati omnia singularia, quae ad ipsos spectant, qualia sunt ea, quae ad Beatos pertinebant, cum in terris degerent, et praesens, quae ad eos diriguntur; haecque vident in Deo, scilicet visionis beatifica, ibid. §. 5. n. 130. | vid. Deus: | an in Beatis sit fides Theologica | vid. Fides: | an in eis sit spes, | vid. Spes: | Orare possunt pro nobis, adeoque utiliter invocantur, To. 3. Tr. 4. c. 2. §. 4. n. 54. 57. et 58. | vid. Sancti: |

Beatitudo à S. Augustino definitur rerum optandarum cumulatam plenitudo. à Boëtio Status omnium bonorum aggregatione perfectus, qui aut talis totaliter satiat et quietat appetitum, ut docet S. Thomas, To. 3. Tr. 1. c. 2. §. 1. n. 87.

Beatitudo 1º alia est naturalis, quae natura rationali secundum se sumpta convenit, et quam creatura solis natura sua viribus assequi potest, utique Status bonorum naturalium aggregatione perfectus: alia Supernaturalis, quae natura vires excedit, et solis gratia Divinae auxilium comparari potest. 2º alia est via, quae homo Deo conjungitur per amorem, cuius capax est in presenti vita; alia patria, quae homo una, continua, sempiterna operatione bono increato conjungitur, per visionem scilicet essentiae Divinae, ut in se est. 3º alia est essentialis, quae versatur circa primum objectum beatificans, puta essentiam Divinam; alia accidentalis, quae occupatur circa objecta inferiora, v.g. humanitatem Christi, cognitionem creaturarum extra Verbum, &c. 4º alia est essentialiter tantum perfecta, quae etiam inaequata et suo sensu imperfecta dicitur; alia quae omnibus numeris completa est, et adaequata etiam nuncupatur: priorem habent animae Beatorum statim post mortem, cum his nihil purgandum restat; posteriorem non habebunt nisi resurrexerint post resurrectionem corporibus. 5º alia est objectiva, estque res illa seu objectum, cuius possessione satiatur hominis appetitus; alia vero formalis, estque operatio, quae cum summo voluptatis sensu apprehenditur et possidetur summum bonum seu res illa, quae beatitudo objectiva nuncupatur, ibid. n. 80. et §. 3. n. 99. Homo semper agit propter finem ultimum seu Beatitudinem in genere



at indeterminate spectatam, non vero in specie et determinate  
 consideratam, *ibid.* §. 2. n. 98. et 99. *Solv. ob. ibid.* n. 94. et seq.  
 Determinata hominis beatitudo objective sumpta est solus De-  
 us, *ibid.* n. 92. *Solv. ob. ibid.* n. 97. et seq. Quid de vanâ et fu-  
 tili quorundam Theologorum questione, an sibi et Deus ut  
 unus sit homini beatificando sufficiens necne, sentiendum  
 sit, *ibid.* n. 93. Beatitudo formalis alia est via, alia pa-  
 tria; hæc non reponenda est in illo quodam Dei speciali in-  
 assentiam animæ, aut in actione Dei invocata eidem animæ uni-  
 tivâ; sed in operatione animæ, sicut tum in visione, tum  
 in amore, tum in gaudio, *ibid.* §. 3. n. 99. et seq. Beatos in  
 coelis Deum necessariò diligere truentur Thomista, *ibid.* n. 104.  
 negant Scotista, *ibid.* n. 106. Beati sunt impeccabiles, *ibid.*  
 n. 108. et seq. idque ab intrinsecò, et non ex solâ Dei providen-  
 tiâ, quâ ipsi assistat, ne peccent, *ibid.* n. 111. §. Vid. Corpus seu  
Corpora mortuorum: Sanctorum beatitudo æterna erit,  
 nullique vicissitudini obnoxia, *ibid.* n. 128. Absolutè loquen-  
 do, et de potentia Dei extraordinaria quibuslibet creaturis hæc  
 beatitudo auferri potest; at quia status beatitudinis, qualis est  
 de factò, omnem proxiâ anxietatem amovere debet, atque id  
 ex natura sua postulare videtur, hoc hinc necesse est, ut Sancti  
 hiant se in perpetuum beatos fore, *ibid.* n. 129. Perfecta  
 et simpliciter dicta beatitudo in hujus mortalis vite statu esse  
 non potest, *ibid.* n. 130. attamen in eo agnoscenda est aliqua  
 beatitudo inchoata et imperfecta, *ibid.* n. 131. igitur Justi  
 mune dicuntur beati propter aliquam participationem bea-  
 titudinis secundum aliqualem homini boni formationem,  
*ibid.* n. 132. Hæc beatitudo inchoata objective sumpta, non  
 in rerum creaturarum possessione dimittatur, sed in solo Deo, ut  
 potè qui solus summum bonum nostrum est, consistit, *ibid.*  
 n. 133. formalis vero consistit in contemplatione, *ibid.* n. 134.  
 In eâ plures interveniunt actus, 1<sup>o</sup> fides, quæ in hac vita imper-  
 fectè dimittatur præstat, quod in alterâ visio intuitiva efficiet;  
 2<sup>o</sup> actus caritatis seu amoris divini, qui animam humanam  
 supra semetipsam ad divina contrahenda rapit, fidem vivam effi-  
 cit, mentem ad pias et sanctas cogitationes exauit et determi-  
 nat, p. *ibid.* n. 135. et 136.

Baal-Zebub, sive Baal-Zebut sonat idem ac Deus musca, Accaron-  
 itarum, ab urbe Caesarea Accaron, quæ olim Philistinorum  
 erat, sic dictorum idolum, *To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 234.*

Bel seu Baal idem latinè ac Dominus, Aegyptiorum idolum, idem  
 quod apud Latinos Jupiter, *To. 1. Tr. 1. part. 2. sect. 1. c. 4. n. 448.*

Belarmius, Uris, ejus scripta, *To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 100.*

Bellum etiam offensivum potest esse licitum; Defensivum  
 autem licere per se patet. *To. 3. Tr. 6. part. 3. c. 2. §. 3. n. 367.*  
 ut bellum sit licitum requiritur potestas suprema, quæ re-  
 sidet vel in republicâ liberâ, vel in Principe legitimo, cui  
 cura republicæ commissa est; causa justa, quæ est dum-

tanat gravissima injuria Principi vel Subditis illata, quam  
 tollere, vel pro ea satisfacere pars adversa recusat; ac recta  
 intentio, ut non geratur bellum ex odio, avaritia, inordina-  
 ta cupiditate amplificandi imperii, sed ad publicam quietem  
 ac justitiam servandam, vel injuste oppressis opitulandum,  
 ibid. n. 368. Licet aliis tanquam sociis auxilium praebeant Prin-  
 cipi habenti justam causam bellandi, et huic aliorum uti aux-  
 ilio, quavis sint diversa Religionis, modo absit scandalum & Christiana tamen  
 et periculum fidei ac sacrilegiorum; sed si adsit tale scan-  
 dalum et periculum, p. ibid. n. 369. Ante bellum tenetur  
 Princeps rem diligenter examinare cum viris probis ac peritis, et  
 habere certitudinem saltem moralem de justitia causa: Dein-  
 de tenetur parti adversa justitiam causa sua et protestationes  
 suas proponere, ut illa possit satisfacere injuria illata vel res-  
 titutione ablata sine alio damno: et aequalis satisfactio oblata  
 acceptari debet, ibid. n. 370. In bello justo licita sunt  
 ea omnia et sola, quae iuxta consuetudinem Christianorum  
 necessaria sunt ad assequendum finem belli: hinc 1<sup>o</sup> licet occi-  
 dere hostes pugnantes, et resistentes, non tamen innocentes, qui  
 non pugnant, nisi indirecte et per accidens, ut cum urbs cap-  
 tiva, vel nocentes seu milites vicini nequeunt, nisi cum peri-  
 culo et occasione innocentium. 2<sup>o</sup> licet poliare bonis civis et  
 si non pugnantes, qui sunt membra Reipublicae hostilis, si hoc  
 sit necessarium ad finem belli. 3<sup>o</sup> licet uti invidis et strata-  
 gematibus. 4<sup>o</sup> Civitas capta dari, sine gravi necessitate,  
 non potest in praedam propter multa scelera et mala, quae in  
 tali depredatione committi solent: et si datur, tenentur Dues  
 diligentissima curare, ne scelera committantur. 5<sup>o</sup> ea, quae  
 caveri iuxta prudentiam possunt, ut veneno inficere puteos, ano-  
 nam, aquam, glandes, non licent: itam Christiani a Christia-  
 nis capti non possunt fieri servi. 6<sup>o</sup> Non licet victori reti-  
 nere debita compensationem et satisfactionem non ex-  
 ce-  
 dunt, vel necessaria sunt ad securitatem in posterum contra  
 victos stabilendam. 7<sup>o</sup> Princeps tenetur inchoatum bellum  
 finire, si aequa satisfactio offeratur, securitas sufficiens pra-  
 statur, et compensentur impensa belli, ibid. n. 371. Inve-  
 naturali nihil fieri licet contra justitiam, jus gentium, forti-  
 tudinem, charitatem, et veram Religionem, et fides data hostibus  
 servanda est, nisi ipsi fidem frangerint, ibid. n. 372. Tenen-  
 tur Principes et ejus Dues militibus iuxta consuetudinem servare, et im-  
 pedire omnia crimina, quae impediri moraliter possunt; nec non  
 curare, ne populi subditi iniquis vexationibus graventur; ab-  
 qui tenentur ad compensanda damna licita ex occasione plu-  
 ritudinis vel diligentia debita, p. ibid. 373. In communi sen-  
 tentia bona justo bello capta, si sint immobilia, cedunt Prin-  
 cipi aut Reipublicae; si sint mobilia sunt capientium, nisi ex  
 consuetudine regionis dividenda sint inter milites, aut una pars  
 cedat Principi: tamen bona injuste acquisita ab hostibus

retatui debent eorum Dominis, ibid. n. 374. Reprehensio  
positis conditionibus sunt licita, scilicet 1<sup>o</sup> ut constat de in-  
juria illata, 2<sup>o</sup> ut Princeps vel Magistratus circumlocutionum  
rogatus debitam satisfactionem denegat, 3<sup>o</sup> ut fiant auctoritate  
Principis circumlocutionum, 4<sup>o</sup> ne plus damni inferatur, quam justa  
satisfactio requirit, 5<sup>o</sup> ut non fiant in personas Ecclesiasticas et  
eorum bona, ibid. n. 375. Equidem Subditorum non est de  
justitia belli, quod Princeps gerit, indagare, ibid. n. 368. attamen  
si Subditus certo et evidenter noverit belli causam omni-  
no injustam esse, tum arma sumere ad eam tuendam ei non  
licet: si de causa justitia dubitet, tenetur dubium suum depo-  
nere, quod facile poterit; immo illius non sit, nec possit, et de-  
beat causas et rationes belli illius rimari et examinare, et si de-  
posito dubio, arma sumere potest, p. ibid. n. 376.

Beneficium. Tria bonorum genera à Beneficiariis possideri pos-  
sunt: patrimonialia, quae habent à parentibus, itam do-  
natione, legato, p. Quasi patrimonialia, quae consequun-  
tur ratione ministerii clericalis, dum v. g. concionantur, can-  
tant, confessiones excipiunt, funera comitantur, Missam  
celebrant, Philosophiam, aut Theologiam docent, p. Et merè  
Ecclesiastica, quae procedunt à Beneficio: redditus autem Bene-  
ficiorum dividuntur in duas partes, quarum una honesta de-  
centique sustentationi necessaria est, altera vero eidem super-  
flua, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 3. n. 262. Beneficiorum reddituum  
merè Ecclesiasticorum Domini non sunt, sed Dispensatores dum-  
taxat; unde ex justitia tenentur, quidquid ex iisdem redditibus  
superflui habent, pauperibus erogare, vel in pios usus expen-  
dere, ibid. n. 263. et seq. 161. ob. ibid. n. 269. et seq. Clerici  
bonorum quasi-patrimonialium, saltem illorum, quae non ratio-  
ne sacri ministerii ipsis conferuntur, sed velut stipendia quaedam  
ratione quarundam functionum tribuuntur, sunt Domini,  
ibid. n. 264. Clerici, qui sufficiens habent patrimonium pos-  
sunt eo non uti, et vivere ex bonis Ecclesiasticis, ibid. n. 268. 161.  
ob. ibid. n. 276. et seq. Haec omnia etiam faciunt pro Reli-  
gionis in communi, ibid. n. 279. pr. id. mon. Beneficium:

Beneficium. Beneficii nomen ex militari in Ecclesiam inductum est;  
antiquitus enim militibus de Republica bene meritis assigna-  
bantur certi redditus ex ejusdem Republica bonis: redditus illi  
Beneficia, milites vero Beneficarii dicebantur. Ad hanc  
normam, immo, ut vulgò creditur, nec tamen satis probatur, circa  
quintum saeculum facta esset bonorum Ecclesiae divi-  
sio, portio ad Ecclesiae Ministrorum sustentationem assignata  
Beneficium dicta est: unde Beneficium definitur Jus per-  
petuum auctoritate Ecclesiae constitutum percipiendi fructus  
ex bonis Ecclesiasticis propter officium spirituale. To. 3. Tr. 4.  
c. 5. n. 229. Dividitur ratione eorum, quibus conferri debet,  
in Saularia, quod Clericis saularibus; et in Regularia, quod Re-  
gularibus additum est, et conferri debet. Ratione officii eidem  
annexi in Simplex, quod sicut nullam habet annexam ani-

nam curam, jurisdictionem, preeminentiam, digni-  
 tatem, et administrationem Ecclesiasticam; sed solum obli-  
 gationem recitandi officium divinum, et Missas celebra-  
 di; et Duplex, quod sicut animum habet curam anima-  
 rum, vel jurisdictionem in foro externo, vel preeminentiam,  
 vel administrationem Ecclesiasticam. In Mannale, quod  
 potest ad Collatoris nutum auferri; et non manuale, quod ad-  
 mi nequit, nisi ob vim vel irregularitatem. In Collati-  
 vum, quod confertur per voluntatem absolutam ac liberam  
 Collatoris; et Patronatum, quod confertur a Collatore ad presen-  
 tationem vel nominationem factam per patronum; et Elec-  
 tivum, quod per suffragia eligentium accedente postea Superis-  
 ris confirmatione confertur. In Titulare, quod ad vitam,  
 et cum plenitudine juris confertur; et in Commendatum, quod  
 solus administrationis aut custodie causa datur. In In-  
 compatibilia, et Compatibilia: priora sunt, quae animum  
 habent curam animarum, vel quae personalem residentiam  
 postulant, vel quae in eadem Ecclesia instituta sunt ad eundem  
 finem; Compatibilia vero sunt ea, quae personalem residen-  
 tiam non exigunt, nec dem onus ac officium eodem tempo-  
 re persolvendum, ibid. n. 230. Tot modis acquiruntur Be-  
 neficia, quot modis licitis conferri possunt: hi autem sunt sex, hi-  
 licet Collatio libera; Parentatis patroni parva, et subsequa  
 institutio; Electio, et subsequa confirmatio; Postulatio, et subsequa  
 admissio; Resignatio acceptata in favorem; Permutatio ap-  
 probata, ibid. s. i. n. 231. Horum modorum seu titulorum unus  
 est necessarius, ut Beneficium aliquod Canonice et legitime possi-  
 deri possit, ibid. n. 232. Vid. singulos eorum articulos:  
 Qualitates seu dotes ad obtinenda Canonice Beneficia necessaria  
 ex communi decem numerantur: 1<sup>o</sup> Thomas legitimus; 2<sup>o</sup> Cle-  
 ricatus seu prima tonsura; 3<sup>o</sup> idonea aetas, quae pro Episcopa-  
 tu est 30. annorum; ad Abbacias et dignitates, et parochialia  
 Beneficia annus 25<sup>us</sup> inchoatus; ad dignitates non habentes an-  
 nexam curam animarum sufficit 22<sup>us</sup> dies completus, ad Bene-  
 ficia simplicia annus 14<sup>us</sup> inchoatus; ad Canonatum Ecle-  
 siae Cathedralis annus 21<sup>us</sup> quia annexam habet subdiacona-  
 tum; ex consuetudine tamen datur habenti tantum annos  
 14. 4<sup>o</sup> Calibatus; 5<sup>o</sup> Immunitas a Censura et irregu-  
 laritate etiam occultis; 6<sup>o</sup> Morum probitas; 7<sup>o</sup> Scientia  
 ad omnia munia Beneficis annexa recte obanda necessaria;  
 8<sup>o</sup> Corporis habitudo ad officium decenter prestandum neces-  
 saria; 9<sup>o</sup> Vocatio divina; 10<sup>o</sup> Intentio perseverandi in statu  
 Ecclesiastico, et suscipiendi Ordinem muneri suo necessarium,  
 atque si Beneficium curatum sit, intra annum Sacerdotium  
 suscipere debet, qui illud adeptus est, ibid. n. 246. et 247. et  
 ubi conferendum est aliui Beneficium, talis eligi debet, qui  
 hisce qualitatibus et dotibus sit instructus. Indignus vero  
 dicitur is, qui ad officium debite prestandum est ineptus  
 ratione pava vita, vel ignorantia, vel morbi, aut simili  
 impedimenti, vel putatur non futurus utilis Ecclesiae, nec

Lim. (2)  
 pag. 33.

Satisfactorius officio, *ibid.* n. 248. Unde peccatum mortale est quodvis Beneficium, etiam Simplex, conferre indigno, annua presentare, eligere, p. *ibid.* n. 249. immo ex communi sententia peccat mortaliter, qui omisso digniore presentat, eligit, aut proponit dignum ad Beneficium annexam habens animarum curam, vel jurisdictionem, vel magni momenti functionem, ut docendi, predicandi, vel superioritatem alicuius communitatis, *ibid.* n. 250. nulla tamen videtur esse culpa dare minus digno Beneficium Simplex, cum id postulat claritas, vel alia iusta causa ad majus Ecclesia bonum redundans aut spectans, *ibid.* n. 251. Quinguae sunt Beneficiorum obligationes, 1<sup>a</sup> tonsura et habitus decens gestatio; 2<sup>a</sup> residentia horarum Canoniarum; 3<sup>a</sup> residentia in loco Beneficii; 4<sup>a</sup> unius tantum Beneficii possessio; 5<sup>a</sup> legitima ejusdem fructuum dispensatio, *ibid.* §. 3. n. 252. et seq. Beneficiorum redditus dividuntur in duas partes, quarum altera honeste decensque sustentationi necessaria est, altera vero eadem superflua, *ibid.* n. 252. Beneficium vacat 1<sup>o</sup> ex dispositione juris; 2<sup>o</sup> per iudicis sententiam; 3<sup>o</sup> per mortem Beneficarii; 4<sup>o</sup> resignatione; 5<sup>o</sup> permutatione; aliud est Beneficium vacare ipso jure, aliud idem vacare ipso facto: cum Beneficium vacat solo jure potest Beneficii possessor adhuc integrum, ipse renuntiare; sed cum vacat ipso facto. *ibid.* §. 4. n. 253. Septem sunt casus, in quibus ipso jure vacat Beneficium 1<sup>o</sup> Matrimonium ratum; 2<sup>o</sup> Professio Religiosa; 3<sup>o</sup> Crimen, cui privationis poena jure annexa est; 4<sup>o</sup> Si Beneficium requirat Sacerdotium, et prius tempore prescripto non fuerit ad Sacerdotium promovendi; 5<sup>o</sup> Si habenti Beneficium conferatur aliud incompatible; 6<sup>o</sup> Si Beneficiarius consecratur Episcopus; 7<sup>o</sup> Mors naturalis vel civilis, ut Professio Religiosa, condemnatio ad mortem citra appellationem vel per contumaciam, vel ad triennes aut exitum in perpetuum; sed si sit ad tempus, modo illud novem annis longius non sit. *ibid.* n. 254. Beneficium vacat ipso facto per casum, aut defectum, per Matrimonium, per Religiosam professionem, per crimen laesa Majestatis, aut aliud atrox factum, *ibid.* n. 252. | Vid. Beneficarii; Possessio unius Beneficii seu potius pluralitas Beneficiorum; Permutatio; Census; Residentia Horarum; Regressus; Residentia; Resignatio, Tonsura: |

Bernardus | Sanctus | Luit, ejus Scripta, To. i. Tr. 4. c. i. §. 2. n. 90.

Bestia | vid. Animalia: |

Bestialitas | vid. Luxuria: |

Bethulia ab Holoferne obsepta, quo tempore, To. i. Tr. i. p. 2. sect. i. c. 2. n. 298. Luit, et ubi sita fuerit, *ibid.* n. 308.

Bigamia est nomen Graecum compositum ex vocibus Graecis latine big et γαμος latine nuptiae, unde bigamus seu digamus dicitur,

37

qui plures uxores successive duxit, To. 4. Tr. 7. p. 3. c. 4. §. 3. n. 341.  
 Triplex distingui solet, vera, interpretativa, et similitudinaria: prima est, quā plures successive uxores legitimè ducuntur; nam ex fornicatione vel adulterio non emittit bigamia. Bigamia interpretativa ea est, quā quis ex juris interpretatione tanquam bigamus habetur, etiamsi verè bigamus non sit, ut qui viduam duxit; qui uxorem propriam post perpetratum ab ipsa adulterium cognovit; qui multas quidem uxores, sed non veras habuit, propter impedimentum dirimens. Similitudinaria est ea, quā quis post votum solenne castitatis in approbata religione emissum, vel post sacrum Ordinem susceptum contrahit et consummat Matrimonium, etiam cum virgine. Haec triplex bigamia irregularitatem induit, ibid. n. 342. | Vid. Bo. Bigamia!

Blasphemia nomen graecum idem significat ac nocens dicitur hu maledictum, et definitur locutio contumeliosa in Deum, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. sect. 2. §. 1. n. 432. Dividitur 1<sup>o</sup> in internam, quae sibi et ore non profertur, sed mente retinetur; et externam, quae fit ore. 2<sup>o</sup> in eam, quae est contra Deum immediate; et eam, quae est contra eius creaturas, quantumvis eius sunt, atque in eis rebus divinae sanctitas, puta contra sanctos, p. 3<sup>o</sup> praecipue in haereticalem, imprecativam, et meis dehonestativam: Haereticus est ea, quae aliquid falsum de Deo pronuntiat, aut ei attribuendo, quod ei non convenit; aut de eo negando, quod ei convenit; aut tribuendo creaturae, quod Dei proprium est. Dicitur Haereticus, quia conjunctum exprimit errorem doctrinae Catholicae repugnantem, ibid. n. 433. Blasphemia imprecativa ea est, quae quis Deo malum imprecatur; haec odium Dei continet, atque in damnatis frequens est, et in desperandis. Haec dehonestativa est ea, quae emittitur ali- quid existens in Deo, sed indecenter et per modum contumeliae et contemptus, ibid. n. 344. Rursum Blasphemia alia dicitur in Patrem, alia in Filium, alia in Spiritum Sanctum, secundum perfectiones, quae licet communes sint toti Trinitati, cuilibet tamen persona appropriantur, ut potentia Patri, Sapientia et Scientia Filio, bonitas et charitas Spiritui Sancto: hinc Blasphemia, quae in infirmitate potius quam ex malitia procedit, dicitur esse in Patrem; quae ex ignorantia, in Filium; quae ex malitia, in Spiritum Sanctum; et haec in iis praesertim reperitur, qui manifesta Dei opera diabolice attribuunt, ut olim Pharisei. Ad Blasphemiam referantur alia signa contra Deum, licet non adsint verba, ut in coelum sperere, infendere dentibus, p. item vituperia et verba contumeliosa tum contra res sacras, tum contra sanctos, ibid. n. 436. imò blasphemia est maledicere creaturis irrationalibus, quatenus sunt creaturae Dei rebus instrumenta, ut tempestati. Blasphemia tamen immediate

in Deum prolata gravior est eâ, quâ in Santos, et hæc gravior est eâ, quâ in ceteras creaturas profertur, ibid. n. 437. Omnis Blasphemia in quacunque materia est peccatum mortale: ad hoc autem non requiritur formalis intentio Deum inhonorandi, sed sufficit virtualis, ut cum quis ex ira v. g. aut indignatione, imò etiam ex joco ea profert, quæ ex communi intelligendi modo, aut ex circumstantiis Dei inhonoracionem continent, ibid. n. 438. Hinc nomina Dei, Jesu, et Sanctorum ex quadam animi levitate, nonnunquam tamen ex impatientia linguis ferè verbis appelland, quamvis non blasphemant, tamen à peccato immunes non sunt. Apudna etiam nominatio demonis, licet sine imprecatione, sed per modum loquendi, omnino vitanda est, et ratione naturali potest esse peccatum mortale, ibid. n. 439.

Bona. Duplicis generis sunt bona, Spiritualia videlicet, et temporalia To. 3. Tr. 4. c. 2. §. 6. n. 66. Triplicis generis sunt bona temporalia; alia sunt necessaria nature seu vite, alia statui, alia superflua vel vita vel statui vel utrique, ibid. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 2. n. 221. Bona Temporalia, et quibus abuti possumus, non sunt absolute à Deo petenda, sed conditionate tantum, ibid. Tr. 4. c. 2. §. 6. n. 67. At bona Spiritualia, et quibus abuti non possumus, ut charitas et beatitudo sunt absolute et detronicate à Deo petenda, ibid. n. 68. Tria sunt in Ecclesia bonorum Spiritualium et communium genera, quibus quasi totidem vinculis Fideles et cum Christo capite, et hinc invicem colliguntur, 1<sup>o</sup> donum gratis, virtutum infusarum Fidei, Spei, et Charitatis, necnon aliorum donorum, quæ à Christo, tanquam à fonte, in singulos fideles defluunt ac derivantur. 2<sup>o</sup> sunt dona cetera Spiritualia, Sacramenta scilicet, Sacrificium, Suffragia, publica, seu preces et orationes, indulgentiæ, p. quorum omnium participes fiunt, quotquot Ecclesiasticâ communionem formantur. 3<sup>o</sup> sunt aliqua bona Spiritualia unicuique fidelium propria quidem et personalia, v. g. opera bona virtutum, jejunia, penales satisfactiones, p. sed quæ fideles sibi mutuo communicare possunt, tanquam ejusdem sanctæ et spiritualis societatis membra. Est denique et aliud commune bonum quoddam per se tantum et politicum, quod consistit in convivio, colloquio, commercio fidelium inter se, p. His porò bonis formantur, qui cum Ecclesie sunt conjuncti, privantur autem ii, qui ab illâ sunt exclusi et præcisi, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. §. 3. n. 230. | Vid. Excommunicatio: | Bona naturalia triplicis sunt Ordinis, Supremi scilicet, medii, et infimi. In supremo ordine sunt vita, membra, virginitas, et libertas; in ordine medio honor, fama, et bonum nomen, quod melius est, quam divitiæ multæ; in infimo bona fortuna, divitiæ, p. To. 3. append. ad Tr. 3. p. 1. c. 5. n. 507. Bona, in quibus aliquis injuriam pati potest et exigere restitutionem, quaduplicis sunt generis, 1<sup>o</sup> Spiritualia, quibus non solum ea intelliguntur, quæ immediate conducunt ad salutem, ut gratia; aut mediata, ut religionis status; sed etiam quæ remota ad eam

ordinantur, ut bona anima, seu naturalia sunt, ut memoria et intellectus; seu acquisita, ut scientia et ars. 2<sup>o</sup> bona corporis; 3<sup>o</sup> bona honoris et fama; 4<sup>o</sup> bona fortuna, seu opes et divitiae, ibid. p. 2. c. 1. §. 1. n. 520. et To. 3. Append. ad Trait. 5. p. 2. c. 4. n. 672. |: vid. Restitutio:|

Bona paraphernalia uxoris sunt bona extra dotem; ut si uxor in contractu Matrimonii sibi quaedam reservavit, non solum quoad dominium, sed etiam quoad unum fructum et administrationem: paraphernalia etiam dicuntur ea, quae uxor contracto Matrimonio acquisivit sive donatione, sive legato, sive alia ratione, To. 3. Tr. 5. c. 2. Tit. 1. §. 2. n. 92.

Bona castrensia sunt ea, quae filius familias in militia vel occasione militiae acquisivit, vel in obsequio et aula Principis, sive Principis largitione, sive propria industria, in castelli aut Aris custodia. Quasi castrensia sic dicta, quia gaudent privilegio Castrensium, sunt ea, quae ratione militiae laeva vel litterata, atque post Clericatum acquiruntur, vel ratione officii publici, item quae dantur a Rege vel Regina, aut a supremis Principibus.

Bona adventitia sunt ea, quae non proveniunt a patre, neque ejus cursu vel intuitu principaliter, dantur filio; dicuntur respectu patris adventitia, quia ab eo non proveniunt. Bona profectitia sunt ea, quae filius acquirit vel ex bonis patris, vel intuitu illius, ibid. n. 86.

Bona vacantia sunt ea, quae aliquis ab intestato sine haereditate, ~~desertione~~ qui ei iuxta legem ab intestato succedant, descedens relinquit; sine applicantur. Bona desolata sunt ea, quae Dominus ea ratione seu animo abjicit, ut ea in numero rerum suarum esse velit; sunt proinde occupantis, nisi privata jura aliter statuant, ibid. §. 3. n. 131. |: vid. Dominium:|

Bonaventura |: Sanctus:| Quis, ejus scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 93.

Bonitas actuum humanorum |: vid. Actus humanus:| Bonitas Dei |: vid. Deus:|

Bonum est id, quod est perfectum in suo genere, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 6. n. 75. |: vid. Deus:|

Breve Apostolicum est contracta et brevis scriptura, quae in negotiis, quae non sunt magni momenti, conceditur: ea vero vel in papyro vel in membrana indifferenter conscribi solet, nimirumque sigillo in cera aut rubra aut viridi sub annulo Secretarii, ac praeterea Secretarii subscriptione, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 2. §. 2. n. 275.

Bulla. Bullae sunt conceptiones aut ordinationes in rebus gravioribus, nec nisi in membranis describuntur, aliquantisper sunt brevibus polioxiores. Sigilla Bullarum plumbea sunt ac per se ferunt Batri et Bulli Apostolorum effigiem. Quoties Bulla in materia gratis conscribitur, appenditur sigillum e filis sericis: si vero sit in materia iustitiae, aut si sit censuaria, filis canabis plumbeum appenditur, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 2. §. 2. n. 276.



Calvus Hebraeorum, sive Chocnia Graecorum mensura continens quartam partem Modi, Ps. To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 145.

Calvus species variis seu mensura liquidorum apud Hebraeos, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 134.

Calibatus, eo, dicitur lege perpetua continentia, in Latina Ecclesia obstricti sunt, qui majoribus Ordinibus sunt initiati, To. 4. Tr. 7. c. 3. n. 304.

Circa Subdiaconatum quidem varia fuit Ecclesia Latina disciplina, quantum subiect ad Subdiaconorum continentiam; at tandem saeculo XI. lex continentia ubique obtinuit in Ecclesia Latina respectu Subdiaconorum, ibid. n. 305. In Ecclesia Graeca Episcopis, Presbyteris, Diaconis aut Subdiaconis uxor ducere nunquam licuit; melius item ordinatur Episcopus, nisi aut virgo sit, aut viduus, aut, si uxoratus, continentiam pollicetur: attamen licitum est Presbyteris, Diaconis, et Subdiaconis retinere uxores legitimas ante Ordinationem hanc ductas, et omni iure conjugali uti, ibid. 306. Lex ista calibatus, sacris Ministris imposita, nec divina est, nec prout divina Apostolica, sed emanat Ecclesiastica, ibid. n. 307. et 308. Est aequissima ac sanctissima, necnon optimis rationibus uisa, ibid. n. 309. 310. et 311. Solv. ob. ibid. n. 312. et seq.

Ceremonia generatim definitur ritus ceterum ab Ecclesia ad Dei cultum institutus, To. 4. Tr. 1. c. 8. n. 305.

Ceremonia alia dicuntur Sacramentorum, quia circa illa immediate versantur, et in eis conficiendis, celebrandis, et administrandis adhibentur, atque definiuntur vel describi possunt Actus externi Religionis, qui ad honorem Dei, ornatum, ac pompam cultus divini, Sacramentorum dignitatem ac reverentiam, et ad hominum utilitatem referuntur. Alia vero ceremonia, quas Ecclesia instituit ad quandam Fidelium sanctificationem, et quae ob aliquam, quam cum Sacramentis habent, similitudinem, Sacramentalia nuncupantur; sunt enim logica sanctitatis quaedam signa, necnon aliqua eorum in Sacramentorum administratione etiam nuncupantur; describi possunt haec quaedam seu actiones ab Ecclesia instituta, atque per illas preces spiritualiter consecrata seu sanctificata, ad quosdam effectus spirituales producendos; praesertim vero ad levium seu veniale peccatorum veniam et remissionem obtinendam, ibid. n. 306. [vid. Sacramentum, Sacramentalia:] Ceremonia, quae Missam praecedunt, et comitantur, [vid. Missa:]

Cesarius Arelatenis [Sanctus] Lius, eius Scripta, To. 1. Tr. 9. c. 1. §. 2. n. 78.

Calumnia est falsi criminis vel defectus impositio. Sub Detractione velut species sub genere continetur, To. 3. append. ad Tr. 5. p. 2. c. 3. n. 620. [vid. Detractio:]

Cambium idem est ac permutatio; cambire enim est unum permutare cum alio, quodcumque illud sit. Strictius sumitur Cambium pro permutatione pecuniae cum pecunia. Qui dat pecuniam dicitur Cambiosor, qui recipit Cambiosarius. Sic huiusmodi definitur contractus, quo pecunia pro pecunia commutatur.

tatur cum luris Camporis, To. 3. Tr. 9. c. 3. Sect. 2. §. 5. n. 372.  
 Dividitur in fictum, quod et Simum nuncupatur, quia caest  
 humore, quo fructum seu luorum parva possit, atque illud,  
 quo pecunia se ipsa non permutatur sed permutari fingitur,  
 et reale, quod non fingitur, sed vere fit; ut cum pecunia  
 praesens cum praesenti, vel praesens cum distantia commuta-  
 tur, ibid. n. 373. Cambium reale dividitur in manuale  
 seu minutum, quo praesens pecunia actu et de manu ad ma-  
 num pro alia diversa speciei mutatur, aut aurum pro ar-  
 gentea, germanica pro gallica; Locale, quod et Cambium  
per litteras dicitur, atque permutatio pecuniae praesentis cum  
 distantia; et Temporale, quod ad certum diem constituitur, quo  
 soluitur hodie v.g. datur pecunia, ut post tres menses eadem  
 reddatur cum aliquot annis supra centum; quod si post  
 elapsum illud tempus pecunia ista non solvatur, renovatur  
 cambium, et autarium, quod jam debitum esse hypponi-  
 tur, capitali additur, ita ut debeat sibi usura usura, quod  
 quidem tunc recambium vocatur, ibid. n. 374. Cambium  
 reale, sive manuale sit sive locale per se licitum est, ser-  
 vatis servandis, ibid. 375. Cambium Simum illicitum  
 est, ibid. n. 376. Similiter Cambium temporale, prout  
 non explicatum est, ibid. n. 377.

Canon non graeco idem latine est ac regula. Canon S. Scripturae  
 Librorum idem est ac numerus seu index S. Scripturae Librorum,  
 To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 5. n. 49. Libri S. Scripturae Proto-Canonici  
 et Deutero-Canonici qui sunt, ibid. n. 50. Quis sit Canon  
 Hebraeorum, ibid. n. 51. Quis sit Auctor Canonis Hebraeorum,  
ibid. n. 52. Olim plures apud Hebraeos extiterunt libri, quam  
 in eorum Canonem sint relati, ibid. n. 53. Quis sit Canon  
 Catholicorum, ibid. n. 54. Quis sit Canon Aethiopicorum,  
ibid. n. 55. Ad Eclesiam pertinet Determinare et Definire,  
 quisnam liber sit Canonius, ibid. n. 56. et seq.

Canonius sic dicitur à Canone seu Regula, sive quia primis Ecclesia  
 temporibus Canonici communem debebant vitam, atque dis-  
 ciplina Monastica quamdam referebant imaginem, sive  
 quia regulas seu Canones artius observabant; Canon enim  
 graeco, ut supra dictum, regula est, et Canonius Regularis;  
 sive quod in Canonem seu matriculam Ecclesiae relati essent;  
 sive denique à canone frumentario, seu portulis Ecclesiae-  
 ticis ita dicerentur, quod nempe in Ecclesia redditibus ale-  
 rentur. Concilium Tridentinum Canonicos appellat Ecclesia  
 Senatum, Sep. 24. de reform. c. 12. To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 8. n.  
 129.

Canonista seu Jura Consultus Pontificius. In iis, quae ad fidem

Canones Apostolorum  
 conjuncti à quo con-  
 scripti, et cujus sint  
 auctoritatis. ib. Tract.  
 4. c. 1. §. 2. n. 25.

pertinent Canonice seu Juris Ecclesiastici Consulti auctoritatem à Theologo petere debent, To. 1. Tr. 4. c. 3. n. 118. In iis quoque, quae ad mores pertinent, quatenus seu Evangelica, vel vatis Philosophica circa eos quidpiam praescribit, Juris Consultorum auctoritas praesim, aut certe nihil, Theologo confere potest, ibid. n. 119. In illis rerum genere, ubi scilicet de moribus et disciplina Ecclesiae, Religionisque institutis per Leges tantum à Synodis vel Pontificibus Statuta decernitur, necnon poena Juris praescribuntur, Jurisperitorum omnium communis consensus consorsque sententia Theologo magnam fidem facere debet, immo in iis quae super hujusmodi rebus, ibid. n. 120.

Cantra (Anticorum). Liber hoc nomine inscriptus, à quo scriptus sit, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 3. n. 418. Non ad litteram sumenda sunt, quae in eo continentur, ibid. n. 419. et seq. Canonice est, ibid. n. 424. Idem. ibid. n. 424. et 425.

Cautiones seu Cantilena turpes et obscena. Loqui, canere, legere, vel audire turpia et obscena est mortale, si id fiat extra conjugium ob delatationem veneream, aut cum probabili periculo illius in se vel in aliis, aut cum animo se oblectandi rebus illis. Excluso autem omni affectu venereo et periculo delatationis venereae, ac scandalosi turpia loqui vel canere solum ex levitate, vel legere aut audire ex mera curiositate est saltem veniale. Sed quia in praesi raro absit periculum turpis desiderii aut complacentiae, sive in praesente aut legente, sive in audientibus homines, cautiones, vel lectiones rerum turpium aut lascivarum in vel coram juvenibus aut aliis infirmis spiritu, raro vacat culpa mortali. Qui autem habent libros turpes et amatorios non sunt absolvendi, nisi illos comburant, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 311.

Captivitas Babylonica, haurdo initium et finem habuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 329.

Caput Ecclesiae essentialia ac invisibile est Christus, ministeriale vero visibile et externum Romanus Pontifex, To. 1. Tr. 3. c. 5. n. 356.

Cardinalis. Cardinalium nomine veniunt illi Ecclesiae Praesules, qui jus et potestatem soli habent eligendi summum Pontificem, unde et administrationis auctoritate ceteris Praesulibus anteponuntur, ita quidem, ut potestate Ordinis Cardinales Presbyteri, ac Cardinales Diaconi Cardinalibus Episcopis sint inferiores. Cardinalium est Pontifici, quem elegerunt, à consilio esse, eorum Romanus Pontifex fratres appellat; hi in comitiis publicis primi ab Romano Pontifice ferunt, primi suffragium ferunt; et sunt Episcopi sui habent Canoniarum collegia, sicut in Ecclesia Romana Pontificiarum vel Canoniarum collegium est praeparatum et sacrum Cardinalium conventus, qui una cum ipso Pontifice tanquam Capite unum corpus efficit, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 1. §. 1. n. 184. Quatenus ad

nomini etymon Cardinalis à Cardine dictus est; cardo autem signi-  
 ficat id, quod in negotiis vel causis praecipuum est; sic Cardinalis  
 etiam dicitur quasi Principalis. De origine et antiquitate  
 hujus dignitatis nihil certi habemus: ante Sylvestri Papa tempo-  
 ra nullibi Cardinalium nomen legimus, imò rarum adhuc eà etate  
 erat; subin Gregor. atate coepit id. pluribus Episcopis frequentius  
 tribui, ibid. n. 185. Cardinales à ceteris Praelatis distinguit pra-  
 cipue urbani Galeni, quem in Concilio Lugdunensi. in signum  
 fundendi pro libertate Ecclesiastica sanguinem ab Innocentio IV.  
 auspice dicuntur; item titulus Eminentia ipis ab Urbano VIII.  
 an. 1631. attributus, qui quidem non eis ita proprius est, quin et  
 aliis, puta Ecclesiasticis Romani Imperii Electoribus, et Magnis  
 Nalensium Episcopum Magistro fuerit ab eodem Urbano VIII.  
 attributum, ibid. n. 186. Numerus Cardinalium, utpote  
 aequalis totidem Christi Discipulis ultra 72. non facile excurrit,  
 ex quibus seu sunt Episcopi, 50. Presbyteri, et 14. Diaconi, ibid.  
n. 187. Potestas Romanorum Pontificum eligendi primum se-  
 culo X. anno salicet 963. ad Cardinales redacta perhibetur, ibid. n.  
188.

Cassianus, luis, ejus scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 71.

Cassiodorus, luis, ejus scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 77.

Castitas est virtus, quae cohibet vel moderatur appetitum et usum  
 venerorum ac delectationis venerae secundum rectam ratio-  
 nem et legem divinam, To. 3. Tr. 5. proem. §. 3. n. 12. Tri-  
 plex est, conjugalis, quae est donum Dei, quo venerorum usus  
 intra conjugii limites coarctatur, sive est constans et efficax volun-  
 tas abstinendi ab omni actione et delectatione venerae cum  
 non conjugae, et eam utendi cum conjugae juxta recta rationis  
 et legis divinae regulam, ibid. n. 13. Vidualis, quae est do-  
 num Dei, quo quis in perpetuum requirit veneris illaebras, quas  
 expertus est sive licite sive illicitè, seu est propositum cons-  
 tans et efficax abstinendi in posterum, propter Deum, ab omni  
 actione et delectatione venerae percepta in conjugio et alibi,  
ibid. n. 14. et denique Virginalis, quae est donum Dei, quo  
 quis animae et corporis integritatem Deo consecravit, seu est vo-  
 luntas constans et efficax abstinendi ab omni actione et de-  
 lectione venerae per totam vitam. Non amittitur per quod-  
 libet experimentum venerae voluptatis, potest enim contin-  
 gere, ut virgo illa sit, quae voluptatem veneram passa est sive  
 dormiendo, sive per violentiam barbaricam. Sed, servata eti-  
 am corporis integritate, virginalis castitas deperditur ab eo,  
 qui vel semel venerae voluptati consensum praebeat, ibid. n. 15.  
 item Ethic. c. 2. §. 4.

Causa reservata. Causam reservatam est substractio potestatis absol-  
 vendi à certis peccatis, salva potestate absolvendi ab aliis. Ex-  
 tat in Ecclesia potestas reservandi aliquos casus; haecque praxis  
 à primis Ecclesiae saeculis trahit originem suam, To. 4. Tr. 5. c. 6.

§. 4. n. 356. Ad eos spectat reservare peccata, ad quos spectat con-  
 fere jurisdictionem: itaque potestatem sibi reservandi peccata  
 habent Summus Pontifex respectu totius Ecclesiae, Episcopus res-  
 pectu sua Diocesis, Superiores regulares respectu suorum subdi-  
 torum, ibid. n. 357. Ut peccatum sit verè reservatum qua-  
 tuor requiruntur; 1<sup>o</sup> ut sit mortale; 2<sup>o</sup> ut sit ceterum, 3<sup>o</sup>  
 ut sit opere completum, nisi aliter in Statuto sit expressum; 4<sup>o</sup>  
 ut sit à pubere perpetratum. Ceterum peccatum censetur  
 reservatum, etiam si poenitens illud reservatum esse ignoraverit,  
ibid. n. 358. Jurisdictione ordinaria à casibus, quos sibi re-  
 servavit Episcopus, absolvere potest ejus Vicarius Generalis et Promi-  
 tentarius, Delegata vero quilibet Sacerdos ab ipso ad id specialiter  
 deputatus, ibid. n. 359. In articulo mortis quilibet Sacerdos  
 potest absolvere ab omnibus peccatis et censuris reservatis, ibid. n.  
360. Episcopi absolvere possunt à peccatis et censuris Summo  
 Pontifici reservatis subditos suos, qui de jure Romano iure non te-  
 nentur. Id ipsum regularibus Regularibus respectu suorum subdi-  
 torum duntaxat permittitur. Idem Episcopi possunt subditos  
 suos in foro conscientiae absolvere ab omnibus peccatis Capae reser-  
 vatis occultis, nec ad forum contentiosum deductis, ibid. n. 361.  
 Absque licentia Episcopi à casibus eidem reservatis absolvere non  
 possunt Sacerdotes alios approbati sive saeculares sive regulares.  
 In speciali autem Episcopi nostri Argentiniensis licentia et privile-  
 gio in Diocesi nostra potest quilibet Sacerdos approbatus absol-  
 vere à quolibet casu Episcopo reservato, et à quolibet censura, quae  
 quos gravis morbus laico afflicto; eos etiam, qui proxime Matrino-  
 nis jungendi sunt, mulieres praegnaventes partu proximo; denique  
 eos, qui pro prima vice sacram communionem debent perire, ibid. n. 362.  
 Sacerdotes, qui à casibus reservatis absolvere  
 facultatem non habent, non possunt poenitentes, qui inter alia  
 peccata non reservata, quodam reservata sibi confitentur, à non  
 reservatis absolvere, et deinde eos pro absolutione à reservatis, ad  
 eum, qui habet potestatem absolvendi à reservatis, mittere. Si-  
 militer qui facultatem habent absolvendi à reservatis, sed non à  
 censuris reservatis, nec à non reservatis absolvere  
 possunt poenitentes, quando in illorum confessione occurrit pec-  
 catum aliquod, quod annexam habet censuram excommunicatio-  
 nis reservatam: excipiunt aliqui circumstantias, in quibus poeni-  
 tens non potest sine sua infamia et aliorum scandalò ad Superiorem  
 remitti. Superior quoque non potest audire sola reservata, et ab  
 illis poenitentem absolvere, et deinde remittere eum ad alium, à quo  
 à non reservatis absolvatur, ibid. 363. Non pauci affirmant,  
 quòd, si quis confessus habenti jurisdictionem in reservata pecca-  
 ta ea oblivione omiserit aliquòd peccatum reservatum, hoc ipse  
 peccati obliti reservatio sublata sit, adeoque possit postea de illo  
 directe absolvi à Confessario non habente potestatem in peccato  
 reservato: quia tamen id incertum videtur, idèò in praxi recommen-  
 dum est ad Superiorem pro habenda absolutione ab illo peccato, ibid.  
n. 364. Absolutio vel virtute jubilei, vel auctoritate Superioris

P. rim. (S)  
 pag. 41.

aut ejus delegati data non tollit reservationem, si fuerit iusta de-  
 factu dispositionis in poenitente, ibid. n. 365. Si nulla censura  
 casibus reservatis sit annexa, is, qui in articulo mortis, id est, in  
 gravi infirmitate, ea qua imminet periculum mortis, ab illis per  
 Sacerdotem pro reservatis non approbatur absolutus, fuerit, si  
 postea convalescit, non tenetur adire Superiorem, ibid. n. 368.  
 Quando alicui generatim a Summo Pontifice conceditur facultas  
 absolvendi a casibus ipsi reservatis, illa etiam ad censuras iisdem an-  
 nexas extenditur. Idem dicendum de censuris, qua casibus ab Epis-  
 copo reservatis de jure sunt annexa. Quando alicui, praeter po-  
 tentatem absolvendi a casibus reservatis, insuper tribuitur potes-  
 tas absolvendi a censuris reservatis in genere, is tamen iura argue-  
 re non debet, se posse absolvere ab heresi, aut a censuris ab homi-  
 ne laico seu per poenitentiam inflictis, aut vota commutare, aut  
 in irregularitatibus dispensare, ibid. n. 366. Si aliquis Con-  
 fessorius cum poenitente contra castitatem quoque modo peccat  
 anteriori, tunc, etiamsi pro casibus reservatis approbatus esset, vel  
 impostarum approbandus foret, non poterit ab illo complicitatem  
 absolvere valide, nisi in articulo mortis, et ne tunc quidem licite,  
 si alius Sacerdos reperiat, ibid. n. 367. Casus reservati Sum-  
 mo Pontifici, ibid. n. 371. Casus reservati Episcopo Argen-  
 tineni, ibid. n. 372. Censura reservata Episcopo Argenti-  
 nensi, ibid. n. 373. et 374.

Catechumenus nomen graecum, latine idem, juxta suam etymologiam,  
 est ac Auditor, quod fidei doctrinam adhuc audiat, nondum  
 tamen sit baptizatus, proinde nondum sit actu et perfecta verum  
 Corporis Ecclesiae membrum, To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 5. n. 347. et seq.  
 Catechumenus igitur secundum vim graeci nominis is est, cui mys-  
 teria fidei viva voce ministerio exponuntur et creduntur. Cate-  
 chumenatus institutionem a Christo originem ducere patet ex  
 Matth. 28. ubi Apostolis iussit, ut prius gentes docerent, quam bap-  
 tizarent, To. 4. Tr. 2. c. 4. §. 6. n. 204. Catechumeni antiquitus  
 in tres classes seu ordines aut gradus dividebantur: primus erat au-  
 dientium, eorum sicut, qui Baptismi desiderio tenebantur, et  
 Christianorum coetibus publicis, conionibus, instructionibus inter-  
 erant, ut de mysteriis fidei dispersas Pastores audirent; non-  
 dum tamen nomen suum Catechumenorum albo inscribi face-  
 rant: hi e conventibus tempore Sacrificii Missae cum Ethnicis et  
 poenitentibus ejiciebantur, ibid. n. 205. Secundus Catechume-  
 norum gradus erat eorum, qui Ecclesiae nomen jam dederant; ge-  
 nua flectebant in Ecclesia, et super eis genuflexis preces et oratio-  
 nes fundebantur: hi proprie dicuntur Catechumeni, et illi intel-  
 liguntur, cum in Synaxi Diaconus alta voce ediebat, Quiem-  
 que Catechumeni discedite. Nam priores cum Ethnicis sine pe-  
 ciali edicto peccabant, p. ibid. n. 206. Tertius gradus est  
 Competentium seu Electorum, qui sicut quadragesimali tan-  
 tum tempore, aut paulo ante Pentecosten erant in Ecclesia conspi-  
 cui. Competentes dicti sunt, quia post doctrinam fidei, post con-

timentiam vita ad gratiam Christi percipiendam festinabant, canique patebant. Electi quoque dicebantur, quia post diligens examen enasti (catechumenatus) segregabantur, et percipiendo Baptismus idonei judicabantur, p. ibid. n. 207. Quantum ad tempus, quo Catechumenatus finiebatur, varia fuit Ecclesie disciplina. Vulgo in Oriente et Occidente tempus Catechumenatus quadraginta dierum fuit, p. ibid. n. 208.

Cathedra. Quid sit Capam loqui ex Cathedra, To. 1. Tr. 3. c. 5. §. 3. n. 384.

Catholicitas Ecclesie nihil est aliud, quam ejus Universalitas hu diffusio per omnia loca, per omnia tempora, per omnium hominum genera, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 3. n. 128. Videtur hoc Catholicitatis cognomen Ecclesie Christi jam vicinioribus ad Apostolos temporibus adhasisse, ibid. n. 129. Est vera ac singularis Christi Ecclesia nota, ibid. n. 130. quam notam sola Ecclesia Romana habet, neququam autem Societas Protestantium seu Novatorum, ibid. n. 131. et 132.

Causa. Causa in jurelibet virtutis non sicut ac in jurelibet disciplina quadruplex assignari solet efficiens, finalis, materialis, et formalis: efficiens est principium influens esse in effectum; finalis est ipsemet finis, seu ratio, cujus gratia aliquid fit; formalis hu forma est ratio quidditatis, id est ratio essentia vialia cujus constitutiva; materialis duplex est, sicut circa quam et in qua, 1<sup>a</sup> est objectum virtutis, 2<sup>a</sup> est subjectum, in quo ea virtus residet, To. 3. Tr. 5. c. 1. §. 3. n. 32. Causa devotionis quadruplex /: vid. Devotio!

Censura. Nomen Censurae deduntur aliqui à verbo censeo, ex eo, quod censoribus arbitrium esset in Republica Romana civium mores castigandi: alii à censu; quia Censores populi Romani facultates aestimabant, et in censum redigebant. Sumitur vero censura 1<sup>o</sup> pro dignitate censoris, ita ut dignitas illa dicatur censura à censore, sicut à Bratore dicitur Bratura; 2<sup>o</sup> pro decreto censorio; 3<sup>o</sup> pro ipsemet castigatione et poena censoria. Bonè apud Scriptores Ecclesiasticos Censura nomen usurpatur in secunda et tertia significatione; in secunda quidem, nam judicium Ecclesie vel Academiae in jura Theologica de perversa aliqua et damnabili propositione dicitur Censura: hujusmodi autem damnabilium propositionum censurae ois passim recensentur; alia enim est propositio haeretica, alia erronea, alia scandalosa, alia blasphemica, alia piarum animarum offensiva, alia temeraria, alia seditiosa, alia denique superstitiosa, p. In tertia etiam significatione; poena quippe spiritualis in contumaces devota aut inflata vulgo appellatur Censura. Et hoc posteriori modo censuram hic accipimus, To. 1. append. ad Trait. 4. n. 126. et To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. n. 218. Ecclesia à Christo accepit potestatem ferendi censuras, quae non sunt poena solum externa, sed spirituales, ibid. §. 1. n. 220. et Reg. Solv. ob. ibid. n. 223. Definitur Censura poena

Ecclesiastica et medicinalis ob grave peccatum imposita, per quam homo baptizatus delinquens et contumax privatur usu quorumdam bonorum spiritualium, fidelibus communicum. ibid. §. 2. n.

224. Censura dividitur 1<sup>o</sup> in justam et in injustam; 2<sup>o</sup> in eam, qua est à jure, et eam, qua est ab homine, 3<sup>o</sup> in latam, seu qua est lata sententia, et ferendam, seu qua est ferenda sententia; 4<sup>o</sup> in excommunicationem, Suspensionem, et Interdictum; haec posterior divisio velut multiplex species sub prioribus tanquam generibus continetur; 5<sup>o</sup> Censura etiam alia est levis, alia gravis, alia valida, invalida alia, item alia reservata, alia non reservata, alia ad tempus, alia in perpetuum, ibid. §. 3. n. 225. Censura à jure est qua per legem seu statutum perpetuum fertur generaliter in omnes subditos, qui eam legem transgressi fuerint: Censura ab homine est qua per sententiam Judicis vel mandatum seu preceptum temporarium et transitorium fertur ordinariè ex causâ et factis particulari in particularibus personis, ibid. n. 226. Differunt inter se haec dua censurae species 1<sup>o</sup> Censura à jure semper est generalis et omnes subditos comprehendit; at verò censura ab homine est particularis, et saltem ordinariè, fertur in personas determinatas vel ex causâ determinatâ et particulari: 2<sup>o</sup> Censura à jure est perpetua et durat quamvis lex illam imponens non est abrogata; Censura ab homine verò capat per mortem vel amotionem illius, qui eam tulit, ita ut diuè non innovatur: 3<sup>o</sup> Censura à jure vel ab homine per sententiam generalem lata non est reservata, nisi expresse habeatur in Canone sive Statuto, vel in mandato Superioris illius reservatio; Censura verò ab homine per sententiam peculiariter lata est reservata, nec tolli potest nisi ab eo, qui eam tulit, vel ab ejus Superiore, vel Successore, vel Delegato, ibid. n. 227. Censura lata sententia est ea, quam Praelatus seu Superior per legem actu infligit, ibid. n. 228. ferenda verò sententia, qua etiam dicitur comminatoria, est ea, quam Superior jubet infligi vel comminatur infligendam, ibid. n. 229. Quilibet potest delegari ad ferendas Censuras: igitur Censura fieri potest ab omni et solo Praelato Ecclesiastico, vel ejus Delegato, id est à Clerico jurisdictionem ordinariam vel delegatam habente in foro exteriori, quem ipsa respicit, cum per eam subditi ad se invicem ordinentur. Homines autem Praelati Ecclesiastici intelliguntur omnes Clerici habens jurisdictionem in foro exteriori, quales sunt Summus Pontifex in totâ Ecclesiâ; Episcopi in suis Diocesisibus, eorumque Vicarii generales et Officiales; Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, Sede vacante; Praelati regulares respectu suorum subditorum ibid. §. 4. n. 262. et 263. Ut potestas ferendi Censuras valide exerceatur debet esse libera non ligata nec impedita per censuram excommunicationis vel suspensionis; auctor Censura debet liberè agere et esse sui compos; et Censura in subditum fieri debet, ibid. n. 264. à ferendis Censuris excluduntur laici omnes et foemina, ipsaque Abbatis, ibid. n. 265. In ferendis Censuris, praevia monitio Canonica ad censuram, qua ab homine infligitur pro culpa praeterita aut praesenti, fieri debet ibid.



40

Notitia: Demeritio autem illius, qui Censuram contrahit, fieri non debet nec potest, nisi auctoritate Superioris legitimi, aut ab ipso Delegati, idque publicè in Ecclesia, vel scripto, in qua causa Censura exprimitur, ad verbas Ecclesie affixò, juxta morem receptum ejusque Diocesis, ibid. n. 266. Censura nullo modo tolli potest nisi per Judicis absolutionem: et verò non tollitur per solam captationem contumaciae, aut per satisfactionem, neque per mortem ferentis aut ejus depositionem, neque etiam per mortem illius, in quem lata est Censura v. g. excommunicationis. Tollitur tolli potest Censura ab eo qui eam tulit, Inimodò in illo perseveret jurisdictionis; tolli potest à Superiore illius, qui eam tulit, modo plenam habeat jurisdictionem in eo, qui Censuram ligatus est; Tollitur potest à Successore Ecclesie, qui eam tulit; item à Jure Superiore, ad quem illius cognitio per appellationem deducta est. À Censuris juris vel sententia generalis, quam is, qui eam tulit, sibi reservavit, necesse absolvere potest pater ipsum, ejusve Superiorum, Successorem, vel Delegatum: Concilium Tridentinum tamen jure novo permittit Episcopis absolvere à casibus et Censuris Papae reservatis, quando isti sunt impuberes, vel senes, vel debiles, vel pauperes; vel quando sui juris non sunt, vel mulieres, vel denique si isti sunt legitime impediti, ut adire Papam; isti tamen absolvi non debent nisi cum onere si cessante impedimento, standi se postea coram Papà aut ejus Legato, non quidem ut ab ipso absolvantur, sed ut eorum mandatum accipiant; alioquin ipse factò reinvident in eandem Censuram, quòd restringendum est ad ea loca, ubi disciplina illa viget; ab hoc onere se standi coram Papà evadunt qui propter juvenem aetatem ab Episcopo sunt absoluti; non enim tenentur, cum adoleverint, Papam adire. Quilibet Sacerdos potestatem habet in auctoritate mortis absolventi ab omnibus Censuris etiam reservatis: attamen illi, qui sic sunt absoluti, elapso periculo tenentur quamprimum adire Superiorem ad accipiendum illius mandatum, et ad id tenentur sub poena reinvidentia in eandem Censuram. À Censuris vero non reservatis quilibet Sacerdos legitime appellatus semper potest absolvere, idque conceptione Ecclesie, ibid. n. 267. Suspendio et Interdictum, quando ad certum tempus feruntur, et cum aliqua conditione, v. g. si Sacerdos suspendatur ab officio, donec per menses spiritualibus exercitiis in Seminario vacaverit; vel interdicitur Ecclesia, donec tantum illius reparatum fuerit, cessant absque absolutione, si conditio, quae imposta fuerat, adimpleta sit: vid. Interdictum, Suspendio: Episcopus extra suam Diocesim potest subditum suum à Censuris sibi reservatis absolvere in foro conscientiae dumtaxat, non verò in foro contentioso cum strepitu et solemnitate judiciali, defectu sibi et territorii, ut ajunt, seu jurisdictionis in aliena Diocesi: pariter qui in sua Diocesi Censuram ligatus est, in alia, in qua commoratur, absolvi potest in foro interno et conscientiae dumtaxat, non in foro externo, quando Censura est à jure, vel ab homine per sententiam generalem lata; si verò Censura est ab homine per

sententiam particularem, remittendus est ille ad proprium Episcopum, vel ab eo impetrandam absolvendi licentia, ibid. n. 268. Inter absolutiones à censuris alia etiam est, quae dicitur ad cautelam, alia non reinventia: prior est ea, quae provisionaliter datur, ut laicus se coram Iudice purgare possit, aut aliquid aliud tutè agere absque metu innumera irregularitatis, ibid. n. 269. Absolutio à Censura non reinventia est ea, in qua qui absolutus est, iis non adimpletis, quae ipsi imposita fuerant, in eandem Censuram incidit, à qua fuerat absolutus, p. à reinventia soli Episcopi et ab ipsi delegati absolvere possunt. Ut quis eandem Censuram v. g. excommunicationem quantum ad affectus externos per reinventiam incurvat, necessaria est nova Superioris sententia, quae declarat talem, ob suam contumaciam et inobedientiam in excommunicationem incidisse, ac jubet eum tanquam excommunicatum nominatim denuntiari, ibid. n. 270. Ad absolutionem à Censuris requiritur, ut ipsa verbo vel scripto aut saltem alio signo externo sufficienter exprimatur. Et si nulla determinata verborum forma requiritur ad essentiam et valorem absolutionis, illicitum tamen est absque necessitate uti alia forma, quam consuetam. Aliquando fit, ut Absolutio à Censuris sit tantum pro foro interno conscientiae, ita ut non valeat pro foro externo, nisi Superior Ecclesiasticus eam velit acceptare: fieri etiam potest in absentes per nuntium, litteras, prout quotidianus usus in Rescriptis Pontificiis demonstrat, ibid. n. 271. Censura ferri possunt in omnes et singulos homines baptizatos, viatores, rationis et deli capaces, nempe subditos: ponò subditorum nomine in quodam sensu etiam veniunt extranei, advena, et peregrini respectu eorum locorum, per quae transiunt etiam sine animo ibidem permanendi; unde hi possunt ligari censuris à iure seu statu communi latis; attamen non ligantur censuris, quae est ab homine, id est, sententia Iudicis pro peccatis futuris, si tunc lata sententia nondum ingressi fuerant, ibid. n. 272. possunt tamen aliquando ligari censuris per Statutum lata, tametsi tempore latae sententiae seu Statuti cum Censura promulgata nondum ingressi sint Diocesim, ibid. n. 273. Diocesani extra Diocesim suam existentes non ligantur Censuris per Statutum à suis Episcopis latis, si extra Diocesim existentes crimen commiserint: aliquando tamen etiam extra Diocesim sint, censentur delinquere in propria Diocesi, seu ibi committere peccatum sub Censura prohibita, ideoque etiam Censuram incurvere: incurrunt etiam Censuram, si lata fuerit sub conditione, sed non ordine seu respectu ad delictum praeteritum, vel debitum contractum tempore prioris dimissionis: item ligantur Censuris ab homine latis: nec tamen Episcopus extra suam Diocesim existens suam subditum ligare potest, ibid. n. 274. Qui Censura iam ligatus est, potest adhuc alia ligari, non tantum diversa sed ejusdem rationis, ibid. n. 275. Censura non infligitur nisi ob peccatum externum junctum cum contumacia et inobedientia contra Eccl-

nam, ibid. quae saltem ordinariè, mortale ac consummatum seu in genere suo completum. multa sunt, per se loquendo, indifferentia, quae tamen ad commune bonum vel decentiam status (Civilis, vel ad vitanda animarum scandala et damna sub gravi censura prociipi vel prohiberi possunt, ibid. n. 296. Censura invalida, seu quae fertur ab eo, qui non est legitimus Superior, vel in qua non observantur formalitates essentielles, non obligat, sed obligat, si tantum formalitates accidentales non observentur dimittantur, ut si una ex monitionibus omittatur, si fertur sine scripto nec in eà causa exprimat, quamvis iniusta dici possit: nec obligat si persona, contra quam fertur, sit innocens, quamvis talis coram illis, qui censuram norunt non vis illius innocentiam, teneatur abstinere à spiritualibus sub peccato scandali, donec absolvatur, aut innocentiam suam probet; item non obligat, si Statutum vel lex censuram imponens non sit promulgata; excusat etiam à censurâ impotentia facienda, quod per illam praecipitur; item ignorantia invincibilis sive iuris sive facti; metus quoque gravis cadens in vicium constantem, ibid. n. 297. Censura reservata Episcopo Argentineni, To. 4. Tr. 5. c. 6. §. 4. n. 373. et 374.

Census. Census nomen à verbo censere derivatum videtur, quia ab Imperatoribus censabantur seu astimabantur bona privatorum, ut in tributis imponendis justitia distributiva servaretur: haec astimatio census vocabatur sicut et ipsum tributum. Hic census pro proventus seu redditu accipitur, atque triplex est: 1.º Dem ut ac; ius certam exigendi pensionem; 2.º est haec ipsa pensio; 3.º Sumitur pro contractu, quocumque ac venditur ius huiusce pensionis seu proventus, To. 3. Tr. 5. c. 73. Sect. 2. §. 6. n. 378. Census secundum primam exceptionem, de qua hic praecipue est sermo, definitur ius percipiendi annuam pensionem ex re vel personâ alterius utili vel fructifera, ibid. n. 379. Dividitur in reservativum et consignativum: prior est ius seu facultas percipiendi certam pensionem, quam quis sibi reservat in re utili et fructifera, ius plenum dominium alteri tradit; consignativum est ius percipiendi annuam pensionem ex re vel personâ alterius, sub pretio constitutione, seu est ius quod quis dato et constituto alteri personae pretio ab eadem emit certam quotannis sibi dandam pensionem iuxta tanam Principis et Regum, ibid. n. 380. Subdividitur hic census 1.º ex parte fundamenti seu rei, super qua constituitur in realem personalem, et mixtum: realis est, qui constituitur super re aliquâ fructifera, puta domo, agô, vineâ, p. personalis, qui immediate constituitur est super personâ quae sibi vel etiam heredibus suis obligationem imponit solvendi ex industria et labore suo, vel etiam ex bonis, si quae habeat, certam pensionem; mixtus, qui tam super re quam super personâ constituitur est. 2.º ex parte pensionis in pecuniarium et fructuarium, prior est, qui solvitur in pecuniâ; alter in fructibus, ut vinis, frumento, p. 3.º ex parte temporis in temporalem, vitalitium, et perpetuum: Temporalis est qui ad certum tempus; vitalitium ad vitam hominis; et perpetuum in perpetuum

non constitutus est. 4<sup>o</sup> ex parte modi in redimibilem, qui redimi potest ad nutum vel censuari, vel censualista, vel utriusque; et in redimibilem, qui non potest redimi, ibid. n. 381.

Census reservativus licitus est, ibid. n. 382. ut et realis, atque etiam personalis, ibid. n. 383.

Census redimibilis ad nutum venditoris licitus est, ibid. n. 384. De censu ad nutum auctoris aut utriusque, venditoris scilicet et auctoris, redimibili demum dicendum, quod de venditione in favorem solius auctoris aut utriusque, scilicet tam venditoris quam auctoris aperitur, ibid. n. 384. | vid. Venditio:

Census consignativus, ut licitus sit, requiritur ut iusto pretio, id est, lege vel consuetudine constituto ematur, et venditor census possit sua opera vel industria lucrari, aut habeat bona in re vel incerta spe, ex quibus pensio duci possit, p. ibid. n. 385.

Certitudo, fidei Christiana proprietas, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 5. n. 91 et seq.

| vid. Fides: | item Spei proprietas, ibid. p. 2. c. 9. n. 149. | vid. Spes:

Chirobonorum fit, cum quis solventis suis omnibus debitis impar, quod residuum habet boni creditoribus suis dimittit, ne detrahatur in carcerem, aut ut inde liberetur. Hae bonorum capsis non dispensat debitorem a restitutione, sed ei, qui bonis ita capsit, vera inumbit obligatio restituendi id, quod solvere non potuit, siquid postea acquisiverit: attamen potest, tanta conscientia, retinere, unde parca et tenuiter vivat, iuxta statum suum, To. 3. append. ad Tr. 5. p. 1. c. 9. n. 505.

Character generatim hunc est signum aliquod, quo res aliqua notatur vel ut ab alia distinguatur, sic orbes e.g. notantur charactera Domini sui; vel ut alteri rei configuratur, sic S. Francisus laici Christi stigmatibus insignitus fuit; vel ut certum habeat valorem, sic metatrum notatur sigillo Principis; vel ut deputatur ad certum statum aut officium, sic milites signo aliquo militari notabantur. Per metaphoram ab his signis dicta characteris sacramentalis nomine intelligunt Theologi signum quoddam spirituale anime impressum et indelebile, quo fit, ut sacramenta, qua signum ibidem imprimunt, iterari non possint, et quo Christiani distinguuntur ab aliis, et fiant idonei ad aliquid sacrum, et ad cultum divinum pertinens huiusmodi vel peragendum. Lutherus, Zwinglius, Calvinus, alique omnes recentiores Aetholici, post Wiclefium, negant characterem aliquem per aliqua sacramenta nova legis produci, To. 4. Tr. 1. c. 4. §. 2. n. 118. Quanam autem sit essentia huiusmodi

natura characteris huius certo definiti non potest: hinc Theologi nostri circa hanc questionem Schola libertati relicta in varias abeunt sententias: communiter tamen cum S. Thomae ad potentiam physicam vel moralem revocatur, ibid. n. 123. | vid. Sacramentum:

Charitas. Charitatis nomen varie in Scripturis augetur, To. 3. Tr. 3. p. 3. n. 171. Definitur virtus infusa Theologica, qua Deus propter se diligitur, et creatura rationalis se ipsam ac proximum diligit propter Deum, ibid. c. 1. n. 172. Multipliciter dividitur, id est generali divisione in actuale et habituale; haec ab aliquibus dividitur in infusam et acquisitam, Nos vero charitatem proprie

52

habitualmente eam dicimus, quae infusa est: Actualis dividitur in perfectam et imperfectam, ibid. n. 173. et To. 4. Tr. 5. c. 2. §. 8. n. 130. | vid. Contritio: | Quomodo inter se differant Amor, Caritas, et Dilectio, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 1. n. 174. Objectum materiale Charitatis primum est Deus, secundarium nos ipsi et proximus, ibid. c. 2. §. 1. n. 176. Solw. ob. ibid. n. 178. et seq. Objectum formale quod Charitatis est bonitas divina sive in h. ipsa considerata, sive prout est nobis conveniens, quatenus tamen abstractit ab illius possessione aut privatione, ibid. §. 2. n. 185. Solw. ob. ibid. n. 186. et 187. Subiectum medium Charitatis infusa sunt iusti omnes sive in via, sive extra viam sint; immediatum vero voluntas creaturae rationalis, ibid. c. 3. n. 188. et 189. Brevia Charitatis proprietates sunt illius necessitas, Ordo, et ea, quae ex parte nostri exigit, ibid. c. 4. §. 1. n. 190. Praeceptum Charitatis est speciale et ab omnibus aliis distinctum, ibid. n. 193. et seq. Solw. ob. ibid. n. 197. et seq. Actus Charitatis in Deum est omnibus hominibus per se necessarius necessitate praecepti naturalis et divini, ibid. n. 201. impio ad justificationem per se necessarius est necessitate media, ibid. n. 202. Variis circa tempora, quibus Charitatis praeceptum obligat, errores, ibid. n. 203. Praeceptum speciale Charitatis in Deum per se obligat sapienter in vita, ibid. n. 204. et seq. Certa quaedam tempora determinari possunt, quibus per se omnes homines obligat praeceptum Charitatis in Deum, ibid. n. 207. et seq. Praeceptum eliciendi actus Charitatis in Deum sapienter per quosdam obligat, ibid. n. 211. et seq. Solw. ob. ibid. n. 217. In Charitatis exercitio aliquis servandus est ordo, ibid. §. 2. n. 218. Amore affectivo meliora sunt magis diligenda; amore autem affectivo seu opere, quae nobis sunt conjunctiora; in pari tamen necessitate et in eodem bonorum genere. ibid. n. 219. et 220. Quis Charitatis ordo inter consanguineos sit servandus, ibid. n. 222. et 223. In extrema necessitate, in qua proximus positus non potest vitam aeternam consequi sine alterius auxilio, tenemur pro illius salute vitam nostram evidenti mortis periculo exponere, ibid. n. 224. In gravi necessitate, in qua proximus absolute, sed non sine magna difficultate, sibi providere potest necessaria ad salutem, qui ex iustitia huius officio tenentur curam salutis aliorum gerere, cum discrimine propriae vitae proximo sic indigenti subvenire debent, ibid. n. 225. In necessitate communi, in qua quis propriae salutis facile consulere potest, nedum propriam vitam, quin nec bona temporalia pro bono spirituali proximi perdere tenemur, ibid. n. 226. Amor Deo debitus debet esse summus extensive huius appetitivus, ibid. §. 3. n. 227. et seq. Debet etiam proportionem nempe huius in via huius mortali fieri potest: esse intensive summus, ibid. n. 230. universalis, ibid. n. 231. et seq. et pro viribus perfecta, id est, tenemur huius in terra ad perfectam Charitatem pro nostra virili parte conari, ibid. n. 235. et seq. Praecepto Charitatis in proximum non satisficit per solos actus externos, seu per Beneficia tantum externa, sed requiruntur actus interni, ibid. §. 4. n. 239. et seq. | Vid. Comptis, Eleemosina: | Inimici ex Charitate diligendi debent, ibid. n. 286. |

alia benevolentia signa et beneficia non tenemur prestare inimicis  
 per se loquendo, ibid. n. 291. bene autem per accidens et ob quasdam  
 circumstantias, ibid. n. 292. Tenemur inimico veniam petenti  
 non solum offensam remittere, sed etiam benevolentia et reconcilia-  
 tionis signa exhibere, saltem ut plurimum, ibid. n. 293. et 294.  
 Tenemur inimicis in necessitate sive spirituali sive corporali optu-  
 lari, ibid. n. 295. Qui alterum injuste offendit, tenetur veni-  
 am petere, ibid. n. 296. Non tenemur remittere inimico satisfac-  
 tionem debitam, honoris, v.g. fame, p. ibid. n. 297. et caven-  
 dum ne in huiusmodi injuriarum actionibus appetitus propria  
 vindicta subrepat, ibid. n. 298. equam ad arbitrium prudentum  
 satisfactionem ob inimico oblatam acceptare tenemur ex chari-  
 tate, ibid. n. 299. Vindicta seu redditio mali pro  
 malo privata auctoritate ~~hominum~~ facta semper est illicita, ibid.  
n. 300.

Chilista |: vid. Milenario:|

Chromantia divinationis species, qua ex manuum lineamentis vite  
 virtutibus, morbi, animi indoles, p. eligitur et praedicitur,  
To. 3. Tr. 5. p. 3. c. 3. Sect. 1. S. 2. n. 410. et 412. |: vid. Divinatio:|

Choa genus mensura liquidorum alias Congius sive Chus dicta, To. 1.  
Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 143.

Chorin graecorum idem est ac Cabus Hebraeorum, certum mensura  
 genus, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 145.

Chomer Hebraeorum seu Chous Graecorum, mensura aridorum omni-  
 um maxima, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 133.

Chora. Inter ludos castiores SS: Patres et Theologi choras nume-  
 rant: nihilominus censendum videtur non multis, honestas cho-  
 ras temporibus et diebus illis, qui poenitentia et abstinentia, nec  
 non cultui divino specialiter non sunt consecrati, sed quibus  
 alias decenter ieiunari et letari licet, permitti posse, To. 3.  
Tr. 5. c. 3. Sect. 2. S. 10. n. 418.

Chorepiscopus: olim catibere, qui Chorepiscopi dicebantur, erantque  
 Episcoporum Vicarii seu Suffraganei in pagis constituti, nam  
 vox graeca Χορπα latine Oppidum significat. Erat igitur  
 Chorepiscopus Villanus seu Vicarius aut oppidanus Episcopus,  
 qui rusticanas Ecclesias non sine aliqua ab Urbis Episcopo sub-  
 ordinatione ac dependentia gubernabat ac moderabatur, To. 4.  
Tr. 7. p. 1. c. 8. S. 9. n. 143. Saltem aliqui eorum Episcopali cha-  
 ractere donati fuisse videntur velut Suffraganei, quales hodie  
 videntur in Germania nostra, ubi quilibet Episcopus sibi  
 sibi constituit Episcopali consecratione donatum, ibid. n. 144.  
et seq. Non ex parte Saulo Chorepiscopi universim abrogati  
 fuisse videntur; nulla enim posterioribus Saulis eorum fit  
 mentio, ibid. n. 145. item p. 2. c. 1. S. 1. n. 192.

Christianus. Christianus licet fugere vel se occultare tempore perse-  
 cutiois, si ea eius fuga malum fidei detrimentum vel scan-

*Prim. (9)  
 pag. 49.*

54

Saluum in alio oriatur, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 5. §. 3. n. 127. hanc fugam tamen est  
eluctata ei, quibus presentia et necessaria ad alios in fide confirmandos,  
ibid. n. 128.

Christus deus filius Mariae Virginis est verus deus, To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 1. n. 145.  
Contra Protestantos constans est Catholicorum sententia Christiani-  
nam post mortem ad inferos, id est, limbum descendisse, ut inde  
animas Sanctorum Veteris Testamenti erueret et liberaret, ibid.  
§. 2. n. 151. et 152. Ariani et Apollinarista turbantur, ipsam  
divinitatem in Christo passam fuisse; idem propugnaverunt plures  
Eutychiani, Theopaschita ob id dicti; alii Eutychiani id nega-  
bant, atque apparentes duntaxat, non veras in Christo affectio-  
nes fuisse contendebant, quibus Justinianus Imperator adstipen-  
datus fuisse perhibetur, ibid. §. 4. n. 175. Sed constans est Ca-  
tholica sententia, Christum ante mortem hanc habuisse corpus  
passibile, necnon doleribus tum quoad corpus tum quoad animam  
vere obnoxium fuisse, ibid. n. 176. Sols. ob. ibid. n. 177. et seq.  
Nestorius docuit duas in Christo esse personas, divinam unam, alte-  
ram humanam, ibid. §. 5. n. 189. Sed stat Eulisia sententia, sili-  
cet unicam esse in Christo personam, quae simul deus est et homo,  
sive, quod idem est, Verbum hic assumpsisse naturam humanam, ut  
divinitas, corpus, et anima in unam personam coalescerent, ibid.  
n. 190. Sols. ob. ibid. n. 191. et seq. Eutyches asseruit unam  
tantum in Christo esse naturam post unionem, ibid. §. 6. n. 207. At  
Catholicorum dogma est, in Christo post unionem duas esse natu-  
ras integras, distinctas, et inconfusas, divinam nempe et humanam;  
ac proinde unionem Verbi divini non esse factam in natura,  
sed immediatè in personalitate Verbi, ibid. n. 208. Sols. ob. ibid. n.  
209. et seq. Saeculo 7<sup>mo</sup> prodierunt Haeretici, qui unicam in  
Christo voluntatem et operationem, divinam scilicet, admitterent,  
ibid. §. 7. n. 218. at damnati sunt ab Eulisia atque definitum  
duplicem in Christo fuisse voluntatem et operationem, divi-  
nam scilicet et humanam, ibid. n. 219. Sols. ob. ibid. n. 221. et  
seq. |: vid. Unio hypostatica: | Nihil obest, quin Christus  
dicatur compositus compositione per modum numeri, ibid.  
n. 241. |: vid. Compositio, Idioma: | Varii Haeretico-  
rum et aliorum scriptorum errores circa scientiam creatam  
Christi. Triplex distinguitur in Christo ~~distincta~~ scientia  
creata: beatifica nempe, quae in clarà Dei visione consistit,  
per se infusa et supernaturalis; ac denique acquisita, quae ver-  
tatur circa res naturales, et potest studio comparari, quamvis  
per accidens aliquando infundatur, ib. c. 6. §. 1. n. 268. In Christo  
à primo sua conceptionis instanti fuit scientia beatifica, ib. n. 269.  
Sols. ob. ib. n. 273. et seq. Christus ut homo à primo instanti con-  
ceptionis hanc habuit scientiam supernaturalem per se infusam  
distinctam à scientiâ beatificâ, ibid. n. 270. Sols. ob. ib. n. 272.  
et seq. Christus ut homo à primo instanti conceptionis habuit  
scientiam humanam acquisitam, seu philosophiam naturalem  
in statu perfectò, quae quamvis in aliis hominibus propriis intel-  
lectus viribus, studio, et labore suavefieri comparatur, per acci-

Deus tamen tota simul anima ipsius fuit infusa, quatenus omnes  
 species animae ipsius statim indita fuerunt; haecque scientia infusa  
 naturalis nuncupatur, ibid. n. 271. Non tamen ut homo à primò  
 instanti conceptionis habuit scientiam humanam experimentalem,  
 quae proprie acquisita dicitur, sed eam successu temporis acquisi-  
 vit, ibid. n. 272. Solv. Ob. ib. n. 284. Quae constat veram sancti-  
tatem Christo communicatam fuisse à primò instanti conceptio-  
nis, eamque duplicem, quarum una substantialis fuit, quae sancti-  
ficatus est per Verbum in unionis hypostatica; altera accidentalis,  
quae est caritas seu gratia sanctificans et habitualis, quam se-  
quuntur aliae virtutes morales, item gratia gratis datae; non ta-  
men in eo fuerunt virtutes fidei et spei, ibid. S. 2. n. 285. et seq.  
Fidei consistat in Christo nullum fuisse peccatum nec fomitem pec-  
cati: rejicienda proin est sententia Durandi et Scoti velut piam  
aurium offensiva, quae dicitur Christum ex sola in unionis hypost-  
tatica non habuisse impeccantiam, sed ex adjunctis, visione bea-  
tifica scilicet, virtutibus infusis, gratia sanctificante, singulari  
Dei protectione, p. ib. S. 3. n. 289. Christus circa mortem libere  
 dam verè liber fuit, cuiusmodi per eam et sibi et nobis meruit,  
 sibi nominis exaltationem, nobis verò salutem aeternam, ib. n. 290.  
 Quatuor proin modi recensentur quibus infus libertas circa mor-  
 tem liberandam cum infus impeccabilitate conciliatur, quae tamen  
 huius non carent difficultatibus, ib. n. 291. Circa Christi sa-  
tisfactionem varios errores variè haereticè protulerunt, ib. S. 4. n. 292.  
 Stat firma Euleria sententia: Christus verè et proprie nos rede-  
 mit, et pro nobis satisfecit, ib. n. 293. Solv. Ob. ib. n. 304. et seq.  
 Christus perfectissima de condigno et aequivalenter, imò super-  
 abundantanter satisfecit pro omnibus omnium hominum peccatis,  
ib. n. 294. Solv. Ob. ib. n. 320. Quidam Theologi negant Christi  
satisfactionem fuisse ex iustitia; sed Dominicanorum haec est opinio: alii  
consent eam ex iustitia quidem profuissè, sed minus accuratè et  
late duntaxat dicta: alii verò volunt eam ex iustitia strictè dic-  
tà fuisse, ibid. n. 295. et seq. In actionibus, quibus Christus  
 pro nobis Deo satisfecit, distinguere debent entitas, valor, satisfec-  
 tio, et meritum: entitas actionis physica est efficienter seu elec-  
 tive ab humana natura; valor à personà Verbi unita cum hu-  
 manitate; satisfecitio est ab homine Deo solvente id, quod iusti-  
 tia divina debebamus; meritum à Christo, cui Deus justam mer-  
 cedem retribuit, ib. n. 296. Christus verè et proprie meritis  
 est, ibid. n. 299. et quidem à primò conceptionis instanti usque  
 ad extremum mortalis vitae suae spiritum, ibid. n. 300. Sibi me-  
 rit gloria corporis, nominis exaltationem, p. ibid. n. 301. nobis  
 ea omnia gratia caelestis dona, quae vel antecedunt, vel subsequen-  
 tur justificationem, p. abundè promeritus est, ibid. n. 302.  
 infusque merita fuerunt infiniti valoris, ibid. n. 303. Christus  
 prout est homo, triplici subjectionis ratione, inaequalitate  
 scilicet, dependentià, et obedientià aeternis Patri subiectus  
 fuit, ib. S. 5. n. 332. non tamen servus ubi tenus dici potest, ibid.  
n. 333. Christus etiam secundum humanitatem, seu quatenus  
 est homo, nec est nec dici potest filius Dei adoptivus, ibid. n. 335.



Solv. ob. ib. n. 336. et seq. Christus est et verè dicitur prædestinatus, atque in eo Subjectum prædestinationis videtur esse persona Verbi, prout in natura humana subsistit, eamque complet ac terminat; terminus verò Filiatis Divina, et quæ ex eâ sequitur, visio beatifica, ib. s. 6. n. 344. Humanitas quidem prædestinata fuit ad unitatem hypostaticam, non tamen ad Filiationem Divinam, quia Filiatis cadit in personam, non in naturam, ib. n. 345. Certe prædestinatio Christi non modò exemplar sed et causa est nostra prædestinationis, ib. n. 346. Quando Apostolus Rom. i. v. 3. et 4. ait Christum prædestinatum esse Filium Dei, p. vox prædestinatus unum gravis Patribus interpretanda est declaratus seu manifestatus, ibid. n. 347. Christus est Caput totius Ecclesie tam militantis in terrâ, quam triumphantis in celo, et non est Caput hominum jam damnatorum; Iudicium autem est Caput in potentia, ib. s. 7. n. 348. Verè et propriè fuit Sacerdos secundum humanitatem, non secundum divinitatem, usque ad finem mundi, et secundum ordinem Melchisedech, ib. n. 349. Christus ut homo est Rex, Legislatores, et Iudex, ibid. n. 350. et seq. est omnium hominum Redemptor, corumque et Dei perfectus Mediator, ib. n. 353. etiam in sua mortali vita verè ac propriè Patrem suum oravit pro se, quæ homine, et ceteris hominibus ut homo; nunc quoque in celo verè et propriè orat pro nobis, ib. n. 354. Christus Deus Supremè Patriæ cultu est adorandus, ib. s. 8. n. 356. Humana quoque ejus natura hypostaticè Verbo conjuncta eadem et unica unum divinitate Verbi adoratione colenda est, ib. n. 357. Solv. ob. ib. n. 358. et seq. | Vid. Deus, Verbum: |

Chus mensura liquidorum genus, alias Congius sive Choa dicitur, To. i. To. i. p. i. c. 8. n. 143.

Circuminsessio in divinis est mutua personarum in invicem incessentis, immectio, et penetratio, seu mutua unius persona in alia inhabitatio, quæ fit, ut Pater sit in Filio, Filius in Patre, Spiritus Sanctus in utroque; ita ut nulla propriè ratione divelli unquam aut separari possint. Hæc Circuminsessio sequitur necessariò ex unitate nature seu Substantie, quæ est in tribus personis, p. To. i. p. 2. c. 4. s. 4. n. 435.

Circumstantia actus humani | vid. Actus humanus: |

Clamor est inordinata et confusa locutio. Potest esse mortalis ratione comitii, maledicti, scandalosi, p. To. 3. To. 6. p. 3. c. i. s. 5. n. 317.

Clemens Alexandrinus, Luce, ejus Opera, To. i. To. 4. c. i. n. 37.

Clemens Romanus | Sanctus: | Luce, quæ etate floruerit, ejus Scripta, To. i. To. 4. c. i. s. 2. n. 25.

Clericus damnatus ad exilium aut triremes amittit Beneficium, si pœne illæ sint perpetua; si vero si sint ad tempus et infra decem annos, To. 4. To. 7. p. 3. c. 4. s. 3. n. 337. | Vid. Clerus: |

Clericus Venator | vid. Venatio: |

Clerus secundum vim græci nominis Κληρὸς sortem significat, quia Ministris Ecclesie, non ea sanguinibus, neque ea voluntate carnis, sed

519

Dei consilio veluti sorte sunt electi. Igitur, qui sacris Ordinibus im-  
trantur Clerici vocantur ad distinctionem Laicorum seu populorum,  
Nas enim vox graeca latine populum significat. Vocantur eti-  
am Ecclesiastici; quia ea omnibus fidelibus ipsi soli Ecclesiasticis  
ministeris ex Statu suo ministrant, soli Religionis cultum prom-  
vant, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 2. n. 18. et 11. Novatores nullam admit-  
tunt Laicorum et Clericorum iura ac institutione divina distinctio-  
nem, ib. n. 12. At contra haec est Ecclesia Catholica sententia,  
scilicet: Status Clericorum iure divino institutus, et a Statu Lai-  
corum distinctus est, ibid. n. 13. et seq. Solv. Ob. ib. n. 14. et seq.

Cognatio |: vid. Vis:|

Codicillus est scriptura continens ultima voluntatis dispositionem circa  
ea, quae quis vult fieri post mortem ultra haereditatem. Ad-  
hibetur ad legata, ad fidei commissum relinquentia, vel ad aliquid  
caplicandum, aut mutandum circa testamentum. Ad eius va-  
lorem non requiritur solemnitas; unde in eo sufficienter quinque tes-  
tes, etiam non rogati, nec vocati; neque etiam requiritur, ut  
testator manu propria subscribat, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 13. n. 458.

Cogitationes pura. Huius cogitationes de rebus veneris non expellit,  
sed is cum plena advertentia immoratur, si adit delectationis ve-  
neris, quae non reprimatur, vel periculum consensus in illam,  
aut in rem cogitatum, peccat mortaliter ratione talis delecta-  
tionis vel periculi; venialiter vero, si advertentia sit solum im-  
perfecta ac semiplena, qualis est in semi dormiente: scilicet autem,  
si quis de talibus rebus ea iusta et honesta causa cogitat, secluso  
tamen in rem cogitatum et delectationem consensus periculo.  
Erit vero venialis culpa, si hoc ex mera curiositate fiat secluso de-  
lectatione veneris et periculo consensus in rem cogitatum et  
affectu in ipsam; quae tamen omnia raro absunt in cogitante  
de his rebus absque fine honesto, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 300. §  
|: vid. Concupiscentia:|

Cognatio est propinquitas seu vinculum personarum aliquarum. Tri-  
plex distinguitur, Carnalis seu naturalis, quae Consanguinitas dici-  
tur, quasi sanguinis unitas; Spiritualem, quae vocatur Compaterni-  
tas; et legalis, quae Adoptio dicitur, Est impedimentum dirimens  
Matrimonium. |: vid. Matrimonium:|

Cognitio Dei duplex distinguitur, abstractiva sibi et intuitiva;  
prior est, quae Deus per creaturas tanquam per medium seu moti-  
vum videtur, estque non nisi improprie visio, quia visio proprie  
est intuitio rei praesentis: intuitiva est ea, per quam cognosci-  
tur Deus clare in se ipso, et ut est in se. Aromeni et recentio-  
res Graeci negant Deum etiam a Beatis posse videri in se  
et intuitivè, sed tantum in quadam eius similitudine, vel  
lucè ab eo derivata. In oppositum errorem inciderunt Be-  
guardi et Bequina doctores Deum etiam naturaliter ab-  
intellectu humano videri posse, et animam non indigere lu-  
mine gloriae seu auxilio supernaturali ipsam elevante ad vi-  
dendum Deum, et eo beata fruendum. His praeservat  
Eunomius cum suis docens non solum Deum clare videri, sed

etiam comprehendit naturaliter posse ab intellectu creato, To. 2. Tr. 1.  
p. 1. c. 4. §. 2. n. 88. |: vid. Legis:|

Collatio libera Beneficii est attributio seu concessio Beneficii vacantis  
 procedens ex merito arbitrio conferentis. Jus conferendi Beneficia com-  
 petit 1<sup>o</sup> Papa ex sua potestatis plenitudine: confert Episcopatus,  
 Abbatis; Beneficia, in quibus Ordinarium pervenit, vel qua in  
 manibus ejus relinquuntur; item ea, qua vacant in Curia Romana,  
 vel in locis ab eâ non ultra duas dietas distantibus. In Germania  
 vi Concordatorum Nationis Germanicae, etiam omnia inferiora  
 Beneficia, seu minora Episcopatibus et Abbatibus, qua vacare conti-  
 nentur mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, et Novem-  
 bri. Si Pontifex Beneficia sic vacantia intra tres menses à  
 die vacationis etiam incognita non contulerit, possunt ab Ordina-  
 rio conferri, aut, si abfuerit, ab ipsius Vicario. Idem dicendum,  
 si vacaverint Seda Apostolica vacante, aut si de eis ante obitum  
 suum non disposuerit summus Pontifex. Jure communi Epis-  
 copus habet potestatem conferendi Beneficia in sua Diocesi va-  
 cantia: hanc etiam habere possunt etiam alii inferiores, ut Episcopus  
 titulum, Abbatas. Si collator Beneficii illud conferre neglexerit  
 intra sex menses à die, quo notitiam vacationis habuit, vel h' intra  
 illud tempus indigno contulerit, collatio jure devolutionis perti-  
 net ad proximum Superiorem, et sic gradatim ad Papam, à quo  
 non fit regressus ad Ordinarios, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 1. n. 233.

Commixtio à confusione differt, quod, qua confusa sunt, novam speciem  
 pariunt; sic vinum et mel confusa faciunt mulsum, quod est alia  
 species liquoris; mixta vero in eadem remanent species, ut grana tri-  
 tici. Si res permixta separari possint, ut oves in grege permix-  
 ta, debent separari; si non possint, ut mel et vinum simul con-  
 fusa, seu casu fortuito seu ex utriusque Domini consensu confusa  
 fuerint, utriusque erunt, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 168.

Commodatum est contractus, quo res alteri gratuito conceditur ad certum  
 usum pro tempore determinato, ante quod repeti non potest, To. 3.  
Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 3. n. 397. Tenetur commodans aperire vitium  
 commodatae, si sit periculorum, alioquin tenebitur de damno in-  
 de secuto; debet etiam extraordinarias impensas facere. Com-  
 modatarius vero tenetur ad modicas et ordinarias circa rem  
 commodatam sustinere; nec uti potest ea in alium usum,  
 quam cuius gratia ei data est, nisi Dominum in permissurum  
 credat, itam debet rem commodatam finito tempore resti-  
 tuere, etiam si non repetatur; denique tenetur maximam  
 diligentiam ac usum adhibere ad rem commodatam inte-  
 grè et in bono statu conservandam. Quod si in utriusque  
 commodum res fuerit commodata alteri, hic tenebitur solum  
 de culpa levi; si vero in solius commodantis, de culpa lata te-  
 nebitur, p. To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 3. n. 398. |: vid. Depositum:|

Communicatio idiomatum in Christo |: vid. Idioma:|

Communio |: vid. Eucharistia:|

Communitas. Duplex est Communitas, perfecta scilicet, et imper-  
 fecta. Prior est ea, qua ex natura sua est perpetua et politica  
 gubernationis capax, et in qua reperitur potestas jus dicendi

59  
ai in perpetuum obligandi, ut Ecclesia, Regnum, Republica, Civi-  
tas, &c. Altera est ea, quae ex natura sua non est perpetua, nec  
capax gubernationis politicae; unde nec in ea reperitur potestas,  
ius dicendi et obligandi in perpetuum; talis est domus privata,  
sive familia, To. 3. Tr. 2. proem. n. 4.

Communitatis Voti: vid. Votum: Communitatis Iuramenti: vid.

Iuramentum:

Compensatio occulta: vid. fortum:

Compositio est plurimum inter se distinctorum unio. alia est realis seu  
physica, et alia rationalis seu metaphysica; prior fit vel ex mate-  
ria et forma, corpore et anima; vel ex partibus quantitativis aut  
integrantibus; vel ex subiecto et accidente seu modo: metaphysica  
vero fit ex actu et potentia, essentia et existentia, natura et per-  
sonalitate: alia denique logica, ex genere scilicet et differen-  
tia. Compositio sive metaphysica, sive logica, compositio ratio-  
nis seu virtualis dicitur et usurpatur, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 1. n.

43. vid. Deus:

Qua fit ea per  
tibus proprie incompletis univiam ad se invicem habitudinem  
dicentibus ad totum aliquod efficiendum, quarum una se habet  
per modum actus altera vero per modum potentiae, vulgo mu-  
cipatur compositio ex his; quae vero fit, quoties est distinctio  
num unio, vulgo dicitur compositio per modum numeri; nu-  
merus enim importat multitudinem unitatum, To. 2. Tr. 3. c. 5.  
§. 8. n. 241. vid. Christus:

Comprehensio Scripta et proprie est adaequata, totalis, et perfecta  
rei alienius cognitio, non tantum ratione obiecti, quod totum  
apprehenditur, sed etiam ratione modi, quo apprehendi seu cognos-  
ci potest, et enigit. Quae proprie dicitur a Theologis, an Deus  
non modo intuitivè, sed etiam comprehensivè, id est, non solum  
secundum ejus essentiam et perfectiones omnes, sed etiam secun-  
dum gradus omnes virtuales inter se virtualiter distinctos per-  
fectionum, et omnia, ad quae ejus potentia et virtus potest  
se extendere, videri potest, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 4. §. 2. n. 89. vid.

Deus:

Concilium. Concilii nomine idem in Ecclesia significatur, quod  
in Regis nomine Comitiorum: definitur generatim Con-  
gregatio Ecclesiae ad fidei controversias definien-  
das, vel fidelium mores reformandos à legitimo capite con-  
vocata, To. 1. Tr. 3. c. 3. §. 1. n. 194. Dicitur à Latinis Con-  
cilium à conciliando nomine sumpto à con et cilium, in-  
quit Archidiaconus, quia dum oculos cilia clauduntur,  
conveniunt in unum oculi et conciliari dicuntur, ita etiam  
Episcopi congregati, dum concludunt et definiunt aliquid,  
in unum conveniunt et conciliari dicuntur; deo coetus eorum  
sive congregatio jure Concilium à conciliando vocatur, ibid.  
n. 195. Triplex generis dantur Concilia: Provincialia

liliet, Nationalia, et generalia Concilia, et ceteris alia sunt approbata et recepta, alia partim approbata et partim rejecta, alia omnino reprobata, ibid. n. 196. Concilia generalia seu Oecumenica approbata 19. numerantur, ibid. n. 197. penitus reprobata 7. ibid. n. 198. partim approbata et partim reprobata 3. ibid. n. 199. Ad solum Romanum Pontificem spectat convocatio Conciliorum Oecumenicorum, ibid. n. 200. et seq. Summi quoque Pontificis est Concilia Oecumenica sive per seipsum, sive per suos legatos praesidere, ibid. n. 205. et seq. item ad illum solum pertinet quoque Concilia confirmare, ibid. n. 208. Quinam ad Concilium sint vocandi, ibid. n. 209. Jure divino soli Episcopi jus habent ferendi suffragium in Concilio. Ex privilegio autem et jure Ecclesiastico aliquibus abhinc Saeculis Abbates et Generales Ordinum Praedicatorum jus illud etiam obtinent, licet non sint Episcopi, sed simpliciter Presbyteri, ibid. n. 210. Concilium aliquod potest esse generale seu Oecumenicum tum evocatione, tum congregatione, tum etiam exitu; vel tantum quoad evocationem seu convocationem, vel congregationem, non autem exitu, ibid. n. 215. Ad Concilium generale non requiritur, ut in unum et eundem locum, tum Orientis tum Occidentis Episcopi simul congregentur, sed fieri potest, ut Episcopi Orientis in unam Orientis civitatem, Episcopi vero Occidentis in alteram Occidentis eodem tempore conveniant, et utriusque Synodi simul habita consensus pro Concilio generali habeatur, ibid. n. 218. Solv. ob. ibid. n. 219. et seq. Concilium Oecumenicum seu Ecumenicum sive perinde enim est sive Concilium Oecumenicum sive Ecumenicum dicitur: est supremum et infallibile controversiarum fidei Judex, etiam in questionibus facti dogmatici, ibid. n. 231. et seq. q. Solv. ob. ibid. n. 245. et seq.

q. vid. etiam Exercit. Theol. Exercit. 15. n. 264. et seq.

Concordata Nationis Germanicae, quid sint, To. 3. Tr. 4. c. 9. §. 1. n. 233.

Conubitus inordinatus conjugum, seu inordinatus conubendi conjugum modus. Vid. luxuria.

Concupiscentia seu passio est anima sensitiva motus prosequens bonum sensibile, aut malum sensibile fugiens, To. 3. Tr. 1. c. 1. §. 1. n. 19. Triplex distinguitur: antecedens, qua praecedit consentium voluntatis; consequens, qua consequitur ea parvis voluntatis actibus; et concomitans, qua ita sequitur voluntatis consentium, ut sit causa ardentioris motus ejusdem voluntatis. Rursus vel est gravis, si rationem aliquantisper turbet, sed non ita, ut tollat rationis usum; vel gravissima, si ita vehementer fuerit, ut penitus perimat rationis et libertatis usum, ibid. n. 20. Concupiscentia quaecumque ordinarie loquendo, sub aliquo respectu auget, sub alio minuit voluntarium; auget quidem ratione objecti, ad quod directe movet; minuit vero ratione circumstantiarum: attamen ordinarie loquendo simpliciter et absolute auget voluntarium, et minuit libertatem, non vero eam tollit. Motus primo pri-

mi, quia sine rationis advertentia et voluntatis consensu  
 exurgunt, minime sunt voluntarii; primo secundi vero, ad quos  
 advertit ratio, et quibus consentit voluntas, sunt volun-  
 tarii, *ibid.* n. 25. et *Tr. 6. p. 2. c. 3. d. 2. n. 230. et 231. Solv. Ob.*  
*Tr. 1. c. 1. d. 1. n. 38.* Unde inordinati concupiscentia mo-  
 tus, si libera voluntate exsurgunt, sunt peccata mortalia  
 in materia gravi, et venialia in levi; item si a demone ex-  
 citentur, vel sponte sua necessario exurgant, atque acce-  
 dat aliqua imperfecta advertentia, et imperfectus volun-  
 tatis consensus: si vero sint omnino ineliberati, nec non  
 rationem ac voluntatem proveniant, licet graviter sint  
 inordinati, nullusque accedat voluntatis consensus, etiam  
 interpretativus, non sunt peccata imputabilia, *Tr. 6. p. 2.*  
*c. 3. d. 2. n. 231.* Eadem dicenda sunt de omnibus proavis-  
 citationibus et aliis motibus internis graviter ex objecto ma-  
 lis, *ibid.* n. 232. Obsequi concupiscentis seu passioni ante-  
 cedenti, hoc est, quam voluntas non exsultat seu imperat, quan-  
 do non tollit usum rationis, nec omnem deliberationem,  
 est peccatum; minuit tamen peccati malitiam, *ibid.* n. 233.  
 Concupiscentia non est per se et ex natura sua peccatum ori-  
 ginale, *ibid.* p. 1. c. 2. d. 1. n. 73. et seq.

Concurrit est ipsa creatura actus, prout est a Deo tanquam primo  
 motore et causa universali omnium, live promoveat et ap-  
 plicat causas secundas ad opus, live cum illis simultanee con-  
 currat, *To. 2. Tr. 2. problem. n. 1.*

Confessio et locatio sunt unus idemque contractus | vid. Locatio  
Confessio | vid. Confessio  
 Confessarius. Quia Confessarius Christi personam gerit, debet  
 eum imitari in zelo, mansuetudine, prudentia, sancto vi-  
 gore, et vita perfecta innocentia. Cum triplex sit ipsius mun-  
 dus, Judicis nempe, Medici, et Doctoris, tenetur sub mortali  
 sine ea, qua ad hoc munus obunda requiruntur: unde  
 non solum Confessarius, qui debita scientia caret, sed etiam  
 Superior, qui ei tribuit facultatem confessiones audiendi, atque etiam  
 cum ipsius poenitentem, qui licenter eligit Confessarium ignorem,  
 peccant mortaliter, et talis poenitentis est indispositus, ab solu-  
 tionis incapax, et consequenter ad vitandas confessiones obli-  
 gatus, *To. 4. Tr. 5. c. 6. d. 6. n. 388.* Confessarius neminem  
 subterfugendi lapsus causa a sacro Tribunali rejiciat, ne mi-  
 tu quidem, nec um verbis, sed semper benignum et facilem se  
 prebeat, *p. ibid. n. 389.* interdum poenitentem interrogare  
 debet tunc ante, tunc in ipsa, tunc post confessionem, sed  
 qua ad ipsam pertineant, et cum cautione, ne his interroga-  
 tionibus scandalum et ansam ad peccatum ei tribuat. *p.*  
*ibid. n. 390.* monere et docere debet poenitentem de eo,  
 quod ignorat etiam invincibiliter, si ex hoc invincibili er-  
 rore sequatur aliquod grave malum vel scandalum publi-  
 cum, vel error ille vergat in damnum injustum proximi,  
 si poenitens debitet de hoc errore, vel interroget Confessa-

61

Prim. (h)  
 pag. 57

vinum, et quando ea monitis profutura videtur, nec on ea laudabam  
 timetur, ibid. n. 391. Confessarius non potest se confor-  
 mare sententia poenitentis evidenter minus probabili et minus  
 tuta contra propriam probabiliorum et tutiorem, ibid. n. 392.  
 Confessarius, qui invalidè poenitentem absolvit à censuris vel pec-  
 catis reservatis, tenetur, saltem si commode potest, illum mo-  
 nere, ut sibi remedium ab aliquo querat, vel, obtenta à Su-  
 periore facultate illum absolvendi, presentem post iteratam  
 contritionem absolvere; Similiter si poenitentem vel per ca-  
 pessa verba, vel per silentium suum induxit in aliquam erro-  
 rem, ex quo sequitur violatio alicujus præcepti, tenetur illum  
 hunc errorem deducere, alioquin esset causa, cur is præceptum  
 violaret, ibid. n. 393. Si Confessarius sine sua culpa deobli-  
 gavit poenitentem à restitutione, ad quam tenebatur, vel obli-  
 gavit ad quam non tenebatur, tenetur ea justitiâ eum errorem  
 suum deducere, si ex malitiâ aut errore culpabili hoc fecit,  
 tenetur errorem revocare, et sic causam damni inferendi tolle-  
 re; quod si id omittat, et poenitens interea factus sit impotens  
 ad restituendum, tenetur ipsemet Confessarius, si aliunde da-  
 minum alicujus capax sit, illi tertio restituere loco poenitentis;  
 Si vero Confessarius sollemniter omiserit admonere poeniten-  
 tem de obligatione restituendi, tenetur quidem eum postea  
 obligationis sua admonere; quod si tamen Confessarius id omit-  
 tat, aut poenitens interea factus sit impotens ad restituendum,  
 non tenetur ipsemet Confessarius pro ipso restituere: Si Confes-  
 sarius culpabiliter aliquem obligaverit ad restitutionem,  
 ad quam non tenebatur, tenetur ea justitiâ errorem revocare;  
 quod si poenitens jam restituit, damnum ipse reservare debet,  
ibid. n. 394. Denique Confessarius eos, quorum salutem  
 deseruit, bona in Deum spe complecti, metualosos confirmare,  
 et ad Deum impellere debet, atque docere timorem, quem Eccl-  
 sia Dei donum agnosuit, To. 3. Tr. 3. p. 2. c. 4. n. 155.

Confessio est materia proxima et pars essentialis Sacramenti poeniten-  
 tiae, To. 4. Tr. 5. c. 1. §. 3. n. 95. et 97. Triplex distinguitur  
 in Scripturis Confessio namque laudis, fidei, et peccatorum. Prior  
 est ea, quâ Dei beneficia nobis prestata prædicamus; altera  
 est ea, quâ fidem nostram exterius profitamur: confessio deni-  
 que peccatorum est declaratio peccatorum facta vel Deo so-  
 li, vel Deo et ejus ministro, ibid. c. 3. n. 156. et hæc dicitur  
 Sacramentalis, atque definitur, accusatio propriorum delict-  
 torum post Baptismum commissorum Sacerdoti approbata  
 facta ad obtinendam eorum remissionem per absolutionem  
 Sacramentalem, ibid. n. 157. Saulo 8.º Nonnulli ne-  
 garunt confessionem omnium peccatorum mortalium esse  
 præcepti divini. Sub finem sæculi 14.º ~~obpositio~~ Wi-  
 clefus asseruit confessionem esse tantum instituti Ecclesiæ  
 tici. Idetiam tuitus est Petrus de Osma. Saulo 18.º Lu-  
 therani contra propriam Augustanam Confessionem suam  
 et Lutheri Catechismum vulgò affirmant confessionem non

esse à Christo præceptam, nec debere esse omnium et singulo-  
 rum peccatorum. Calvinus non solum negat Confessionem  
 esse instituti divini, sed insuper usum illius damnat ut noci-  
 um et pestiferum: verum ipsi equiores discipuli ejus eam ve-  
 lut utilem ad erudendum et consolandum poenitentem  
 laudant, sed à Christo esse institutam negant. Zabarus  
 Calvinistarum olim apud Gallos Minister contendit, confes-  
 sionem, prout nunc in Ecclesia Romanâ usurpatur, institu-  
 tionem suam debere generali Concilio Lateranensi IV. sub  
 Innocentio III. an. 1215. celebrato, ibid. §. 1. n. 159. De  
 fide est, confessionem omnium lethaliu peccatorum  
 esse à Christo præceptam iis, qui post Baptismum in eâ prolap-  
 si sunt, ibid. n. 160. et seq. Solv. ob. n. 163. et seq. Luthe-  
 rus confessionem Sacramentalem secretam hæc esse juris  
 divini, nec apud antiquos Patres ante Concilium Latera-  
 nense ejus mentionem factam fuisse, sed tantum publi-  
 ca poenitentia, aseruit. Inter Catholicos vero non-  
 nulli opinantur confessionem essentialiter secretam esse  
 debere: porò per secretam confessionem, quæ etiam  
 auricularis dicitur, quòd secreto ad aurem fiat, intelligen-  
 turca, quæ à poenitente fit Sacerdoti sine ullo teste;  
 publica vero est ea, quæ fit eidem Sacerdoti coram multis,  
ibid. §. 2. n. 176. Hæc conditio, quòd Confessio sit secreta  
 vel publica, non est necessaria, ut confessio valeat; adeo  
 quæ ad valorem confessionis Sacramentalis perinde est  
 sive publica sit sive secreta: porò quamvis expressum non  
 eat et mandatum secreto tantum faciendi confessionem,  
 tamen propter universalem consuetudinem, quæ ubi-  
 que invaluit, absque gravi causâ et legitima facultate  
 Sacramentalis confessio publica licite fieri non potest,  
ibid. n. 177. Solv. ob. ibid. n. 181. et seq. Divinum con-  
 fessionis Sacramentalis præceptum per se non statim  
 obligat à commisso peccato; per accidens tamen et ratio-  
 ne alterius obligare potest lex confessionis, eos nimirum,  
 qui vel sacra perficere, vel ad sacram mensam accedere  
 tenentur, ibid. §. 3. n. 184. Idem divinum confessionis  
 præceptum per se obligat, ubi est probabile mortis peri-  
 culum; in levioribus vero morbis, ex quibus nullum timeri  
 potest mortis periculum, urgere non videtur: porò per  
 probabile mortis periculum intelligitur quilibet gra-  
 vis morbus, difficilis partus, primum præperium, naviga-  
 tio periculosa, instans conflictus, p. §. 3. n. 185. In  
 periculo mortis constitutus et solum peccatorum veniali-  
 um cum se esse agnovens, absolute et per se non te-  
 netur confiteri, bene autem per accidens i? ratione



Scandali, quod inde oriri posset; 2<sup>o</sup>. ad vitandam presumptionem;  
 3<sup>o</sup>. ne se ipsum decipiat nimium sibi blandiendo, p. ibid. n. 185  
 Divinum istud praeceptum obligat etiam sapie per vitam cen-  
 tra mortis periculum, et jure Divino necessaria est confessio  
 ei, qui vult accedere ad Sacramentum Eucharistiae, ibid. n. 187,  
 celebre confessiois semel in anno faciendae decretum emisit  
 Concilium Lateranense IV. an. 1215. sub Innocentio III. Can. 21.  
 Non vero primum confessionem instituit, ut abhincantur No-  
 vatores. Debet fieri proprio Sacerdoti, id est, Episcopo in pro-  
 pria Diocesi, et sub eo Parochis: at plerumque non venit, ut  
 quisvis alicubi approbato Sacerdote confiteri possit, dummodo  
 Parochum suum de adimpleto annua confessionis praecepto libedu-  
 ca à Confessario recepta doceat, ibid. §. 4. n. 188. Huius an-  
 nua confessionis praecepto non satisfacit per confessionem volun-  
 tariae naturae et invalidam, seu sacrilegam: si quis tamen aliqua  
 peccata mortalia ex inculpabili oblivione in confessione annua  
 omisisset, non tenetur ea adhuc eodem anno confiteri, nisi  
 adhuc eodem anno confitatur, ibid. n. 189. Quamvis hoc  
 praecepto certum anni tempus confitendi non statuetur, tamen  
 consuetudo invaluit confitendi intra quinquagesimam paschalem,  
ibid. n. 190. Qui toto anni decursu omisit confiteri, tene-  
 tur etiam elapsis anno quantocius satisfacere Eucharistiae praecep-  
 to, alioquin peccat deinceps, et quidem toties quoties potest com-  
 mode confiteri, et omittit. si huius praecepti tenentur  
 fideles anticipare confessionem in quavis anni parte, si possi-  
 deant fore, ut omissa illa occasione nequeant postea toto  
 anno confiteri, ibid. n. 191. Qui peccatorum dimittatur venia-  
 lium sibi conscius est, probabiliter non tenetur vi praecepti  
 Eucharistiae ea confiteri, nisi forte periculum foret alioquin  
 scandali, p. ibid. n. 192. Sexdecim numerantur verae  
 confessionis conditiones his quatuor versibus comprehensa:  
 Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,  
 Non nuda, frequens, discretus, libens, veracunda,  
 Integra, secreta, et lacrymabilis, accelerata,  
 Sortis, et accurata, et sit parva parata. ibid. §. 5. n. 194. et seq.  
 Confessio Sacerdoti absenti per litteras facta ne dum post De-  
 creta Clementis VIII. et Pauli V. sed etiam ante illa illicita  
 fuit et invalida, ibid. §. 6. n. 210. et seq. Duplex est  
 confessionis integritas, una formalis, materialis altera: prior  
 est accusatio omnium peccatorum mortalium, quae post di-  
 ligens conscientiae examen memoria occurrunt: posterior  
 vero est accusatio omnium omnino mortalium commisso-  
 rum, quae iuxta divinum praeceptum, per se loquendo, sunt  
 exprimenda; haec absolute non est necessaria; quia saepe im-  
 possibile est cognitio omnium omnino mortalium peccato-  
 rum etiam post diligens conscientiae examen, ibid. §. 7. n. 215.  
 Jure Divino omnia et singula peccata mortalia post diligens  
 examen memoria occurrentia tanquam ad speciem, quam

quoad numerum in confessione exprimi debent, nisi tamen legitima causa exuset, ibid. n. 217. et seq. Causa autem, qua exusant potissimum sunt 1<sup>o</sup> inculpabilis oblivio alicuius peccati mortalis; 2<sup>o</sup> impossibilitas seu impotentia physica; hinc exusantur, qui pro morbi gravitate loqui non possunt; muti, si per gestus, scripturam, vel alia signa nequeant omnia peccata declarare; ii, quorum idioma non nisi ex parte intelligi potest a Confessario, si nequeant alteri confiteri, si tunc necessitas confitendi, vel urgeat preceptum anime confessionis; im in imminente naufragii periculo, vel instante pugna nequeant omnes integri confiteri, imò tunc sufficit confusa confessio; qui versantur in periculo moriendi ante abolitionem, nisi ea mox datur, tunc enim tales auditis aliquot dumtaxat peccatis, subit absolvendi. 3<sup>o</sup> impotentia moralis: ob hanc exusantur, Sacerdotes, dum peccatum suum confiteri nequit absque frustratione sibi confessionis, et quicumque confiteri nequit absque frustratione sibi confessionis aliquod peccatum sine gravi damno confessioni extrinseco temporali vel spirituali sine proprio sine alieno, ibid. n. 221. Peccata ex oblivione, vel ob aliam justam causam omissa in sequenti confessione declarari debent, ibid. n. 222. licet actus externus interne novam per se non addat malitiam, tamen in confessione exprimi debet, ibid. n. 223. peccata positive dubia probabiliter in confessione exprimi debent et explicari, ibid. n. 224. Solv. ob. ibid. n. 225. et seq. peccata dubia declaranda sunt tantum ut dubia, sunt certa ut certa, ibid. n. 226. Probabiliter non tantum circumstantia speciem mutantia, sed etiam intra eandem speciem notabiliter aggravantes in confessione sunt declaranda, ibid. n. 227. Solv. ob. 232. et seq. Confessio in quacunque cursu invalida repetenda est quoad omnia peccata mortalia, qua in ea poenitens confessus est: Confessio autem potest esse invalida ex duplici capite: scilicet ex parte Confessarii, et ex parte poenitentis; ex parte Confessarii quidem 1<sup>o</sup> si Confessarius non fuit Sacerdos, vel jurisdictione sua approbatione caruit; 2<sup>o</sup> si verba forma non protulit, vel substantialiter immutavit; 3<sup>o</sup> si ob luditatem, somnum, aut distractionem delicta poenitentis non intulit: ex parte poenitentis autem 1<sup>o</sup> si dolore requisito sine culpabiliter sine inculpabiliter caruit; 2<sup>o</sup> si non habuit effera propositum omnia peccata mortalia vitandi, pravae habitus corrigendi, occasionem peccandi proximam deservendi, pro debito et facultate restituendi, poenitentiam sibi injunctam adimplendi; 3<sup>o</sup> si nullum aut valde exiguum promisit confessioni ex amen conscientia; 4<sup>o</sup> si culpabiliter retinuit aliquod peccatum mortale vel circumstantiam necessariam declarandam; 5<sup>o</sup> si in re gravi mentitus est, verum negando, aut falsum di-

66

Secundo; 6<sup>o</sup> qui confessus est in fine lethaliter malo, aut licenter  
Confessarius non intelligenti; et denique generaliter, quoties po-  
nitens in ipsa confessione mortaliter peccavit, ibid. §. 8. n. 240.  
Qualiter ejusmodi invalida confessiones postea sint repetenda,  
ibid. n. 241. et seq. | vid. Sigillum confessionis.

Confessiones fidei varia sunt et contraria tam apud Lutheranos quam  
Calvinistas, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 1. n. 88.

Confirmatio est concessio juris in Beneficio vel dignitate facta à su-  
periore ei, qui electus vel postulatus est, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 1. n.  
249.

Confirmatio Sacramentum. Confirmationis Sacramentum variis  
nominibus à SS. Patribus designatur, 1<sup>o</sup> vocatur manuum im-  
positio, quia in eo ministrando manus imponuntur; 2<sup>o</sup> Sacra-  
mentum chrismae, et Sacrum unguentum propter unctio-  
nem scilicet et Chrisma, quod in illo unguari solet; 3<sup>o</sup> Do-  
mini sigillum, seu signaculum; hoc quippe Sacramentum per si-  
gillum crucis adhibito Chrismate Neophyti solent confirmari;  
4<sup>o</sup> Perfectio aut consummatio; quia homo baptizatus fit  
perfectus et plena Christianus per assumptionem gratia roborantis  
ac confortantis, quae propria est Sacramenti Confirmationis;  
5<sup>o</sup> apud Latinos jam antiquitus usitata et communi nomi-  
ne simpliciter dicitur Confirmatio; quia robur et vires submi-  
nistrat ad fidem Christi intrepidè profitendam, To. 4. Tr. 3.  
proem. n. 2. Definitur seu potius describitur Confirmatio

quod sit signum sacrum, sensibile, et in Religione perpetuum,  
à Christo Domino institutum, quo baptizatus confectus gratia  
roborans ac confirmans, quae Christi fidem constantè ac in-  
trepidè profiteatur; vel brevius: Sacramentum à Christo  
Domino institutum, quo baptizatus datur Spiritus Sanctus,  
ad fidem Christi constantè et intrepidè profitendam, ibid. n. 3.

Inter Sectarios primi omnium Sacramentum Confirmationis  
apertè adorti sunt Lutherus, et Calvinus, atque ejus veritatem  
impugnarent, ibid. c. 1. §. 1. n. 5. Est verum nova legis  
Sacramentum, ibid. n. 6. et seq. Solv. ob. ibid. n. 13. et seq. In

assignanda essentiali Confirmationis materia differunt  
nostri Theologi, ibid. n. 29. Materia remota Confir-  
mationis est Chrisma, ibid. n. 30.

Chrisma, quod est materia Con-  
firmationis est unguentum ex oleo et balsamo confectum,  
ita ut unctio utriusque pertineat ad essentialiam Sacramenti,  
ibid. n. 31. et seq. Solv. ob. ibid. n. 46. et seq. Chrisma istud

scilicet unguentum est ab Episcopo benedictum, ita ut benedic-  
tio ista Episcopi sit de essentiali Sacramenti, ibid. n. 36. et seq.  
Solv. ob. ibid. n. 51. et seq. Materia proxima essentialis,

adeo quata, et totalis Sacramenti Confirmationis est manus  
impositio, indistincta tamen à Chrismatis unctio, seu est  
ipsa Chrismatis unctio, quae in fronte Sacramentum istud sensi-  
biliter fit per modum carnis, ib. n. 40. et seq. Solv. ob. ibid.

n. 54. et leg. *Historica baptisii et confirmatio impedit, pro-*  
*inde baptisii et confirmationis in baptisio, proinde de qua*  
*Sacramentum baptismi et confirmationis in baptisio, proinde de qua*  
*et in omni re, ut dicitur in c. de sacramento, et in c. de hoc, qui hoc*  
*taurum ad unum, et in c. de sacramento, et in c. de hoc, qui hoc*  
*non habentis, proinde de qua, et in c. de sacramento, et in c. de hoc, qui hoc*  
*bonitas et est, proinde de qua, et in c. de sacramento, et in c. de hoc, qui hoc*  
*proinde de qua, et in c. de sacramento, et in c. de hoc, qui hoc*  
*obtinere, habentis, proinde de qua, et in c. de sacramento, et in c. de hoc, qui hoc*  
 forma Sacramenti posita est in verbis, qua pronun-  
 tiat Episcopus, dum materiam applicat, ibid. §. 3. n. 63. Essen-  
 tialis et adaequata Confirmationis forma consistit in verbis,  
 qua unctioni respondent, ibid. n. 64. et leg. Sols. ob. n. 67. et  
leg. Christus immediate et per se instituit Sacramentum Con-  
 firmationis: quo autem praesertim tempore, plene et incertum,  
ibid. c. 2. §. 1. n. 78. et leg. Sols. ob. n. 81. et leg. Solum Episcopus institutione divi-  
 na est ordinarius Sacramenti Confirmationis Minister, ibid.  
§. 2. n. 81. et leg. Sols. ob. ibid. n. 85. et leg. Populus simpli-  
 ter Presbyteri ex dispensatione Summi Pontificis valide Sa-  
 cramentum Confirmationis administrare, ibid. §. 3. n. 97. et  
leg. Sols. ob. ibid. n. 101. et leg. Nemo nisi baptizatus confir-  
 mari potest; omnes vero baptizati, sive adulti sive parvuli,  
 capaces sunt huius Sacramenti. Verum à pluribus laicis  
 quibus Latinos laudabilis usus invaluit, ut ad hoc Sacramentum  
 nemo admittatur, qui septimum ad minus annum aetatis comple-  
 tum, et rationis usum non habuerit; potest tamen ob rationa-  
 bilem causam illa aetas laudabiliter praeviri, puta si pu-  
 er sit morti proximus, vel cedatur postea aut omnino non,  
 aut nominis difficultate habiturus occasionem Sacramentum  
 Confirmationis suscipiendi, ibid. §. 4. n. 108. Gratia pro-  
 pria Confirmationis est gratia roboris ac virtutis ad fidem for-  
 titius propugnandam, et superandis, qua adversus eam insur-  
 quunt tentationes, ibid. §. 5. §. 1. n. 111. Sols. ob. ibid. n. 112. et leg.  
 Sacramentum Confirmationis imprimit characterem, proin-  
 de iterari nequit, ibid. §. 2. n. 116. et leg. Sols. ob. ibid. n. 120.  
 collatum ab Haereticis, juxta ritum à Christo institutum im-  
 primit characterem, nec proinde iterari potest aut debet, ibid.  
§. 3. n. 112. Sols. ob. ibid. n. 123. et leg. Ad Sacramentum Con-  
 firmationis fructuose percipiendum quaedam dispositiones ex  
 parte corporis requiruntur, et quaedam ex parte animae: ex  
 parte corporis 1<sup>o</sup>; jejunium naturale, nisi propter distantiam  
 locorum vel numerum ungenderum ceremonia longius pro-  
 trahatur; 2<sup>o</sup>. ut confirmandi frontem apertam et nitidam  
 habeant, ut quisque eorum fasciulam linteam habeat, qua  
 frons laevi Chrismate ilita contegatur; 3<sup>o</sup>. ut vestitus simplicis  
 ac modestis Christianis consentaneus ad hoc Sacramentum ac-  
 cedant, viri euse, si quem gestant, deposito, non incompo-

itis crinibus, frontemque obteguntibus, foemina vero absque  
 fuso, aut nimis exquisito capitis corporisque ornatu, ibid. §.  
4. n. 128. Ex parte animae requiritur 1<sup>o</sup> ut primo saltem fidei  
 rudimenta teneant confirmandi, nec ubi admittatur, qui pra-  
 cipua Religionis mysteria, Symbolum Apostolorum, mandata  
 Dei et Ecclesiae, Orationem Dominicam, et salutationem Ange-  
 licam ~~adversus~~ adactus non sit, ac ea, quae susceptionem huius  
 Sacramenti debitam spectant, probolatis non intabescit;  
 2<sup>o</sup> ut sacramentaliter confiteantur, si gravium peccato-  
 rum sibi consci sint; 3<sup>o</sup> ut bonis operibus ac pietatis offi-  
 ciis, praesertim oratione, ad recipiendum Spiritum sanctum  
 se se disponant confirmandi; 4<sup>o</sup> ut devotionis ferventis-  
 sis affectus in se exsistant, et maxime instanti, quo confir-  
 mantur; promissa in Baptismo renovent, actus fidei, spei,  
 et charitatis eliciant, p. ibid. n. 129. Duobus modis consi-  
 derari potest Confirmationis necessitas, nimirum vel per  
 ordinem ad effectus, quos producit; vel per ordinem ad fideles,  
 qui ejus praecipio adstringuntur, ibid. c. 4. n. 130. Confir-  
 matio ita necessaria est ad gratiam in fide roborantem  
 consequendam, ut suppleri non possit per unctionem vestitis  
 in Baptismo unquam unctio Crysostomi in Confirmatione, p.  
ibid. §. 1. n. 132. et 133. Idem ob. ibid. n. 134. et seq. Sacramen-  
 tum Confirmationis non est necessarium necessitate medi-  
 rum ibid. §. 2. n. 135. est tamen saltem jure Ecclesiastico necessa-  
 rium iis omnibus, qui in Clerum assumuntur, ibid. n. 137. Om-  
 nibus adultis Confirmatio praecipitur tum jure divino, gravi-  
 ter obligante, ibid. n. 138. et 139. praecipitur divinum  
 suscipiendi Sacramentum Confirmationis maxime obligat  
 vel tempore persecutionis contra fidem, vel quando instat  
 graves circa Religionem tentationes, vel in presenti peri-  
 culo mortis; obligat etiam in articulo mortis; in quo  
 quilibet tenetur, quantum potest, ad perfectionem Christi-  
 anam aspirare, ibid. n. 140. Praeceptum Ecclesiasti-  
 cum suscipiendi hoc Sacramentum obligat, cum baptiza-  
 tus pervenit ad annos liberationis, et eo praesertim tempo-  
 re, quo parvus est Episcopus et paratus ad illud administran-  
 dum, nullamque legitimam causam habet baptizatus  
 illius perceptionem differendi, ibid. n. 141. unde 1<sup>o</sup> peccant  
 qui Sacramentum istud percipere negligunt, multo magis  
 qui contumunt; 2<sup>o</sup> magna proinde est parentum obliga-  
 tio, ut filios Confirmationis suscipiendos idoneos, diu oca-  
 sione offert, ad confirmandum sistant; 3<sup>o</sup> graviter peccant  
 Episcopi, qui raro has Dioceses invisunt, ibid. n. 142.  
 Varia sunt caeremonia, quae in huius Sacramenti adminis-  
 tratione adhibentur, quasque Apostolos magna ex parte  
 tradidisse non sine ratione creditur: 1<sup>o</sup> Confirmandi a pa-  
 trinis offeruntur Episcopo, qui patrini baptizati et confir-

meti jam facti, atque ad minimum decimum quartum aetatis  
 annum attigerint; eadem utitur parentes illius, qui confirman-  
 dus est propter cognationem spirituales, quam alioqui con-  
 traherent parentes; contrahitur quippe eadem cognatio à pa-  
 trinis in Confirmatione, quae in Baptismo à susceptoribus;  
 ne ergo cognatio haec, quae est impedimentum dirimens Matrimoni-  
 um, à pluribus contrahatur, vel nulli adhibeantur patrini, vel  
 unus sit patrinus masculus sine matrina, unaque sine patrino-  
 foemina matrina. S. Carolus jubet, ut nec foeminis mares,  
 nec contra mares foemina, neque lenioribus adolescentes  
 compatrores in Confirmationis Sacramento adhibeantur, nisi  
 aliter necessitas postulet, ibid. d. 3. n. 143. 2<sup>o</sup>. Quondam  
 vestibus albis indubantur confirmandi antequam offerrentur  
 Episcopo; modo autem, ubi Confirmationem à Baptismo sepa-  
 randi mos invaluit, non alia, quam munda ac modesta vestes  
 requiruntur, ibid. n. 144. 3<sup>o</sup>. Episcopus extensis manibus con-  
 firmandos invocat Spiritum Sanctum ad robur; tum  
 Neophytorum frontem chrysmate benedictio ac conservato in con-  
 cis figuram inungit dicendo, Signata p. ibid. n. 145. 4<sup>o</sup>. Episcopus  
 confirmando aliud nomen imponit, p. ibid. n. 146. 5<sup>o</sup>. post fron-  
 tis unctionem confirmato levem manilla alapam infligit di-  
 cendo, pan tecum, et ut hoc, ibid. n. 147. 6<sup>o</sup>. fons confir-  
 mationis vitæ lineâ seu faridolâ circumligatur, tum ne chrysmâ  
 facile diffuset, tum ut significetur acceptam gratiam dili-  
 genter esse conservandam, ibid. n. 148. Quantum  
 ad tempus conferenda Confirmationis, antiquitus eisdem tempo-  
 ribus conferabatur, quibus Solemnis Baptisma; postea prop-  
 ter fidelium multitudinem usus invaluit, ut quavis die  
 conferetur, ibid. n. 149. In hoc locum, in quo confir-  
 matio celebrabatur, idem fuit qui et Baptismi, primo que-  
 libet in locis, postea vero in Templis tum Cathedralis, tum  
 aliarum Ecclesiarum, ibid. n. 150. Tunc inter confir-  
 mandum Majores nostri ordinem legebant, ut mares pri-  
 mum, deinde foemina confirmarentur, p. ibid. n. 151.

Confusio: vid. Commixtio.

Congius, Chus, sive Choa, genus mensura liquidorum, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 143.

Consanguinitas: vid. Cognatio, Matrimonium:

Consuetudo à S. Bernardo vocatur cordis scientia, et à S. An-  
 tonino concludens scientia; describitur sicut judicium actua-  
le praxiè practicum ditans, quid in particulari faciendum  
sit aut omittendum, quid ve fieri aut omitti debeat, To. 3. Tr. 1. c. 4. d. 1. n. 199. et 200. Consuetudo prout à Synta-  
 xesi, quae est interna actuum humanorum regula remota  
 et primaria, distinguitur, est secundaria, immediata, et pro-  
xima actuum humanorum regula, quia legem applicat in  
particulari; est etiam errori obnoxia; quia fieri potest, et

bona principia male applicet, aut ad legem non satis attendat, ibid. n. 201. Ratione sui, seu iudicii, quod fertur dividitur in praeipientem, qua dicitur aliquid esse de precepto; consuetentem, qua ostendit aliquid esse de precepto consilio; et permittentem, qua aperit aliquid esse promissum esse et nec praeipi nec prohiberi, ibid. 202. Ratione objecti dividitur in veram, qua etiam bona et recta dicitur, estque ea, qua dicitur licitum esse vel illicitum, quod se vera licitum est aut illicitum; et malam, qua falsa et erronea nuncupatur, estque ea, qua dicitur licitum esse, quod lex prohibet, aut illicitum, quod omni lege permittitur; et haec est erronea vel vincibiliter, seu ex errore, qui expelli potuit et debuit; vel invincibiliter, seu ex errore, qui expelli non potuit, ibid. n. 203. Ratione principii seu assensus dividitur 1<sup>o</sup> in certam, qua ab aliis tuta dicitur, qua quis ponderat et bene formidine saltem rationabilis iudicat hic et unum aliquid bonum esse vel malum; et incertam, qua ab aliis non tuta et dubia nuncupatur, qua quis ita iudicat aliquid esse licitum, ut simul iudicat illud posse esse illicitum; si pares et aequalis ponderis pro utroque ad sint rationes contrariae, quibus mens velut in aequilibrio continetur, dicitur dubia positivè; et si veri nulla occurrat ei assentiendi vel dissentandi ratio, et tunc dicitur dubia negativè, melius tamen diceretur resiciens vel ignorans; 2<sup>o</sup> in probabilem, qua gravi quidem sed fabibili motivo nititur; et improbabilem, qua vel nullis, vel levissimis rationibus innititur; 3<sup>o</sup> in scrupulosam, qua est iudicium seu potius apprehensio de malitia operis levissimis et interdum ridiculis innixa fundamentis et rationibus; et latam, qua mens caecis et cupiditati faventibus fulta rationibus licitum esse putat, quod malum esse deprehendi facile potest; aut si pro levi peccato habet in, quod duriores gehennae flammis meretur: utraque haec consentia species ad erroneam reduci potest, sicut et consentia pharisaeica, qua magna parvi et parva magni facit, et caeterata, qua propter longam in malis consuetudinem ita obduruit, ut vulnus suum non sentiat, ibid. n. 204. Qui ex consentia erronea agit, si error sit invincibilis, non peccat; immo peccat, si contra eam agit; qui consentiam habet vincibiliter erroneam, peccat si contra eam agit, si non, teneturque antequam agat errorem suum deponere, ibid. §. 2. n. 205. peccatum contra consentiam invincibiliter erroneam est mortale, si consentia dicitur ipsum esse mortale; veniale vero, si consentia illud non nisi veniale esse dicat; si interim actus sit bonus in se aut mala, si mala graviter vel leviter. Peccatum contra consentiam vincibiliter erroneam tale est, qualis apprehenditur materia, circa quam versatur, ita ut si materia tanquam gravis apprehendatur, grave sit pec-

catum; si ut levis, leve, modo id, quod apprehenditur ut le-  
 ve, re ipsa grave non sit. Si conscientia erronea dicat  
 quidem aliquid esse malum, sed non determinet sitne mor-  
 taliter malum, an venialiter duntaxat, is, qui contra talem  
 conscientiam agit, peccat mortaliter; ceterum qui contra  
 conscientiam erroneam peccat, non incurrit censuras, et poe-  
 nas, quas incurrit, qui contra conscientiam rectam agit, ibid.  
n. 206. Ubi quis erroneam conscientiam laborat, alia sunt  
 obligationes ex parte ipsius, alia ex parte Confessorii, ibid.  
n. 207. et 208. Talis aliquando moneri debet, aliquando non,  
ibid. n. 209. Conscientia Subditi, si recta sit, major est obli-  
 gatio, quam cujuscunque precepti Superioris sui; si vero  
 sit dubia, tunc eidem obviare tenetur, supposito, quod ta-  
 lis Superior sit vir doctus, discretus, et prudens, nec man-  
 datum ejus vitatur momentis infirmis, ipsaque Subditi, du-  
 bium deponere ~~possunt~~ valeat, p. ibid. n. 211. Quod si con-  
 scientia Subditi sit erronea invincibiliter, sequi debet dicta  
 mea conscientia, et preceptum Superioris relinqueret, ibid.  
n. 212. Sive quis agat contra conscientiam erroneam,  
 sive juxta eam operetur, neutrum peccatum simpliciter  
 est altero gravius, sed pro diversitate materiae unum aliquan-  
 do gravius est, aliquando alterum. Ad conscientiam  
 erroneam reduitur ea, que perplexa manupatur, et que  
 judicium peccatum dicens esse peccatum, quamcumque partem  
 agens amplectatur; quod judicium, cum sit erroneum, deponi  
 debet; quod si deponi nequeat, culpa vitabitur eligendo  
 minus malum; at eligendo quod majus malum apparet,  
 peccabitur secundum quantitatem excessus apprehensi;  
 si utraque pars appareat aequaliter mala, non peccabitur  
 alterutrum eligendo, ibid. n. 213. Conscientia dubia  
 improprie vocatur conscientia; quia ad conscientiam vere  
 talem requiritur judicium, mens dubitans vero non judicat,  
 sed potius judicium suspendit; dubium enim est suspensio  
 judicii seu assensus et dispensis, ibid. §. 3. n. 214. qui dubi-  
 tat, seu qui habet conscientiam sive negativam sive positivam  
 dubiam, an actio sua licita sit vel illicita, peccat peccato ejus-  
 dem speciei et gravitatis de quo dubitat, si manente dubio opere-  
 tur, ibid. n. 217. Solv. ob. ibid. n. 220. Qui conscientiam ha-  
 bet negativam dubiam, an actio hic et nunc licita sit, si, omni-  
 bus, ut dicit, ponderatis, nullam probabilem detegat auctori-  
 tatem, qua actionem hanc illicitam esse constat, potest dubium  
 suum tanquam male fundatum deponere, et actionem hanc  
 exequi, ibid. n. 218. Qui de honestate actus positivam dubitat,  
 ob aequalam vel penam aequalam momentorum vim, tenetur  
 partem eligere tutiorem, et ab agendo abstinere, ibid. n. 219.  
 Solv. ob. ibid. n. 221. et seq. Conscientia probabilis et  
 improbabilis p. §. ibid. Opinio! Conscientia solum  
 probabilis a suspensa sic dicitur, eo quod, instar suspensa, solum  
 probabili calcicis inclusi pedemque venantis et labentis, ani-

Lim (i)  
 pag. 65.



mo incidens eum dixerit, discerit et agitat: Superioris eam  
 definitivum, quod sit iudicium seu potius apprehensio de ma-  
 litiâ operis levissimis et interdum ridiculis iuncta fundamentis  
 et rationibus: Scrupulosi ergo sunt illi, qui ex motivo parvi vel  
 nullius momenti iudicant aliquid prohibitum esse vel praecep-  
 tum non esse nec prohibitum, *ibid.* §. 5. n. 264. Scrupulorum  
 causa alia sunt ab intrinseco, alia ab extrinseco, *ibid.* n. 265.  
 Signa, quibus quis possit se scrupulosum iudicare, *ibid.* n. 266.  
 varia regula et remedia pro scrupulosis, *ibid.* n. 267. et seq.  
 Conscientia lata est ea, quâ mens cuius et cupiditati faven-  
 tibus ratiocinulis facta licitum esse putat, quod malum esse  
 deprehendi facile potest; aut pro levi peccato habet id, quod  
 duriores gehennae flammis meretur, *ibid.* §. 6. n. 273. Licet  
 que operatur ex conscientia lata peccat, *ibid.* n. 274. et seq.  
 Quomodo discerni possit, quinam sint lata ac patiosa con-  
 scientia homines, *ibid.* n. 277. Conscientia bona seu  
 vera et recta est ea, quae dicitur esse licitum vel illicitum  
 id, quod se verâ licitum est aut illicitum: è contra mala  
 et erronea est ea, quae dicitur esse licitum id, quod se verâ  
 illicitum est, et esse illicitum id, quod se verâ permixtum  
 est. Conscientia bona tritè et proprie sumpta est ac-  
 tus, quo intactus pòndenter et firmè seu absque dubio  
 et formidine falsitatis, saltem rationabili, iudicat aliquid huius  
 et esse esse licitum vel illicitum, atque illud, si licitum est, fa-  
 cit, omittit verò, si illicitum, *ibid.* §. 7. n. 278. Motiva,  
 quae nos ad bonam conscientiam comparandam, malam verò  
 eliminandam efficaciter perducere valent, *ibid.* n. 279. et seq.  
 Remedia et rationes, quibus bonam conscientiam nobis consiglia-  
 re, malam verò fugere possimus, *ibid.* n. 285.

Consentians. |: Vid. Cooperatores ad damnandum!

Conservatio est continuata rei productio, seu continuus influxus  
 in effectum. Creatura semper indiget Dei influxu, ut con-  
 servetur, *To. 2. Tr. 2. proem. n. 1.*

Consilium dei potest ordinatio rationis ad bonum alterius sine ulla  
 obligatione. Differt à præcepto, quod præceptum necessi-  
 tatem imponat, consilium verò det optionem. *To. 3. Tr. 2. p. 1.  
 c. 3. sect. 2. §. 5. n. 160.* Dantur in lege Evangelicâ consi-  
 lia, *p. ibid. n. 161.* |: Vid. Len!

Consubstantiatio |: Vid. Eucharistia!

Consuetudo est ius moribus utentium introductum ubi lex ipsa  
 deficit, vel cum eius sensus dubius est, *To. 3. Tr. 2. part. 2. c. 1.  
 sect. 5. §. 5. n. 260.* Dividitur in generalem et particula-  
 rem: illa est totius Reipublicae sive civilis sive Ecclesiasticae,  
 ista verò est particularis Reipublicae sive civilis sive Ecclesi-  
 asticae. Consuetudo generalis totius Ecclesiae, cuius origo  
 non reperitur, ad ipsorum Apostolorum, aut plenariorum Con-  
 cilio-rum institutionem referri debet: particularis, seu  
 que est loci aliusque, aut Ecclesiae cuiusdam, si nihil conti-  
 neat, quod fidei aut moribus repugnet, observanda est ab iis,  
 qui in eorum, aut in eâ Ecclesia morantur, aut qui peregrini

ni ad eam locum aut ad eam Eclesiam accedunt, ibid. n. 261.  
 Consuetudo in multis vim habet legis, ibid. n. 262. ad hoc autem re-  
 quiritur 1<sup>o</sup> ut sit honesta et utilis bono communi; 2<sup>o</sup> ut induca-  
 tur à perfecta communitate, id est, maiore saltem eius parte  
 per actus voluntarios et publicos; 3<sup>o</sup> ut actus, ex quibus ipsa  
 oritur, fiant una animo inducenda obligationis; si ita Doctores  
 communiter sentiant; si consuetudo sit rei gravis et difficilis,  
 tamèque diu ac constantè et communiter servetur à maio-  
 re parte communitatis; si viri prudentes et timorati male sen-  
 tiant de eis, qui non servant consuetudinem, aut populus inde scan-  
 dalizetur; si Episcopi vel Magistratus puniant, vel graviter re-  
 prehendant eos, qui non servant consuetudinem; 4<sup>o</sup> ut adit  
 principis consensus vel personalis, id est, vel per se immediate  
 consentiat, vel det licentiam, ut inducatur consuetudo obli-  
 gans, vel approbando consuetudinem expresse vel tacite, vel  
legalis, id est, ut ipsa vel prædecessores ejus tulerint aut rece-  
 perint legem, quæ approbantur consuetudines rationabiles et  
 legitime præscriptæ, aut saltem una receptas non improbarint,  
ibid. n. 263. Consuetudo legitime præscripta, eò quòd vim  
 legis habeat, legem antea latam eidem contrariam abrogat, et  
 efficit, ut in demetudinem abeat, ac pròinde vim suam amittat,  
 nec amplius obliget. Verum ut nova consuetudo aut ex parte aut  
 ex toto vim legis tollat, oportet 1<sup>o</sup> ut non sit contra jus naturale  
 aut divinum positivum; 2<sup>o</sup> ut tunc legislator, tunc in quibus ex  
 officio incumbit, ut leges observari curent, si non contradixe-  
 rint, aut si aliquando contradixerint, postea contradicere  
 desierint toto eo tempore ad legitimam prescriptionem  
 requisitò: unde cum in jure civili prescriptionis locus non  
 habeat ante decem annos, et in jure Eclesiasticò ante  
 quadraginta, ita nec consuetudo ante illud tempus anti-  
 quiorè legem abrogare non potest, ibid. n. 264.

Contemptus. |: vid. Cooperatores ad Damnum:  
Contemptus, duplex dari potest rei aliusque, puta legis humanae,  
 contemptus, formalis nempe et virtualis seu interpretativus;  
 hec v.g. contemnitur formaliter, cum aliquid exterius fit vel  
 omittitur contra illam ex intentione directa et expressa,  
 ut ostendatur contemni, aut etiam ut ab aliis contemnatur;  
 contemnitur virtualiter et interpretativè, cum affectivè  
 minoris fit, quàm debet, seu cum subditus minus, quàm par  
 est, ad illam officitur: unde semper contemnitur virtualiter  
 et interpretativè, quotiescumque violatur; quia quotiescum-  
 que subditus transgreditur legem, minus, quàm par est, ad  
 illam officitur, et ita affectivè minoris, quàm par est, illam  
 facit, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. Sect. 4. §. 2. n. 218.

Contentio est altercatio verborum, quibus inordinate quis alteri con-  
 tradicit. Ex genere hò est peccatum mortale sicut alia, quæ  
 sunt contra Charitatem. Semper est mortalis 1<sup>o</sup> si sermò  
 impugnatur veritas ad fidem, bonos mores, pietatem, justitiam,  
 vel grave bonum proximi spectans; 2<sup>o</sup> si fiat cum periculo

laudali, vel cum gravibus maledictis, convitiis, contumeliis, p.  
Est autem solum venialis, sedus convitiis et laudali, si materia  
sit levis, vel inordinatio sit solum in modo, v.g. si solum fiat  
cum nimia acrimonia, clamoribus, aut ex solo studio vincendi  
adversarium, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 3. n. 363.

Contractus sic dicitur, quia duorum vel plurimum voluntates in unum tra-  
hit. Dupliciter sumitur, late dicitur, et stricta; priori modo sum-  
tus idem est ac actum, quod definitur duorum plurimum in idem  
placitum consensus; stricta sumitur est actus externus inter duos  
vel plures ex mutuo eorum consensu ultra utroque obligationem  
pariens, To. 3. Tr. 5. c. 3. sect. 1. §. 1. n. 193. Dividitur 1<sup>o</sup> in for-  
malem seu expressum, quo duo vel plures expressi conveniunt de  
eadem re; et virtualem, quando tacite et implicite de aliquo  
convenitur. 2<sup>o</sup> in nominatum, qui nomen proprium habet,  
ut emptio, locatio, p. et innominatum, qui proprium nomen  
non habet, sed genericam duntaxat contractus aut pacti; hujus  
sunt quatuor species, scilicet do ut des, do ut facias, facio ut des,  
facio ut facias. 3<sup>o</sup> in gratuitum seu lucrativum, in quo ali-  
quid accipitur et nihil rependitur, ut donatio, p. et oneratum,  
in quo utrinque aliquid datur et accipitur, ut emptio, p. 4<sup>o</sup> in  
contractum bonae fidei, in quo servari debet non solum id, de quo  
conventum est, sed etiam id, quod aequum et bonum iudicii vide-  
tur, quamvis non sit expressum in contractu, quia tamen cense-  
tur secundum bonam fidem eadem inesse, ut emptio, p. et stricti  
juris, qui strictam verborum interpretationem postulant, ita ut  
obligatio secundum verba, et non ultra extendatur, ut Emphy-  
teusis, p. 5<sup>o</sup> in nudum, qui est mera conventio carens fir-  
mamento, quo pariat actionem in foro externo; talis est omnis  
contractus innominatus, antequam sit ex altera parte completus,  
nisi accedat formula stipulationis vel iuramentum; et restitutio,  
qui est conventio iniuncta aliquo firmamento, ut cuius pariat ac-  
tionem civilem, qualia sunt scriptura, testes, iuramentum. 6<sup>o</sup>  
in eum, qui re seu rei traditione perficitur, ut mutuatio, et in  
eum, qui solo consensu perficitur, ut emptio, p. 7<sup>o</sup> in pa-  
rum, cui nullum adijcitur accidens, nulla conditio; et non parum,  
cui additur aliquod accidens; et hic est quintuplex; ad diem, cui  
praefigitur dies; ad conditionem, cui additur conditio; ad modum,  
cui modus adijcitur; ad causam, cum fit ob aliquam causam;  
ad demonstrationem, cui apponitur signum ad rem vel personam  
ostendendam, ibid. n. 194. Omnes et soli rationis usu pra-  
diti, quilibetam habent bonorum administrationem seu legiti-  
mam facultatem disponendi de illis, valide contrahere possunt,  
ibid. §. 2. n. 195. Unde valide contrahere non possunt infan-  
tes, qui videlicet septimum aetatis annum nondum compleverunt;  
amentes, furiosi, ebrii, prodigi curatorem habentes, uxor circa  
bona familia et dotis sua fructus praesente marito et valente bo-  
na illa administrare, ibid. n. 197. Filius familias, qui puber  
est aut pubertati proximus, potest contrahere et se obligare tum  
naturaliter tum civiliter, modo contractus non sit in praesidium  
patris, vel alterius: Idem dicendum de minore et pupillo pubertati  
proximo; quod si tamen laesus fuerit, uti poterit beneficium resti-  
tutionis in integrum, ibid. n. 198. Filius familias impubes

nec pubertati proximus non obligatur ex contractu etiam circa  
 bona castrensia, et si auctoritas patris consensus: obligaretur tamen  
 pupillus, si cum tutoris consensu contraxisset; quia reverentiam  
 habet in tutorem, si male auctoritatem et consensum praestet;  
 at vero filius familias patrem non habet obligatum, ibid. n. 199.  
 Pupilli, infantes, vel infantia proximi saltem in summo com-  
 modum contrahere possunt, sicut et pupilli pubertati proxi-  
 mi, ibid. n. 200. Minores et pupilli pubertati proximi sine  
 auctoritate tutoris valide contrahunt cum Majore in summo  
 commodum, non vero in summo incommodum, ibid. n. 201. Res  
 immobiles, aut etiam mobiles, quae servando servari possunt à  
 pupillis et minoribus, etiam cum tutoris auctoritate, alienari  
 non possunt, nisi accedat Judicis licentia, et probatis causa-  
 erigentis, ut haec alienatio fiat; sed de mobilibus, quae ser-  
 vando per triennium sana et salva servari et custodiri non  
 possunt, haec erim valide ab ipsis, cum auctoritate tutoris  
 tamen, alienari possunt, ibid. n. 202. Pupillus vel minor  
 pecuniam, quam sine consensu tutoris vel curatoris mutuam  
 accepit, tenetur solvere, si eam in usus necessarios vel utiles  
 impenderit; sed si eam in usus inutiles consumserit: exi-  
 pe si mutuum bona fide putaverit pupillum vel minorem  
 eam pecuniam impendere velle in suam utilitatem, ibid.

n. 203. Materia contractus sunt omnia bona, quo-  
 rum quis dominium habet et administrationem, atque sub  
 commercium cadunt, ibid. §. 3. n. 204. Causa formalis  
 seu forma contractus consistit in consensu et in verbis cum ex-  
 plicitibus, ibid. Contractus 1º debet esse verus seu in-  
 ternus ac mutus; 2º debet aliquo signo externo, id est, vel  
 mutuo, vel verbis, vel scriptura exprimi; 3º debet esse liber  
 et plene deliberatus; qui ergo contrahit fidei peccat contra justitiam  
 aut mortaliter, utpote in re gravi, et reus est mendacii, perniciosus,  
 et quamvis non obligetur directe et immediate vi contractus fidei,  
 qui nullus est, tamen tenetur in conscientia ratione injuria al-  
 teri facta damnum impedire, quod inde alteri possit oriri, et illatum  
 resarcire; imò tenetur tollere ipsam deceptionem et veri contra-  
 here, contractumque ut verum implere, nisi excuset alia justa  
 causa, quo casu semper damnum ex deceptione alteri resarcire  
 debet, ibid. n. 212. et 213. Dolus vel error circa auctorem seu  
 qualitatem, nec dans causam contractui non invalidat contractum,  
ibid. n. 214. et 215.

Quoties error vel dolus circa qualitatem  
 dans causam contractui provenit à parte contrahente, contractus  
 et si validus sit, potest tamen rescindi pro voluntate decepti, si  
 sit solubilis; sed si talis error vel dolus aliunde, et ipsa parte  
 contrahente insua proveniat: excipitur promissio gratuita, et li-  
 beralis donatio; nam possunt revocari pro arbitrio decepti, si error  
 vel dolus circa notabilem quantitatem causam dederit, quamvis  
 non proveniat à promissario vel donatario: excipiuntur etiam  
 sponsalia, utpote in quibus major requiritur libertas, ibid.  
n. 216. Metus sine absolute sive respectivo gravis etiam in-  
 iuste iniustus ad extorquendum consensum non invalidat contra-

tum, adeoque contractus ex tali metu initus validus est, saltem jure naturali; cuiusmodi, ob legum civilium hoc in puncto varietatem, certo dignosci non potest, an huiusmodi contractus jure etiam positivo validus sit; excipiuntur tamen sequentes contractus, qui huiusmodi metu gravi et injusto fiunt, ipso jure sunt initi, sicut Matrimonium, Professio religiosa, Contractus dotis promissa vel soluta, Promissio vel traditio rerum ad Ecclesiam pertinentium, auctoritas seu consensus Tutoris per metum extortus, Jurisdictio metu extorta seu prorogata, ibid. n. 217. Contractus factus ex metu quovisque gravi injusto iniussu ad extorquendum consensum, arbitrarium illius, qui talem metum passus est, rescindi potest, ibid. n. 218. 220. 231. et 222. Scius si ex metu levi injusto, nisi is veri dederit causam contractui, tunc enim, non quidem in foro externo, sed in foro interno et conscientia rescindi potest contractus pro voluntate ejus, qui metum passus est, ibid. n. 219. Omnis contractus seu pactum validum etiam nudum, parit obligationem in conscientia, licet in foro externo non tribuat actionem, nisi juramento confirmatum esse perhibeatur, ibid. n. 226. et seq. Contractus defectu solemnitatis à jure requisita et imperata jure positivo invalidus non obligat in conscientia, atque in utroque foro nullus est: Solemnitates vero sunt quaedam ritus seu conditiones, quae secundum leges in contractibus adhiberi solent, v.g. certus testium numerus, p. ibid. n. 229. Non omnis contractus factus contra legem est invalidus: sic valet venditio rei jam alteri vendita, sed nondum tradita, quamvis sit illicita, ibid. n. 230. Contractus vi, metu injusto, vel dolo extortus, vel iniuriarum continens ab eo, cui juratur, iudicium, non firmatur juramento, ita ut rescindi non possit: neque contractus jure naturali invalidus juramento firmatur; ut et contractus solo jure positivo initus, si iniuriarum facta sit immediate et principaliter propter bonum commune, non firmatur juramento, ibid. n. 231. et seq. Contractus sub conditione non parit obligationem ante conditionis implationem, si conditio illa sit honesta, possibilis, de futuro contingenti, et in ipso contractu adjecta: excipiuntur contractus Matrimonii, in quo si conditiones appositae turpes sint vel impossibiles, pro non adjectis habentur; excipiuntur etiam ultimarum voluntatum, in quibus appositae turpes vel impossibiles conditiones similiter pro non adjectis habentur, ibid. n. 236. et seq. Contractus sub modo statim obligat, nec initus est, etiamsi modus non impleatur, nisi contrahens aliter expresserit, quia modus est aliquid consequens contractum, supponitque donatorem actu et de facto jam dedisse, adeoque perfectam dispositionem demonstrat consequitur, non vero illam suspendit, ibid. n. 239. Contractus seu dispositio facta ad causam nulla est, si causa finalis non subsistat; at valet si sola causa impulsiva deficiat: Donatio tamen certis aliquando causis fit, quae non impediunt, quominus ea valida sit et absoluta, ibid. n. 240. Error in falsitate in demonstratione, si sit circa substantiam aut personam, vitiat contractum; scius si non sit nisi circa accidentia, ibid. n. 241. Regula ad dignoscendum an taxati, an demonstrative apponatur demonstratio, ibid. n. 242. [Vid. Societas:] Quasi-contractus sunt alienorum negotiorum gestio, tutela, cura,

officium Judicis, Advocati, Medici, p. ibid. append. ad Tr. 5. p. 1.  
c. 2. n. 481.

79

Contritio est materia proxima et pars essentialis Sacramenti poenitentiae, To. 4. Tr. 5. c. 1. §. 3. n. 56. et 57. Dupliciter spectari potest, generatim sibi et, et peccatum; est enim genus quoddam, cujus species sunt contritio perfecta, et imperfecta, quae alio nomine attritio nuncupatur, ibid. c. 2. n. 69. Contritionis nomen est vere Ecclesiasticum, quippe quod profanis Scriptoribus Latinis plane inauditum est. oritur à verbo Contero, quod duri alijus corporis comminationem in varias partes significat: itaque per metaphoram cor peccatoris, cum divina gratia motibus obruit, durum in Scriptoribus appellatur; prout vero dolens eodem motu admittit, ac is obtemperat, contritum nuncupatur, ibid. §. 1. n. 70. Contritio autem sensu Ecclesiastico definitur animi dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero, et voto praestandi omnia, quae requiruntur ad vitam percipiendum Sacramentum poenitentiae, ibid. n. 71. et seq. propositum istud non peccandi de cetero videtur debere esse non modo virtuale et implicitum, quod sibi et in ipsa peccati detestatione imperium est, sed formale et explicitum ac expressum, ibid. n. 76. Veram contritionem à falsa discernere Christiani hominis maxime interest: igitur vera contritio 1<sup>o</sup> debet esse libera, et non coacta, seu per vim extorta, prout erroneè putavit Lutherus, ibid. §. 2. n. 78. 2<sup>o</sup> debet esse supernaturalis tum ex parte principii, licet gratia, tum ex parte motus et finis; unde nulla est contritio, aut saltem plane insufficientis ad salutem, quae motus purè naturali nititur: porro motuum contritionis ac poenitentiae sedulo distingui debet ab occasione, quae quis ad poenitentiam excitatur, ibid. n. 79. 3<sup>o</sup> debet esse vera et sincera, non falsa, non feucata, non in solà mentis vel imaginationis hyperficta, non in verborum inani strepitu vel fictis lacrymis, sed in intimà voluntate ab omni peccati affectu alienà, ibid. n. 80. 4<sup>o</sup> debet esse universalis respectu peccatorum mortalium, ita, ut dolor se extendat ad omnia mortalia admissa, et ad id propositum omnia omnino mortalia in posterum vitandi; non tamen requiritur explicita doloris intentio ad omnia et singula peccata mortalia distinctè revocata, sed sufficit ejusdem actus doloris implicita ad omnia peccata mortalia generaliter et in confuso apprehensa sub motu generali et omnibus peccatis communi, ibid. n. 81. 5<sup>o</sup> debet esse efficax et absoluta, ita, ut excludat omnem affectum ad quodvis peccatum mortale, ibid. n. 82. 6<sup>o</sup> debet esse magna, et quidem adeò, ut sit appetitativa, seu, ut alii volunt, extensivè summa, ita, ut homo odeerit ac detestetur peccatum supra omnia alia mala, sitque paratus omni bono cavere, et quodvis malum pati potius, quam peccare mortaliter, ibid. n. 83. 7<sup>o</sup> denique debet esse vehementer, id est, quantum humana permittit fragilitas, intensa, ibid. n. 84. proinde sedulo explorare debet Confessorius, an vera sit poenitentis contritio, priusquam absolutionis beneficium ipsi impendat,

ibid. n. 85. Contritio generatim sumpta, et prout abstractit  
 à perfectâ vel imperfectâ peccatori ad obtinendam peccatorum mor-  
 talium remissionem est planè necessaria, et quidem absolute, seu  
 necessitate medi, ibid. s. 3. n. 86. Contritio vel poenitentia  
 aliqua seu displicentia ac retractatio formalis, vel saltem virtua-  
 lis necessaria est, justo ad remissionem peccatorum venialium,  
ibid. n. 87. probabilis est contritionis præceptum non statim  
 obligare post peccatum commissum, nec quoties peccatum memo-  
 ria occurrat, ibid. n. 88. et seq. optima tamen est eorum praxis,  
 qui peccatum statim, ac commissum fuit, detestantur. Præ-  
ceptum contritionis obligat in quolibet articulo necessitatis; ut  
in articulo mortis; cum quis tenetur administrare vel suscipere  
Sacramentum aliquod, vel quemcumque alium actum exorsæ,  
 qui in homine peccatam gratiam requirit; item cum ex defec-  
 tu contritionis aut poenitentia morale periculum est in duri-  
 tationis et impoententia. Peccator non debet nimis diu et  
longo tempore differre poenitentiam seu contritionem, adeo,  
ut voluntarie et ex proposito eam nimis differendo novum im-  
poenitentia peccatum mortale committat. Probabilis est  
præceptum contritionis non obligare singulis diebus festis, ut  
vult Scotus, ibid. n. 93. Contritio, ut dictum superius,  
dividitur in perfectam et imperfectam, quæ attritio dicitur.  
Perfecta est animi dolor ac detestatio de peccatis commissis  
cum proposito non peccandi de cetero ex motivo perfecte chari-  
tatis concepta; nempe quia peccatum est offensæ Dei super  
omnia dilecti propter se, hoc est, propter infinitam suam ama-  
bilitatem et bonitatem absolutam; perfecta igitur contritio  
continet formaliter actum perfecte charitatis, quia scilicet De-  
us super omnia, et quidem intensè, id est, cum magno fervore dili-  
gitur; porro contritio perfecta à Doctoribus communiter dicitur  
simpliciter contritio, quia omnino et perfecte convertit et immu-  
tat peccatorem, ducta à duris corporibus analogiâ, quæ, cum per-  
fecte conteruntur, in minutissimas partes dividuntur, sicque  
omnino immutantur, aliamque induunt speciem, ib. s. 4. n. 94.  
Contritio imperfecta, alio nomine attritio dicta est dolor animi  
ac detestatio peccati cum proposito non peccandi in posterum ex alio  
supernaturali honesto motivo quam charitatis perfecta; puta ex  
metu gehennæ et poenarum, vel ex consideratione turpitudinis  
peccati; vocatur attritio, quia peccatorem non perfecte convertit  
et immutat seu convertit sine Sacramento poenitentia, ducta  
similiter analogiâ à duris corporibus, quæ dum atteruntur tan-  
tum, in majores dumtaxat partes dividuntur, et sic imperfecte  
tantum immutantur, ibid. n. 95. Contritio et attritio,  
seu contritio perfecta et imperfecta essentialiter et specie diffe-  
runt, ut quæ habent motiva specie diversa. Motiva attri-  
tionis ad tria reduuntur; 1<sup>o</sup> ad turpitudinem peccati, non qui-  
dem naturalem, sed quatenus animam coram Deo deturpat, ma-  
culat, ornatu gratiæ ac meriti privat, Deo exorsam ac inimicam  
reddit; 2<sup>o</sup> ad metum gehennæ, seu etiam purgatorii; 3<sup>o</sup> ad  
metum poenarum, non prout naturaliter eveniunt, et vel natu-  
râli connexionem, vel humanâ ordinationem ad peccatum consequun-  
tur, ut supplicia, infamia, &c. sed quatenus ad Deum referuntur.

tur, nimirum quando tanquam à Deo peccatis offensus, iustoque  
 celerum vindicæ immixta vel permixta considerantur, ibid. n. 95.  
 per contritionem imperfectam seu attritionem homini pec-  
 catori sine Sacramento poenitentia actu suscepto non confertur  
 iustitia, ibid. §. 5. n. 97. Bajus, Janseus, et Estius negant  
 contritionem perfectam justificare extra usum Sacramenti poe-  
 nitentia, nisi in certis casibus, puta Martyrii, vel mortis, si desit  
 copia confessarii, ibid. Quidam ex recentioribus, quia dupli-  
 cem distinguunt charitatem, quæ Deus super omnia diligitur,  
 unam scilicet intensam, quam solam vocant perfectam; et alte-  
 ram remissam, quam imperfectam et imbecillam dicuntur  
 appellare, etiam duplicem contritionem, quæ coniungitur ex amo-  
 re Dei super omnia propter se dilecti, duplicem distinguunt, unam  
 perfectam, quæ coniungitur ex amore Dei super omnia propter se in-  
 tensè dilecti; et alteram imperfectam, quæ coniungitur prop-  
 ter Deum super omnia propter se remissè dilectum: perfectam  
 dicunt semper justificare extra Sacramentum; imper-  
 fectam vero solum in Sacramento, excepto casu necessitatis. Ve-  
 rum alii hanc charitatis divisionem rejiciunt, atque quemlibet  
 Dei amorem super omnia propter se, si remissus sit live inten-  
 sus, perfectum esse asserunt, modo per remissum amorem ille  
 intelligatur, qui quidem intensus est, sed in gradu remissiori,  
 nec in gradu superiori et intensiori haberi potest, p. quibus om-  
 nino asserendum est, ibid. §. 5. n. 98. Contritio perfecta,  
 quæ ex motivo perfecta charitatis coniungitur, non tantum in  
 casu necessitatis, sed semper hominem Deo reconciliat, prius-  
 quam poenitentia Sacramentum actu suscipiatur, ibid. n. 99.  
et seq. Solv. ob. ibid. n. 104. et seq. Contritio perfecta non  
 est dispositio necessaria prærequisita ad Sacramentum poe-  
 nitentia debite percipiendum, ibid. §. 6. n. 111. et seq. Attritio,  
 quæ ex motivo metus simpliciter servilis seu timoris poenarum  
 gehenna coniungitur, bona est et laudabilis, nempe Dei donum,  
ibid. §. 7. n. 115. et seq. Solv. ob. ibid. n. 120. et seq. Con-  
 tritio imperfecta seu attritio aliquem Dei amorem, non quidem  
 perfectum, sed imperfectum includere debet, ut sufficiens dis-  
 positio esse possit ad gratiam in Sacramento poenitentia ob-  
 tinendam, ibid. §. 8. n. 131. et seq. Nihilominus in praxi  
 poenitens adduci debet ad adiciendam contritionem ex chari-  
 tate perfecta conceptam, ibid. n. 137. Solv. ob. ibid. n. 138. et seq.  
 In Sacramento poenitentia contritio necessaria debet elici ex  
 intentione confitendi et absolutionem percipiendi: necessario  
 etiam elici debet ante absolutionem. In praxi semper requi-  
 ritur nova contritio, quoties datur nova absolutio: contritio  
 quoque debet moraliter perdurare in se vel in effectu suo, quan-  
 do datur absolutio, ibid. n. 155.

Contumelia est alieni honoris injusta et aperta laesio seu ablatio, To. 3.  
append. ad Tract. 5. p. 2. c. 3. n. 620. est peccatum ea genere  
 suo mortale, ibid. §. 1. n. 622. potest tamen esse veniale tum  
 ob defectum sufficientis advertentia, tum ob materia levitatem,



00

Prim. R  
pag. 73

Contumelia in se levis potest esse gravis respectu persona, cui im-  
fertur, ut si sit Superior, Pater, p. imò semper est mortalis,  
quoties fit ex animo graviter dedecorandi vel contristandi proxi-  
mum, ibid. n. 627. |: vid. Detractio:|  
Cooperatores seu Cooperantes ad Damnum. Hoc nomine veniunt ii,  
qui jubendo, Jubendo, p. causa sunt, quod alius crimen aliquod  
aenequatur: id autem contingere potest novem modis, quorum  
sex sunt positivi, tres vero negativi his versibus expressi,  
Jussio, consilium, consensus, palpe, reus, p.  
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.  
Siclicet Mandans; Consentiens, adulator, receptans, mutus, qui  
nempe tacet, cum loqui tenetur contradicendo, suadendo, prohi-  
bendo, clamando, p. Non Obstans, qui cum ex officio vel facto  
teneatur Damnum alterius impedire seu distare, non tamen im-  
pedit aut obstat; Non Manifestans, qui damnificatorem non  
manifestat, sive ante Damnum illatum sive post, ut relaxa-  
tur; Participans, qui illationi Damni participat, quod dupli-  
citer fieri potest; 1<sup>o</sup> ratione rei acceptae, ut cum quis suam  
in praeda et furto partem habet; 2<sup>o</sup> ratione actionis Dam-  
nose, cum quis quoque modo jurat ad actionem injustam, sive  
aliquid de praeda auferat, sive non, To. 3. Append. ad To. 5. p. 1. c. 1.  
n. 497. et 498. Hi omnes et singuli, quia tanquam causa effi-  
cax et injusta sunt alieni Damni, ad restitutionem tenentur,  
non tamen eodem semper modo et ratione; 1<sup>o</sup> Mandans, Con-  
sulens, Consentiens, Laudans, vel Receptans, p. tenentur ad restitu-  
tionem totius Damni, si causa fuerint totius Damni, partis ve-  
ro, si partis solum causa fuerint; Participantes singuli tenen-  
tur in solidum, id est, unusquisque eorum, si alii non restitu-  
ant, vel quia nolunt, vel quia non possunt, si communi consi-  
lio cooperantur ad Damnum inferendum, seu si independen-  
ter à se mutuo Damnum inferant, ita, ut unus alterum non  
adjuvet, aut moveat et incitet, tunc enim quisque pro sua parte  
Damni illati ad restitutionem tenetur, ibid. n. 499. et 500. Ca-  
sa negative seu non impediens Damnum alterius, cum ex justi-  
tia tenentur impedire, ex communi obligantur in defectum  
aliorum ad restitutionem in solidum, quia sunt causa injusta  
totius Damni post alios, ibid. n. 501. Inter obligatos ad  
restituendum in solidum hic ordo servandus est, 1<sup>o</sup> ante omnes  
in solidum restituere tenetur is, apud quem res aliena erat  
in se; quod si res aliena jam non amplius erat in se, tunc ad  
huc omnes tenentur ejus partem restituere, etiam illa, qui  
eam mala fide acquisivit, atque consumsit vel alienavit; si  
vero bona fide eam acquisitam consumsit vel alienavit, non  
tenetur restituere, nisi in quantum factus est ex ea ditior,  
ibid. n. 502. 2<sup>o</sup> in solidum ante omnes restituere tenetur  
Mandans seu Jubens, item qui fraude inducit, vel vi aut metu  
coegit, et cui alter non est ausus contradicere; nec Damni executor  
eis quicquam rependere tenetur, ibid. n. 504. Eodem modo tene-  
tur is, qui suo nomine Damnum fieri rogavit, ibid. Executor  
post ipsos; quia post ipsos est causa principalis, ceteri vero sunt

tantum causa secundaria; nisi omnes iuncto communi consilio damnum inferre statuerint, et unus illud duntaxat inferat, ut licet res iniuriam impetant et unus illud occidat, omnes aequaliter tenentur, ibid. n. 505. In priorum defectum cetera causa positiva singula ad suam partem secundum proportionem sua cooperationis sine ordine inter se: si tamen executor nomine omnium damnum intulit, omnes simul tenentur primo loco; executor vero secundo loco, nisi etiam sit unus illorum, quorum causa factum est damnum, ibid. n. 506. Post omnes istas causas positivas, et in illorum defectum tenentur causa negativa seu privativa, inter quas non datur ordo aliquis, ibid. n. 507.

Si causa principalis totum restituit, cetera omnes liberantur ab onere restitutionis: hinc si Mandans restituerit, alia omnes causa sunt libera: Executori vero restituenti solus Mandans tenetur totum rependere: si alia causa secunda restituerit, Mandans, et in eius defectum executor tenetur totum ei restituere: si causa positiva restituerit, libera est causa negativa; et contra si causa negativa restituerit, tenentur causa positiva secundum suum ordinem ei totum reddere: si damnum passus remittat causa magis principali, alia sunt libera: si vero condonet uni causa minus principali, tenetur adhuc restituere causa magis principalis; neque etiam liberantur alia, quae in eodem gradu cum hac causa secundaria sunt, sed tamen non tenebuntur solvere portionem illius, cui remissio facta est: quod si una ex causis aequaliter obligatis totum restituerit, alia in defectum causa principaliter obligata tenentur singula pro sua portione ei rependere; si vero unus ex aequaliter obligatis nollet aut non possit suam portionem restituere, ceteri tenentur hanc partem ferre, et aequaliter inter se dividere, ibid. n. 508.

Mandans non solum tenetur resarcire damnum, quae explicitè vel implicitè seu tacite praecipit, sed etiam quod ex ipsius mandato, praeter eius intentionem, sequitur, si res praecipita fuerit periculosa: si ante damnum illatum mandatum revocet, idque Mandataris immutescat, non tenetur restituere damnum postea illatum; sed si revocatio mandati ante damnum illatum non immutescat: tenetur etiam ad restitutionem, licet mandatum revocavit, si non impedierit, cum potuit, ne damnum inferatur. Si licet alterum paratum esse nomine tuo damnum inferre, nec impedias, cum possis, cohibendo vel significando te nullatenus id velle, tuleris restituere. Denique quisque tenetur ex justitia impedire, ne nomine ipsius et tanquam aliquando sibi gratum proximo damnum iniuste inferatur. Qui ratum habet damnum suo nomine factum, non tenetur restituere, si id neque expresse neque tacite mandaverit, ibid. n. 509.

Si consultens ante damnum illatum revocet consilium, tenetur adhuc resarcire damnum ex consilio suo postea secutum, si nempe consilium consistebat in ostensione utilitatis, vel delectationis iudicanda pericipienda, vel modi evadendi; quod si vero consilium consistebat in falsa doctrina, et consultens ante executionem illud revocaverit aperiendo

illius falsitatem, non tenetur restituere: item qui precibus, blanditijs, vel promissis ad damnificandum induit, et ante damnificationem ostendit sibi displicere, propositum mutasse, et promissa revocare, non tenetur restituere: qui minus malum consulit ad majus evitandum, non tenetur ad restitutionem, ut tenetur, si illi, qui paratus est majus damnum inferre Paulo v. g. consulat, ut minus damnum potius Petro inferat, cui inferre non statuerat: excipe nisi damnum Petro sit tam leve, ut teneatur ex charitate illud pati ad impediendum majus damnum alterius pauperis, *ibid. § 10.* Consentiens, seu qui suffragium tulit ad damnificandum, ad sententiam, aut legem injustam, ad eligendum indignum in aliquod munus vel beneficium tenetur de damno 1.º si suffragium dedit antequam essent sufficientia ad suffragia, non obstante, quod tametsi suffragatus non fuisset, idem damnum ab alio factum fuisset; 2.º si ignoret esse sufficientem suffragiorum numerum; 3.º quamvis non dederit suffragium, nisi postquam malum sufficienter jam decretum erat, si tanta erat auctoritatis, ut priores suffragatores a hâ sententiâ deducere possent, et ad revocanda sua injusta suffragia adducere; 4.º etiam tenebitur, etiam major pars iniquum suffragium invocabiliter jam dederit, ita ut damnum amplius impediri nequeat, quamvis injustum suum suffragium posteriori loco tulisset, *ibid. n. § 11.*

Calpones et adulatores, ad restituendum obligantur, si contingat, ut quisquam ex his laudibus vel vituperis ad inferendum damnum moveatur, neque necesse est, ut directe intendant alterius damnificationem, sed sufficit, ut providcant, aut providere debeant eam ex iniquâ hâc agendi ratione sequi posse; quod si adulator hominem laudet de injustitiâ jam commissa, non tenebitur ad restitutionem, *ibid. n. § 12.*

Ad restitutionem tenetur Receptans, qui recursum, securitatem, et fiduciam alteri praebeat ad damnum inferendum, vel ad non resarciendum illatum: item capto vel alius recipiens aliquam commensuram bona aliena: qui vero furum, dum à lictoribus quaeritur, solium occultat, ut ejus vitam conserveat, non censetur cooperari ei, quamvis fur forte à periculo elapsus, aliquando damnum sit alius illaturus, *ibid. n. § 13.*

Participans si rem furtivam bonâ fide acceperit, si adhuc extet, restituere tenetur; si non extet, restituere sufficit, in quantum factus est ditior: si vero malâ fide, tunc rem vel aliquid aequivalens, etiamsi ditior factus non sit, refundere debet; quod si quis rem consumat, quam furtivam esse novit, sed in usus furti malam partem et licitatem habuit, non tenebitur nisi de parte, quam consumpsit, non autem de damno, quod ex furti emergere potuit: Participantes in actione damnosa tenentur ad restituendum eâ ratione et modo, quo lupi insimulantur, sive damnum sine eis nihilominus fuisset illatum, sive non, *ibid. n. § 14.* Ex capite causarum negativarum damni illati restituere tenentur Brin-

23  
iuges, et Magistratus, necnon Belidines, si non impediunt latro-  
cinia, et injurias subditorum; Iudex et Canonicus, qui sine justa  
causa abruunt, dum provident aliquid iniquum in consilio et capi-  
tulo esse gerendum; item Custodes agrorum, vinearum, Sylva-  
rum, p. si non impediunt damnum, vel non manifestent dam-  
nificatores, ut resarciatur, non modo tenentur totum dam-  
num resarcire, sed etiam iuxta probabiliorum sententiam mul-  
ctas persolvere, quod domini acciperent ex eorum delationibus.  
Qui solum ex charitate tenentur impedire damnum alterius,  
si non impediatur, cum sine magno inordinato potest, peccat quidem  
contra charitatem, sed non tenetur ad restitutionem; cuius si quis  
positivè conferat ad damnum proximi, ibid. n. 515.

Corpus. Corpora mortuorum aliquando resurgent, To. 3. Tr. 1. c. 2. §. 3.  
n. 112. Solv. ob. ibid. 137. et seq. atque anima idem numero cor-  
pus, quod in terris habuit, resumet, ibid. n. 113. et 114. Homo cum  
omnibus membris est resurrecturus, ibid. n. 115. atque in eâ  
statura magnitudine, in eo robore, et in eâ totius corporis com-  
positione, quæ convenit perfectissima hominis ætati, qualis  
esse solet triginta trium aut triginta quinque annorum,  
quæ ætas juvenilis censetur similis ei, in quâ conditus fuit  
primus parens Adam: non tamen omnes resurrecturi sunt  
eiusdem statura, licet in eo sexu, in quo conditus fuit, quis-  
que resurrecturus sit, ibid. n. 116. Omnes omnino homines  
morturi sunt, ibid. n. 117. et seq. Has quatuor dotes  
habitura sunt Beatorum corpora, claritatem, subtilitatem,  
agilitatem, impassibilitatem, ibid. n. 120. et seq. Ut here-  
sis rejicienda est opinio eorum, qui asserunt, corpus per resur-  
rectionem mutatum iri in spiritum, ibid. n. 125. Corpora  
reproborum erunt incorruptibilia eo incorruptionis genere,  
quod mortem eorum impediatur, erunt passibilia, ibid. n. 126.

Correctio seu Correctio fraterna est admonitio, quæ quis proximum  
ex charitate conatur revocare à peccato. In duplex illa sit  
To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 4. n. 243. Est illius præceptum, ibid.  
n. 244. et 245. Et Superiores strictius tenentur quam alii, ibid.  
n. 246. Inferiores possunt corrigere Superiores per correctio-  
nem, quæ sit actus charitatis, ibid. n. 247. Variæ cautiones  
in fraternali correctione adhibenda, ibid. n. 248. et seq. Illius  
omissio est aliquando peccatum mortale, aliquando venia-  
le, ibid. 255.

Corus Græcorum, seu Chomer Hebræorum. Aridorum men-  
sura omnium maxima, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 133.

Cotyla, liquidorum mensura genus, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 143.

Creatio dupliciter sumitur, 1<sup>o</sup> latins et improprie pro qualibet  
productione, quæ solum Sapientia Eili 24. v. 14. de se ipsa dicit,  
Ab initio et ante secula creata sum, et Apostolus Ephes. 4. v. 24.  
In vita novum hominem, qui secundum Deum creatus est;  
2<sup>o</sup> strictius et proprie pro productione ex nullo præjacenti  
subjecto; sic sumpta definitur, Productio totius entis ex ni-  
hilo, To. 2. Tr. 2. p. 1. n. 1.

04

Creatura. Fidētemus habemus creaturas generatim dividi in invisibiles seu spirituales, et visibiles seu corporeas: prioris generis sunt Angeli et Anima humana, quibus nonnulli recentiores Philosophi Animam belluinam adiungunt: Secundi generis sunt omnia, quae corporea sunt et materialia. unde creaturarum alia sunt mere spirituales, ut Angeli; alia prois materiales, ut corpora; alia vero ex spiritu et corpore constantes, ut homo, To. 2. Tr. 2. Broem. n. 2. Inter creaturas rationales, et ad eternitatem destinatas alia sunt in via, ut homines hic in terris degentes, et animae ex hac vita exopta nec non purgatorii poenis detenta; alia extra viam posita, ut beati in caelo et damnati in inferno, To. 3. Tr. 4. c. 2. n. 83.

Credens, quomodo in sua fide procedat, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 2. sect. 2. §. 2. n. 68.

Credibilitas fidei. Iudicium de credibilitate fidei Christianae, si sumatur secundum substantiam naturale est; at vero secundum executionem est supernaturale, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 3. §. 2. n. 76. vid. Motiva credibilitatis.

Creditor. Triplex est creditorum ordo; primus eorum, qui privilegia habent, atque ceteris etiam hypothecam habentibus praeferuntur; secundus eorum, qui hypothecam habent, et creditoribus mere personalibus, seu simpliciter chirographariis praefere debent; tertius denique est eorumdem chirographariorum, qui aequali gradu concurrunt, To. 3. Append. ad Tr. 5. c. 4. §. 3. n. 494. vid. Debitum.

Crua. Haereses adversus cultum SS: Crucis, To. 2. Append. ad Tr. 3. §. 1. n. 2. Crua sive vera, in qua sibi est passus est Dominus, sive ve pista et sulcata, sive manuum agitatione expressa est colenda, ibid. §. 4. n. 45. et seq. Solv. ob. ibid. n. 48. et seq.

Cubitus vulgaris tam apud Hebraeos quam Romanos et Graecos, est pes cum dimidio, p. To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 152.

Culpa duplex est, una Theologica, quae est peccatum mortale vel veniale; alia Juridica, quae est omnis alius diligentiae per ignorantiam, invidiam, aut inadvertentiam, ex qua alicui damnum creatur; nec refert, an haec culpa seu omnis peccatum sit necne. Culpa Juridica est triplex, lata, levis, et levissima, quibus, ut completa sit gradatio, addunt aliqui latiore et latissimam: culpa latissima est communitis diligentiae, quam ceteri adhibere solent, omnis damnosa, ut alter decipiat, et damno afficiatur; talis est miles caubias agentis, qui studio dormit, aut dormire se fingit, ut facilius hosti aspectum praebet: latior est dolus presumptus; ut si suavis et valens impedire, non tamen impediam, ne hostis urbem ingrediatur. Culpa lata est omnis illius diligentiae, quam prudentes ejusdem conditionis homines in huiusmodi rebus adhibere solent; talis est negligentia illius, qui librum sibi commo datum foris relinquit supra haerum. Culpa levis est omnis diligentiae, quam adhibent diligentiores; talis est culpa illius, qui librum relinquit in cubiculo, quod levis non occluserat.

Culpa levissima est omnis eius diligentia, quam prudentissimi et solertissimi in rebus ejusdem naturae adhibent; qualis est illius, qui cubiculum clausit, sed non probavit manu pulsando, an bene clausum esset; To. 3. Append. ad Tract. 5. p. 1. c. 2. n. 490.

05c

Cultura, Satis, Nativitas. Quod in nostris agris nascitur, ad nos pertinet, sicut et quae in nostris animantibus proveniunt, si tamen ea animantibus nostris foremivini sexus proveniant; hinc planta, quam invenimus in solo nostro radices egiisse, nostra est, sius si radices non egerit; To. 3. Tr. 5. c. 2. sect. 1. d. 3. n. 169.

Cultus est actus sive internus sive externus, quo alium exhibemus honorem ac reverentiam cum aliqua nostra submissione; To. 3. Tr. 4. proem. n. 3.

Cultus, quo Santos prosequimur, et qui Dulcia vocatur, non distinguitur ab ipsa virtute Religionis, ibid. n. 4.

Cultus seu adoratio Sanctorum, S. Crucis, Sacramentorum Reliquiarum, et sanctarum Imaginum. S. Sancti, Crux, Reliquia, Imagines, p. Cultus falsi Numinis, aut veri Dei, seditionis et superflui; vid. Superstitio; p.

Cupiditas seu Concupiscentia est motus animi ad fruendum se et proximum, ac quolibet corpore non propter Deum; To. 3. Tr. 2. c. 2. d. 2. n. 34.

Cyathus, vasculi genus in convivio ad metiendum et hauriendum adhiberi solitum; To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 147.

Cyranus; S. Sanctus; Quis, ejus opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 39.

Cyrius Alexandrinus; S. Sanctus; Quis, ejus opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 65.

Cyrius Hierosolymitanus; S. Sanctus; Quis, ejus opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 50.

D.

Dagon Philistinorum Numen, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 254. in marg. Damon juxta hunc etymon idem est ac Sicut. Angeli tanta intelligentia vi praediti sunt, ut Intelligentia vel Damones id est Sicutes simpliciter vocentur. Hinc Judamoni id est, boni Angeli, et Lucodamoni, id est, mali Angeli nomina. Attamen in S. Scriptura Damon in malam partem accipitur; To. 2. Tr. 2. c. 1. d. 1. n. 4. vid. Angelus;

Damasenus; S. Joannes; Quis, ejus scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. d. 2. n. 83.

Damianus; S. Petrus Damiani; Quis, ejus scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. d. 2. n. 84.

Damnati. An in iis sit fides Theologica, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 4. n. 84.

Daniel propheta. Quis, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 4. n. 497. Eius liber quid contineat, nempe ejus chronologia et ordo, ibid. n. 498. Est canonicus et divinus, ibid. n. 499. et seq. sol. ob. ibid. n. 500. et seq.

Debitor; vid. Restitutio;

Debitum. Debita alia sunt certa, ut si certo noveris te Titio centum debere aureos; alia incerta, quod dupliciter contingere potest; si noveris te centum aureos debere alium,

96

sed quis ille sit non recorderis; 2<sup>o</sup>. si ambigas et dubites, an alium debeas: alia sunt, quae in dominium tuum transeunt, ut pecunia à te mutuo accepta; merces à te emptae: alia, quorum rerum et plenum dominium non habes, ut pignus, depositum, commodatum, et à fortiori furti à te subrepta: alia sunt realia, cum bona debitoris sunt creditori obligata per hypothecam: alia personalia, cum creditor in personam debitoris, non verò immediate in eius bona habet actionem, To. 3. Append. ad To. 5. c. 4. §. 3. n. 445 25. Debita seu realia seu personalia vel sunt privilegiata, vel simplicia, quemadmodum creditores alii sunt hypothecarii, alii Chirographarii tantum; vel sunt ex delicto, ut si debeas, quia furatus es; vel ex contractu, ut si debeas, quia mutuo accepisti, p. item alia sunt ex titulo gratuito, alia ex oneroso, ibid. n. 445 25. Debita certa prius sunt solvenda quam incerta, ibid. n. 445 27. Debita ex delicto vel titulo oneroso prius solvi debent, quam debita ex titulo gratuito, ibid. n. 445 29. Debita certa, quae extant, et non transeunt in dominium debitoris prius et ante omnia alia sunt restituenda, ibid. n. 445 29. Debita realia prius sunt solvenda, quam personalia, ibid. n. 445 30. Inter creditores hypothecarios preferendi sunt, qui sunt priores tempore: tamen nonnulli posteriores hypothecarii prioribus preferuntur, ut 1<sup>o</sup>. qui pecuniam credidit ad emptionem praediorum, adificationem aedium, atque jus pignoris in eis factus est; 2<sup>o</sup>. qui ad conservationem aedium priori creditori specialis hypotheca nomine obligatarum pecuniam mutuo dedit; 3<sup>o</sup>. qui similiter pecuniam dedit ad conservationem aliarum rerum, s. g. navis, mercium, p. quique jus pignoris sibi in eis constituit; bona mariti tantum obligata uxori eiusque liberis potestate, adeo, ut aliis creditoribus, etiam prioribus, habentibus tantam duntaxat hypothecam: quia habentibus expressam ex communi non anteponuntur: preferantur, 5<sup>o</sup>. si ea pecunia pupilli res aliqua comparata sit, in ea tantam hypothecam pupillus acquirit et iuris prevalationem; idem dicendum si ea pecunia Tutoria ab eius administratore res aliqua comparata sit: hi enim censentur hypothecarii privilegiati, adeoque ceteros antecedunt, quamvis tempore ipsis sint posteriores, ibid. n. 445 31. Ex debitis personalibus ea prius sunt solvenda, quae privilegiata dicuntur: talia sunt 1<sup>o</sup>. Privilegium sponsae de futuro in bonis sponsi ratione dotis tradita non leuto matrimonio; 2<sup>o</sup>. eius, qui deponit pecunias apud nummularium non percipiens inde usuras; 3<sup>o</sup>. eius, qui ad navem entrandam, instaurantem, emendam pecuniam credidit, ibid. n. 445 32. Si creditores nec reales, nec privilegiati, singulis pro rata satisfaciendum est, sive priores sint sive non, sive ipsis debeatur ex contractu, sive ex delicto: unde si debitor uni creditorum non privilegiato aut hypothecario, etiamnum priori sponte et non requisitus solveret totum debitum, et aliis creditoribus nihil posset solvere, in fraudem ceterorum ageret, usque inferret injuriam, ac proinde tenetur de damno alterius creditoris aequale jus habentis, nisi cum iuris vel facti ignorantia excusaret; talis creditor autem iuxta multos, quibus tamen alii contradicunt, debitum à debitore

sponte offerente acceptum aliis restituere non tenetur, nisi  
per fraudem illud aspectus esset. Quod si unus creditor ante alios  
exigat debitum solutionem, debitor debet ei illud integrum sol-  
vere, ibid. n. 933.

Decanus dicitur ille, qui decem viris praest; unde Decania territori-  
um est, in quod Decanus aliquam habet jurisdictionem. à  
Monasterio regimine Decanatus dignitas fluxit in Capitula Ca-  
nonicorum: quippe cum unus Abbas vel Prior multitudini  
Monachorum regenda non sufficeret, instituti fuerunt Decani,  
quibus decem Monachi committabantur gubernandi.  
Sunt inter quos Barochos, qui dicuntur Decani, vel etiam Ar-  
chidiaconi rurales, quibus in numeris ab Episcopis injungi-  
tur, ut sua Decania, seu, ut vocant, Capitula rurales pa-  
rochos ad congregationem certis temporibus advoent, at-  
que generalem quamdam super illos curam habeant, To. 4.  
Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 8. n. 124.

Delectatio appetitus sensitivi de objecto graviter malo, etiam sub con-  
ditione, sub qua licitum est, est mortalis, To. 3. Tr. 6. p. 2. c. 3. §. 4.

Simplex etiam Delectatio morosa seu deliberata  
id est, deliberate admissa de quolibet objecto vel opere mori-  
tali est peccatum mortale, etiam scilicet omni desi-  
derio, proposito, conatu et periculo illud efficiendi, sumitque  
speciem et malitiam à tali objecto, ibid. 249. Dicitur moro-  
sa à mora voluntatis duntaxat, non temporis, ibid. p. 3. c. 1. §. 9.  
n. 302. Est mortale gaudere seu habere delectationem de

actu ex se mortali, quamvis talis actus à culpa exoneratus sit ratio-  
ne ignorantiae invincibilis, vel defectus libertatis, ibid. p. 2.  
c. 3. §. 4. n. 250. Ex communi Delectatio deliberata de se

est artificioso modo patrandi malum, qui modus ex se malus  
non est, vel de aliqua ejus circumstantia insolita, sed non  
mala, per se loquendo, non est mortalis, potest tamen con-  
sensus in ejusmodi Delectationem esse culpa venialis, ratio-  
ne curiositatis, avaritatis, aut similis inordinationis; imò  
et mortalis ratione scandalii vel periculi consentiendi in de-  
lectationem de ipso malo actu, ibid. n. 251. Per se loquendo

licet gaudere de effectu bono, qui ex peccato scilicet est, non  
tamen prout à peccato est, ibid. 252. Delectatio de

sola cogitatione seu cognitione rei etiam graviter illicita  
non est peccaminosa, modo absit periculum consensus in ob-  
jectum, ibid. n. 253. Omnis Delectatio morosa seu

deliberata venerea vel etiam minima extra conjugium que-  
sita aut admissa est peccatum mortale, nec potest ex levita-  
ta materia esse veniale, ibid. p. 3. c. 1. §. 4. n. 302. Qui post

sufficientem advertentiam negativè se habet ad Delectatio-  
nem veneream, eam neque approbando neque reprimendo,  
tamen peccat mortaliter, ibid. n. 303. Delectatio moro-  
sa de actu luxuria, s. g. copulata cogitata contrahit non solum

87



55

malitiam substantia operis, sed etiam circumstantiarum cogi-  
tarum ei ammenarum, et speciem mutantium, ibid. n. 304.  
Omnis delectatio venerea, appetus, et tactus turpis seu partium  
pudendarum, et quavis actus leuicia sunt mortales, invidus  
et sponis: itaque sponis solum licent amplexus et oscula hones-  
ta iuxta morem patria amoris honesti significandi et foren-  
di gratia, ibid. 312. In sponis ac viduis mortalis est vo-  
luntaria delectatio carnalis, seu delectatio appetitus sensitivi  
de copula futura vel praeterita, vel de copula apprehensa sub  
conditione, si adspet matrimonium: sunt tamen, qui docent  
posse excurrere a mortali eos, qui absque commotione venerea  
apprehendent actum conjugalem ut praeteritum vel futurum  
approbantes, quod illum excuserint, aut excusuri sint; mouent  
nihilominus talem mentis apprehensionem, cum via possit  
esse sine commotione venerea, esse statim reuiuendam, et nun-  
quam auerendam, ibid. n. 313. |: vid. Desiderium: |

Denarius, moneta apud antiquos usitata, To. 1. Fo. 1. p. 1. c. 8. n. 126.

Dementiatio |: vid. Sponsalia: |

Depositarius |: vid. Depositum: |

Depositum definitur contractus, quo res custodienda traditur alteri,  
et ab eo suscipitur reddenda eadem non solum specie sed etiam me-  
moro, To. 3. Fo. 5. c. 5. sect. 2. §. 3. n. 391. Quilibet ratione utens,

sive pupillus, sive foemina sit, sive etiam Religiosus, nisi privata or-  
dinis sui lex reuicet, potest esse depositarius, ibid. n. 393. Depo-  
sitarius non potest sine Domini consensu expresso vel tacito, vel  
saltem prudenter praesumpto uti re deposita; quod si utatur  
vino v. g. aut tritico apud se depositis, certo sciens se res ejusdem  
pretii et valoris habiturum eo tempore, quo depositum repeti de-  
bet, tunc deponentis negotia utiliter gerit: videtur etiam,  
quod uti possit pecunia, qua sibi traditur saulo nec clauso nec  
obrigato, modo certus sit se eam redditurum, cum exigetur,  
nec consistat in veteri moneta, qua uiriositatis magis, quam  
uuis gratia conseruetur, ibid. n. 394. Depositarius te-  
netur 1<sup>o</sup> rem depositam seruare ac custodire ea cura et dili-  
gentia, quam homines diligentes solent in simili re propria ad-  
hibere; quod si res deposita pereat vel deterior fiat, tenetur  
solum de dolo et culpa lata: si tamen depositum cedat in com-  
modum utriusque, ut si Depositarius mercedem pro custodia ac-  
cipiat, tenetur etiam ex culpa leui; si uero depositio cedat in com-  
modum solum depositarii, ut si apud ipsum deponatur pecunia  
eo solo fine, ut possit ea uti, si egeat, tenetur de culpa leuissi-  
ma, ibid. n. 395. 2<sup>o</sup> tenetur depositum repetenti statim  
reddere: exiipe, nisi illud reponat in suum vel aliorum Dam-  
num, vel nisi res deposita sit furtiua. Bonu si Depo-  
sitarius alteri, quam Domino, depositum reddiderit, non tenetur  
ad restitutionem, modo bona fide et prudenter, licet falso,  
putaverit eum esse Dominum, vel aliquem ab eo missum ad  
illud repetendum, ibid. n. 396.

Lim. (C)  
frag. 86

Derogatio est legis, qua viget, imminutio secundum aliquam sui partem. Derogatio à lege à Superioribus tantum fieri potest, et quidem cum causa, qua bonum commune respiciat, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. Sect. 5. §. 4. n. 237.

Desiderium. Quodlibet desiderium rei vel actionis male etiam inefficax est illicitum, utpotè prohibitum præcepto Non concupisces, iuxta sensum Eulæia, et habet malitiam mortalem vel venialem, ac eandem speciem, quam habet res, vel actio, in quam fertur, To. 3. Tr. 6. p. 2. c. 3. §. 4. n. 243. Desiderium conditionatum, seu consensus conditionatus rei vetita, per se loquendo, non est mortale, si conditio apponita auferat totam, vel saltem gravem operis malitiam: si tamen inducat periculum probabile consensus absoluti, erit mortale ratione talis periculi: quod si conditio non auferat malitiam, tale desiderium vel delectatio in re gravi est culpa mortalis, in levi venialis, ibid. n. 244. Conditio autem auferat malitiam mortalem objecti, quando vel rei ipsa habet, vel possibilis est, et ea posita res seu actio non est amplius mala, saltem graviter; quamvis ejusmodi desideria sint vitanda, quia plerumque sunt periculosa et occasio peccati, ibid. n. 245. At malitiam conditio non tollit, quando ea apponita adhuc manet objectum graviter inordinatum, ibid. n. 246. Desiderium seu delectatio appetitus sensitivi de objecto graviter et intrinsicè malo etiam sub condicione, sub qua licitum est, est mortalis, ibid. n. 247. Igitur præcepto Non concupisces prohibetur tum quodvis desiderium et complacentia objecti seu actus mali, et consensus provis concupiscentiæ motibus; tum etiam desiderium habendi quodvis bonum proximi, sive uxorem, sive servum, sive fundum, p. ibid. n. 248.

Desperatio est diffidentia assequendi beatitudinem et obtinendi media ad eam necessaria, puta poenitentiam et alia bona opera, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 2. n. 347. Contra virtutem Spei pugnat per defectum, ibid. n. 349. est peccatum per se mortale, ibid. n. 351. Causa Desperationis est acedia, hoc est, fastidium boni spiritualis præsentium divini; unde adversus eam eadem adhibenda sunt remedia, quæ adversus acediam, ibid. n. 352. (vid. acedia.)

Detractio est injusta alterius fama in ipsius absentia læsio vel ademptio. Octo modis fieri potest, 1º falsum crimen aut defectum imponendo; 2º amplificando idud, quod verum est; 3º occultum detegendo; 4º sinisterè interpretando, quod rectè ab alio gestum est; 5º negando aliquam eorum quibusdam dotibus fieri, rectè aut boni quidpiam fuisse; 6º dotes illas aut bona imminendo; 7º tacendo in illis circumstantiis, in quibus silentium pro vituperio habetur; 8º adeò frigidè laudando, ut facile alii intelligant illum, quem laudas, parum laude dignum tibi videri, To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 2. c. 3. n. 660. Est eni suo genere peccatum mortale contra justitiam, ibid. §. 1. n. 662. idque

89

intelligendum est non solum de eâ Detractione, quae ex malo animo procedit, sed etiam de eâ, quae ex loquacitate et levitate animi oritur absque intentione laedendi proximum, ibid. n. 663. Potest esse veniale peccatum 1<sup>o</sup> ob defectum sufficientis advertentiae, 2<sup>o</sup> ob materiae levitatem, ibid. n. 664. Detractio et contumelia sunt culpa mortalis, quoties sine justâ causâ graviter laeditur fama vel honor ~~proprietatis~~ ~~vel~~ ~~honestatis~~ proximi, licet absque animo graviter laedendi, ibid. n. 665. graviter autem vel leviter laeditur fama vel honor pro gravitate vel levitate materiae. peccatis omnibus circumstantiis praesertim persona laesa; nam gravitas vel levitas materiae huius praecipue spectanda est relate ad personam laesam et eius famam; fieri enim potest, ut quod respectu unius est materia levis, sit gravis respectu alterius, ibid. n. 666. et seq. Narratio defectus venialis est plerumque solum venialis; est tamen mortale dicere de quibusdam personis in numero vel statu majorem perfectionem exigente constitutis, quod habeant consuetudinem peccati venialis, ibid. n. 669. Detractio, quae generalibus nominibus vitiorum tam mortalia quam venalia comprehenditur, fit, mortalis est, quando cum damno notabili, aut magno ejus, proximo cui ita detrahitur, periculo, aut coram talibus, qui probabiliter existimari possunt non levis sed gravis peccati ideam concepturi, ibid. n. 671. Peccant etiam mortaliter, qui licet generalibus verbis utantur, magni tamen sceleris suspicionem et ideam apud auditores excitant, ibid. 672. Multi docent, quod, quando ratione conditionis personae peccatum mortale esse non censetur notabiliter laedere famam, illius revelatio non sit mortalis, ibid. n. 673. Detegere crimen verum sed occultum alicujus est peccatum mortale, siue persona, quae illud perpetravit nominetur, siue solum communitas, ex qua illa persona est, quando communitas inde gravem infamiam passura est, ut Monasterium, Capitulum, ibid. n. 675. a fortiori peccat mortaliter, qui de aliqua communitate in genere detrahit, ibid. n. 676. Superstitio, seu detrahitio in re gravi apud unicam personam et sub secreto, licet putetur non revelatura, est peccatum mortale, ibid. n. 677. Detractor tenetur ad famam restitutionem, ibid. s. 2. n. 678. Haecque obligatio urget 1<sup>o</sup> quamvis quis nominis ex ignorantia detraherit: cuius tamen si diffamatus damnum jam passus sit antequam detractor ignorans errorem suum agnosceret: cuius tamen etiam aliqui, si quis verum crimen de aliquo dicat, alii vero, qui audiunt de alio dicit putent, et de isto ulterius divulgent; melius tamen dicunt alii talem etiam ex justitia teneri ad resarcendam famam diffamati, ibid. n. 679. Urget 2<sup>o</sup> eadem obligatio reparanda proximi fama etiam cum proprio fama, in vita, periculo, si in infamia imminet innocenti periculum vita, aut pernicius, aut grave bedum Republicae: si tamen aliquis propriam revelans

malitiam non oportet liberaturus innocentem, tacere debet; quia nemo tenetur ad omnia inutile cum proprio gravi incommodo; ibid. n. 690. Urget 3<sup>o</sup> etiam occultum crimen uni tantum viso probo ac tacito detegatur, ibid. n. 691. 4<sup>o</sup> Urget etiam cum definitis detrahatur, ibid. n. 692. 5<sup>o</sup> Si crimen sola facti vel fama publicitate alicubi notorium in eorum revelatur, quo fama illud perlativa non erat, ibid. n. 693. 6<sup>o</sup> Cum infamatus de uno crimine infamatur de alio occulto, quod isti ammentum non est: item cum crimen olim sola fama publicum, sed oblivione, vel conversatione sancta, bonisque moribus deletum, versantibus narratur, aliisque in memoriam revocatur, ibid. n. 694. 7<sup>o</sup> Si crimen alicujus, ob quod quidem per Judicis sententiam non proprie publicam, sed iuxta Judicis intentionem, pro particulari dumtaxat aliquorum notitia latam damnatus et punitus est; qualis est sententia, qua adversus religiosum in communitate fertur, extra Monasterium vel Collegium pro-  
 palet: Scius dicendum de eo, qui iudice per sententiam publicam infamatum in uno loco, infamat in alio, ubi crimen eius etiamnum ignoratur, quamvis talis ita infamans peccet graviter contra charitatem, nisi sententia adversus eum in uno loco promulgata, et publicata, brevi esset in alio loco publicanda, ibid. n. 695. Urget 8<sup>o</sup> Si sententia saltem materialiter injusta cognoscatur, ibid. n. 696. Urget 9<sup>o</sup> Si crimen reveletur, quod quidem reus iam confessus, aut de quo ipse a testibus convictus est, sed nondum sententia Judicis sententia, ibid. n. 697. Hares tenetur ad restitutionem damnorum, qua ab eo, cujus est hares, illata sunt proximo per detractionem, ibid. n. 698. Qui ita audit detrahentem, ut fiat detractionis causa, puta hortando, incitando alium ad detractionem significando hominem detractoris sibi audivere; item interrogando, ut stimulos addat, peccat et contra charitatem et contra justitiam; unde idem contrahit restituendi onus, quod ipse detractor, ibid. n. 699. Quod si auditor interior de detractione gaudeat, exterior tamen non significet eam sibi placere, adeoque ei non sufficiens cooperatur, quod tamen rarum est, non tenetur ad restitutionem; peccat tamen mortaliter contra charitatem, imo quodammodo contra justitiam, ibid. n. 700. Contra detractoribus tunc tantum resisti debet, cum id utiliter fieri posse prudenter judicatur, scius discedendum, vel lesio alio convertendus, ibid. n. 701. Superiores, quales sunt Patres, Domini, Praelati Regulares et Saeculares, si communitatem, aut aliquod ejus membrum vel ab extraneis, vel a subditis suis infamari videant, et non obstant, peccant contra justitiam, et in detractoris locum restituere tenentur, ibid. n. 702. Jure naturali non licet librum famam proximo cadentem, et vimina licet vera, sed tamen occulta, sine justa causa pendente, legere, aut audire, ibid. n. 703. Fama per detractionem ablata restitui debet quamprimum et efficaciter, necnon coram iis

92

omnibus, coram quibus ablata est, ibid. §. 3. n. 694. et 695.  
Cum fama tollatur vel per impositionem falsi criminis, vel  
per revelationem occulti veri, aliter et aliter in utroque casu  
gerere se debet detractor: in primo casu expressè et aperte  
retractare debet id, quod dixit, imò et adhibere juramentum,  
aut rem coram Notario et testibus protestari: in secundo  
casu docent aliqui detractorem debere dicere se esse mentitum,  
alii volunt, ut infamatum publice laudet; alii ut dicat se  
male locutum fuisse, &c; sed satius est, ut condonatio ab infamato  
humiliter petatur, ibid. n. 695. Qui ablatam famam  
aliter compensare non potest quam Summa pecuniaria,  
eam sic compensare tenetur non solum post sententiam Judicis,  
sed etiam ante ipsam, ibid. n. 697. Detractorem à resti-  
tuenda fama, quam alteri abstulit, excusat impotentia phy-  
sica et moralis; inutilitas, si detractio vetus sit, et infamia  
in oblivionem abiisse prudenter judicetur, satius est tenere  
silentium, condonatio infamati, ibid. §. 4. n. 698. et 699.  
Non peccat, nec proinde ad restitutionem tenetur, qui justa  
ex causa alterius crimen etiam occultum revelat: justa vero  
causa adesse censetur, cum non nisi hac criminis detectione  
averti potest damnum nobis aut proximo impendens; sed hic  
timide et christiane incedendum, et cavendum, ne levis et  
infundata conjectura pro levis mali probationibus habeatur,  
neque plus reveletur, quam ad avortendum malum necesse  
sit, nec etiam detegatur crimen, cum alia via, v.g. correctione  
fraternâ damnum impedi potest; et non pluribus detegatur,  
cum sufficit illud paucis aperire, ibid. n. 700. Quamvis cer-  
tum sit cum peccare mortaliter contra justitiam, qui, ut fa-  
mam suam tueatur, falsum accusatori suo crimen impingit, ut  
et illum, qui, ut proinde illatam sibi infamiam compenset,  
infamatoris sui verum, sed occultum crimen detegit; at-  
amen licet ea detegere, qua ad labefactandum ejus testimoni-  
um inservire possunt, ibid. n. 701. Duo, qui se mutuo  
denigraverunt, possunt mutuo sibi remittere omnem restituen-  
di obligationem, nisi eorum infamia in aliorum vergat de-  
trimentum: imò in hoc casu, si unus ita male et inique affec-  
tus sit, ut ex parte sua famam alterius restituere nolit,  
tunc probabilius huc valere videtur compensatio, et neque  
alter tenebitur hujus venientis famam restituere: at-  
amen si detractores mutui isti vel diversa sint conditionis,  
vel unus alterum graviori modo laeserit, tunc locum habere  
non potest compensatio, sed qui plus laesit tenetur ad resti-  
tutionem excipis à se positi, quia alioquin non reduceretur  
a peccato mortali non ex-  
santur, qui, etiam ex mera loquacitate, narant peccata de pro-  
ximo audita vera vel falsa, quamvis id faciant sine affirma-  
tione, imò addere soleant, se, quod audierunt, nec velle nec  
posse credere, ibid. n. 703.  
Detractor |: vid. Detractio!

93  
Devotio. Devotionis nomen deducitur à verbo deverere, significatur voluntas tradendi se promptè ad ea, quae pertinent ad Dei famulatum, To. 3. Tr. 4. c. 1. n. 10. Illius causa duplex est, extrinseca et intrinseca; prior est Deus; altera, quae scilicet se tenet ex parte nostri est contemplatio seu meditatio bonitatis et excellentiae divinae et humanae infirmitatis ac propriorum defectuum, ibid. n. 11. Effectus Devotionis duplex est scilicet letitia spiritualis ex consideratione infinitae Dei bonitatis, et laetitia quaedam tristitia ex consuetudine propria infirmitatis et defectuum nostrorum, necnon ex meditatione exilii nostri à patria coelesti procedens, ibid. n. 13. Fruata quorundam Devotio, ibid. n. 14.

Deus. Quibus nominibus apud Hebraeos designatur, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 50. in not. marg. Dei nomine omnes intelligunt substantiam seu ens aliquod perfectissimum, à quovis alio independens, caterorum omnium causam et originem: cumque unum et trinum esse Christiana et Catholica Fides docet, To. 2. Tr. 1. prolog. n. 2. Est in nobis innata et ingenta Dei notio seu idea, ibid. p. 1. c. 1. n. 4. Solv. ob. ibid. n. 19. et 18. Illius existentia invictis argumentis demonstratur, ibid. n. 5. Solv. ob. ibid. n. 16. et seq. Illius natura seu essentia perfecta delineatio dari non potest, ibid. n. 6. proprius et constitutivus seu specifiuus essentiae Dei character et gradus videtur esse Apeiritas, ibid. n. 9. Solv. ob. ibid. n. 20. et seq. est unius, ibid. n. 12. Hanc illius unitatem impugnaverunt gentiles et multi ex veteribus Haereticis, ibid. n. 10. et 11. Solv. ob. ibid. n. 22. Nominibus attributorum Divinorum Theologi intelligunt formas absolutas, quae secundum proprium suum esse existunt in Deo, et ab eius natura tanquam proprietates emanant: Attributum Divinum solet defini per se simpliciter simplex absolute et necessario de Deo predicabilis per modum formae adjacentis, ibid. c. 2. n. 25. Theologi divinas personalitates, etiam attributa Divina vocant, sed relativa dumtaxat, immò quicquid de Deo affirmari potest, id attributum eius dicunt, ibid. n. 26. Inter attributa Divina tum absoluta tum relativa ad essentiam comparata, et absoluta invicem comparata nulla omnino est distinctio realis seu entitativa seu modalis, ibid. n. 31. Solv. ob. ibid. n. 35. et seq. Inter attributa Divina tum absoluta tum relativa ad essentiam comparata, et absoluta ad se invicem datur distinctio saltem rationis, ibid. n. 32. Solv. ob. ibid. n. 39. et seq. Distinctio rationis, quae attributa ab essentia divina, et absoluta inter se distinguuntur, est saltem rationis ratiocinata, ibid. n. 33. Divinus saltem propter Scotistas, qui volunt ea distinguere ex natura rei formaliter, ibid. n. 34. Inter negativa Dei attributa primum locum obtinet Simplicitas, seu cujuscunque compositionis negatio, ibid. c. 3. d. 1. n. 43. Deus igitur est simplex Spiritus omnis prorsus realis et physicae compositionis expertus, ibid. n. 45. Solv. ob. ibid. n. 47. et seq.

92

Nulla etiam in Deo admittenda est compositio sive metaphysica sive logica, ibid. n. 46. Solv. ob. ibid. n. 52. et seq. Deus est in omni perfectione infinitus et illimitatus, ibid. §. 2. n. 55. Solv. ob. ibid. n. 56. et 57. Deus est immensus, rebusque omnibus intimè præsens est per suam essentiam, ibid. §. 3. n. 59. Solv. ob. ibid. n. 60. et seq. Deus omnino est immutabilis, ibid. §. 4. n. 65. Solv. ob. ibid. n. 66. et seq. Deus est æternus, et quidem solus, cuius æternitas tota simul est, ibid. §. 5. n. 71. præteritum et futurum, sed unicum Nunc semper existens: per suam æternitatem absque ulla sui mutatione determinatur formaliter ad coexistendum omni tempore creato et creabili, æternitasque proprie dicta soli Deo convenire potest, ibid. n. 72. Solv. ob. ibid. n. 73. et 74. Deus est summè bonus, tum bonitate absolutà, tum morali, tum relativà, tum per essentiam, ibid. §. 6. n. 75. Est in Deo formaliter iustitia distributiva in præmium bonorum, et vindictam malorum: iustitia verò commutativa non est in Deo strictè et proprio, sed latiori dicitur sensu, ibid. §. 7. n. 77. Misericordia, quæ est voluntas subveniendi aliena miseria est formaliter in Deo, ibid. §. 8. n. 79. Deus est omnipotens, ibid. §. 9. n. 80. Solv. ob. ibid. n. 81. et 82. Deus est invisibilis, ibid. c. 4. n. 83. nec oculis corporis visus est unquam, nec videri potest, ibid. §. 1. n. 84. et 85. Solv. ob. ibid. n. 86. et 87. Deus non potest intuitivè videri ab intellectu creato per solas naturæ vires, bene autem adjunctò, elevatò, et corroboratò per aliquod Supernaturale auxilium Dei, quod lumen gloria, seu uberior Dei consensus nuncupatur à Theologis, ibid. §. 2. n. 89. Solv. ob. ibid. n. 91. et seq. Deus comprehendi intellectus potest ab intellectu creato, ibid. n. 90. Solv. ob. ibid. n. 95. et seq. potest tamen, Deo sic volente, homo in hac mortali vitâ ad intuitivam Dei visionem admitti: at an id quibusdam jam conceptum fuerit, omnino est incertum, ibid. §. 6. n. 135. In visione Dei beatificâ admitti debet species expressa seu verbum mentis, id est, formalis objecti cognitio, ibid. n. 136. Lumen gloria est habitus intellectualis Supernaturalis, qui intellectum elevat, seu elevat ad eliciendam Dei visionem, ibid. n. 137. Intellectus activè concurrit ad visionem Dei beatificam, ut causa principalis, lumen verò gloria ut instrumentum Dei Supernaturale, ibid. n. 138. Beati vident 1º Dei essentiam, trinitatem Personarum, omnia attributa, quæ in hac vitâ videntur, quamvis non videant omnes gradus virtuales horum attributorum, utpotè infinitos; 2º creaturas possibili secundum suum esse proprium, alii pauciores, alii plures, cum alii clarius et perfectius, alii minus clare et perfecte Deum videant: nemo tamen videt eorum videt omnes creaturas posibles; 3º Deverba divina; 4º creaturas existentes eò plures vel pauciores, quò perfectius vel minus perfecte licentiã visionis intuitivæ habent: cognoscunt tamen Beati

95c

omnia singularia, qua ad ipsos spectant, aut spectabant, cum ad-  
huc in terra degerent; peccata etiam, qua ad eos diriguntur, haec-  
que vident in Deo, vultu visionis beatifica, ibid. n. 139. Visio  
Dei beatifica hominum non difert specie a visione beatifica An-  
golorum, ibid. n. 140. Inaequalitas visionis Dei beatifica ori-  
tur tanquam à causa physica totali et adaequata ab inaequali lu-  
mine gloria, ibid. n. 141. Est in Deo scientia propria ac scien-  
tià dicta, ibid. c. 5. d. 1. n. 144. Duplex distinguitur divina  
scientia objectum, unum primum, Deus ipse sicut; alterum se-  
cundarium, omne scilicet ens creatum, ibid. d. 2. n. 145.  
Deus semetipsum perfecte ac comprehensive cognoscit, ibid. n.  
146. et seq. Solv. ob. ibid. n. 158. et seq. Deus certe, distincta,  
et singulariter cognoscit omnes creaturas, etiam possibles, ibid.  
n. 149. et 150. Deus certissime cognoscit omnia praesentia, sin-  
gularia etiam vilissima, bona et mala tum culpa, tum poena  
occultas etiam cordium cogitationes, ibid. n. 151. Solv. ob. ibid. n.  
162. et seq. omnes res praeteritas, ibid. n. 153. atque futura  
omnia non solum necessaria sed etiam libera et contingentia,  
ibid. n. 154. et 155. Solv. ob. ibid. n. 166. et seq. item futura  
conditionata, ibid. n. 156. Solv. ob. ibid. n. 172. et seq.  
Deus absque ullo medio se ipsum suasque perfectiones cognoscit  
per se ipsum et immediate, item cognoscit in sua essentia om-  
nes res creatas etiam possibles, seque suamque essentiam  
comprehensive cognoscit, ibid. d. 3. n. 174. In quo autem  
medio Deus cognoscat tum quae liberè ac contingenter sunt ab-  
solute futura, tum quae conditionate mutantur, alia est Tho-  
mistarum, alia Jansenistarum, alia Augustinianorum, alia  
Molinistarum, p. opinio, ibid. n. 175. et seq. S. Augustino  
adeo obscura et difficilis visa est haec questio, ut nihil circa  
eam definire ausus sit, ibid. n. 180. id ipsum hactenus visum  
est conclusio ipsi, ut quae etiam haec super ea nihil defini-  
rit, nisi quod Jansenistarum systema damnaverit, ibid. n.  
182. Scientia Dei alia est simplicis intelligentiae; alia  
visionis, quibus addunt alii tertiam, quam conditiona-  
torum scientiam appellant, alio nomine mediam nuncu-  
pant, eo quod media esse ab ipsis dicitur inter duas priores;  
alia est directiva, quando scilicet dirigit operantem ad opus;  
alia efficientis, quando scilicet influunt per veram causalitatem  
in ipsum opus; alia est necessaria seu naturalis, quae versa-  
tur circa Deum ipsum et res possibles; alia libera, quae ha-  
bet pro objecto creaturas; alia speculativa, quae nihil ope-  
ratur circa objectum suum; alia practica quae scilicet opera-  
tur; alia approbationis, quae intuetur et probat quae bona  
sunt; alia improbationis quae nempe improbat, quae non  
sunt, scilicet peccata, ibid. d. 4. n. 182. item d. 5. n. 187. Haec  
scientia visionis, nec scientia media, si quo datur, sed sola  
scientia simplicis intelligentiae est causa rerum, ibid. d. 4.



96

n. 183. Solv. ob. ibid. n. 184. et seq. Quid circa licentiam meliorem  
 sentiendum sit, ibid. §. 5. n. 187. et seq. Est in Deo proprie  
 dicta voluntas, qua in eo non est per modum potentiae seu princi-  
 pii virtualis divinae volitionis, sed per modum operationis, ibid.  
c. 6. n. 190. Objectum materiale divinae voluntatis sunt  
 Deus ipse et creatura, Deus quidem primum, creatura vero  
 secundarium; formale vero sola Dei increata bonitas, ibid.  
§. 1. n. 192. Deus se ipsum primario ac necessario amat,  
 non quidem necessitate coactionis ac violentiae, sed necessitate  
 voluntaria ac naturalis inclinationis. Deus amat, et quidem  
 libere omnes creaturas sive existentes, sive aliquando futuras.  
 Deus vult mala natura aut poena, non quidem per se ac direc-  
 ta, sed per accidens, ratione alterius sibi licet; mala vero culpa  
 seu peccata voluntatis vult, neque per se neque per accidens;  
 ac nihilominus permittit, ex quibus novit bonum emergere, ibid.  
§. 2. n. 193. Deus creaturas mere possibili secundum suum  
 esse proprium et objectivum, quod habent in Deo, amat neces-  
 sario amore simplicis complacentiae, ibid. n. 194. et 195. In  
 Deo est vera et proprie dicta libertas non quidem contrarietatis  
 sed contradictionis, seu specificationis, ibid. §. 3. n. 197. Liber-  
 tas Dei consistit in actu immanente seu volitione, non quidem  
 prout terminatur ad bonitatem divinam, sed prout terminatur  
 ad creaturas, ibid. n. 199. Solv. ob. ibid. n. 200. et seq. Vo-  
 luntas Dei est simplicissimus actus ab ipso natura minime  
 distinctus: distinctio igitur ac divisio voluntatis in Deo tota  
 petenda est ex parte objectorum, ad qua illa fertur. hoc sen-  
 tu multiplex a nobis viatoribus concipitur in Deo voluntas,  
 1<sup>o</sup> Signi, qua est potius signum volitionis quam ipsa volitio,  
 et per signum aliquod exteriorius a Deo nobis declaratur; huius sunt  
 quinque species, scilicet praecipium, prohibitio, permissio,  
consilium, operatio; et benignitas, qua est qualibet Dei vo-  
 litio vera et proprie dicta: 2<sup>o</sup> Antecedens, qua est volitio,  
 quam Deus habet ex se ipso solo, et independenter a bonis et malis  
 operibus creaturae, et vulgo appellatur voluntas bonitatis et  
miseris cordiae; et consequens, qua est volitio, quam Deus ha-  
 bet non ex se solo sed data occasione vel causa ex parte creatu-  
 ra, sive dependenter a bonis vel malis operibus creaturae, et dicitur  
 voluntas iustitiae: Latius loquendo voluntas Dei antace-  
dens est qualibet volitio divina, qua non supponit usum  
 libertatis creaturae; consequens qua illum supponit. 3<sup>o</sup>  
efficax, qua Deus sic vult aliquid, ut determinatus sit ad supe-  
 randa omnia impedimenta, et ad adhibenda media, quibus re-  
 ipsa illud fiat; et inefficax, qua Deus sic vult aliquid, ut non  
 sit ad superanda omnia impedimenta. 4<sup>o</sup> absoluta, qua  
 nullam involvit conditionem ex parte objecti rei volita; et con-  
ditionata, qua includit aliquam conditionem ex parte objecti  
 et rei volita: omnis voluntas Dei efficax est absoluta, sed non om-

nis absoluta est efficax, quamvis per absolutam loquē efficaciam intelligatur, ibid. §. 4. n. 203. In his, quae solus Deus operatur et sine ullo creaturae concursu seu cooperatione, voluntas ipsius semper impletur, nec illi resisti potest. Voluntas Dei efficax, et absoluta prout efficax conjuncta, etiam circa liberas hominis actiones semper impletur, nec ipsi unquam resistitur, ibid. §. 5. n. 205.

Luo pacto autem cum huiusmodi absoluta et efficax Dei voluntate stare ac conciliari possit libertas humana actionis, varie sunt Catholicorum Doctorum sententiae, ibid. n. 206. Voluntas Dei conditionata, cuius nempe conditio à solo Deo non pendet sed à libera creata voluntatis cooperatione, non semper impletur, ibid. n. 207.

Voluntas Dei, quatenus est universalis omnium rerum causa semper hō modo impletur, ibid. n. 208.

Voluntas Dei est libera rerum causa: Scientia Dei practica est causa rerum in genere causa exemplaris; voluntas vero seu decretum in genere causa efficiens, ibid. §. 6. n. 210.

Deus verā et sincerā voluntate vult omnes omnino homines salvos fieri etiam reprobos, nullo excepto, ibid. §. 7. n. 213. Sols. ob. ibid. n. 215. et seq.

Christus Deus homo pro omnium ac singulorum hominum aeternā salute mortuus est, non solum sufficientiā pretii oblatus, ut ajunt, sed etiam sufficientiā voluntatis offerentis; ac proinde eo animo eaque intentione sanguinis sui pretium Deo Patri obtulit, ut gratias mereretur, quibus omnes possent verē aeternam consequi salutem, ibid. n. 214. Sols. ob. ibid. n. 222. et seq.

Est in Deo amor proprie dictus, atque ex parte actus divini amat omnes creaturas equaliter, inaequaliter vero ex parte boni, quod illis vult, ibid. §. 8. n. 239.

Est autem in eo circa peccatum et peccatorem odium abominationis proprie dictum, non tamen odium inimicitiae proprie dictum, ibid. n. 240.

In Deo quae nec desiderium, nec spes, nec desperatio invenitur, ibid. n. 241. Neque etiam in eo est timor, tristitia, ira, aut poenitentia, ibid. n. 242. et 243.

Nulla fatali necessitate, nulloque fortuito casu res humana reguntur et gubernantur, sed omnes, cuiusvisque sint ordinis, Dei providentia legibus subjacent, ibid. c. 7. n. 245. et 246.

Ad eam quoque pertinent peccata non quidem per se directe sed primario, sed veluti ex occasione ac supposita hominum ad peccandum inclinata voluntate, ibid. 247. Sols. ob. ibid. n. 248. et seq. §. 1. vid. Praedesti-

natio, Reprobatio, Existentia, Subsistentia, Trinitas, Persona, Operatio: |

Deuteronomium Moysis librorum postremus, in quo veluti summa colligitur omnium, quae Moyses in aliis praecedentibus libris constituerat, unde et Deuteronomium, id est, secunda lex, seu potius summa legis dicitur est, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 1. n. 401.

Diabolus. an in Diabolis sit fides Theologia, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 4. n. 89.

Diaco-natus est sacer dōdo, quo datur spiritualis potestas in servium si proximi sacerdoti sacra facienti, idque inquit Graecum illius

77

P. (m).  
pag. 89.  
an beata Dei sint  
ab intrinseco effi-  
cacia necne. Emerit.  
Theol. Emerit. 8. n.  
142. et seq.

nomen; nam Diaconus idem est Latine ac Minister, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 7. n. 113. Diaconatus materia essentialis et adaequata posita videtur in manus impositione, quam nonnulli eidem libri Evangeliorum traditionem conjungunt: forma vero oratio, quam profert Pontifex: sed qui traditionem libri Evangeliorum velut hujus ordinis materia partem adiungunt, volunt etiam verba, quae profert Pontifex, dum librum Evangeliorum porrigit ad formam pertinere, ibid. n. 114. Officia Diaconi tria sunt, scilicet, ut ad altare ministrat; ut baptizat, etiam solemniter tanquam extraordinarius Minister; ut verbum Dei praedicat, ibid. n. 115. Diaconatus est Sacer Ordo et verum Sacramentum, quo initiati sunt septem primi Diaconi Act. 6. ibid. c. 8. §. 10. n. 161. Solo. ob. ibid. n. 162. et 163. Diaconi sunt de Hierarchia Ecclesiastica, ibid. p. 2. c. 1. §. 2. n. 201.

Diaconus |: vid. Diaconatus |

Didrachma seu Didrachmum vel Drachma Hebraea, moneta apud Hebraeos usitata, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 128.

Digitus est quoddam mensurae genus decimam sextam partem pedis efficiens, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 149.

Dilatio Dei super omnia. Duplex modo Deus super omnia seu propter se diligitur, intensiva scilicet et appetitiva, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 1. n. 172. In modo Dilatio differat a Caritate et amore: |: vid. Charitas |

Dimissoriales seu Dimissoria litterae sunt ea, quibus Episcopus seu ejus Vicarius generalis Clericum sibi subditum dimittit ac liberam ipsi facultatem tribuit ab alieno Episcopo suscipiendi ordinationem. Capitulum Sede vacante non nisi anno elapso a die obitus Episcopi numerando dimissorias dare potest, nisi forte quis occasione Beneficii Ecclesiastici recepti aut recipiendi sit coartatus. Haec litterae non extinguuntur per mortem Episcopi, a quo datae sunt, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 8. §. 2. n. 49.

Dionysius Areopagita |: Sanctus: | Quis fuerit; ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 28.

Dionysius Corinthius |: Sanctus: | Quis fuerit; ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 34.

Dionysius Alexandrinus |: Sanctus: | Quis fuerit; ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 40.

Dionysius Romanus |: Sanctus: | Quis fuerit; ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 42.

Dionysius Eniquus, Quis fuerit; ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 75.

Discordia est contrarietas voluntatum, seu dissensio voluntatis unius a voluntate alterius in eis, quae quis tenetur velle ex charitate Dei vel proximi: opponitur concordia, quae consistit in voluntatum consensione, seu cordium unione; estque peccatum mortale ex genere suo, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 3. n. 361. Verum ad hoc requiritur, ut quis licenter dissentiat a voluntate alterius circa bonum Dei aut proximi, in quo consentire tenetur, ibid. n. 362.

Dispensatio in lege proprie dicta est particularis persona in judam exemptionis seu liberatio a legis obligatione, ubi legis integrum remanente, seu manentibus omnibus circumstantiis, in quibus lex viget et obli-

29 3. 6. Gall.

gato, To. 3. Tr. 2. p. 1. c. 2. §. 5. n. 42. Definitur Exemptio à lege auctoritate Superioris facta, sed non in perpetuum, ibid. p. 2. c. 1. §. 5. §. 2. n. 241. Legitimi Superiores ex causa in legibus humanis dispensare possunt, ibid. n. 242. Usus concedendi dispensationes in legibus et poenis Canoniciis per antiquum est, ibid. n. 244. Igitur potestatem ordinariam dispensandi in lege humanâ habet 1<sup>o</sup> is, qui eam tulit; 2<sup>o</sup> Successor illius; 3<sup>o</sup> Lini habet potestatem legislatori superiorem circa eandem subditos, ibid. n. 244. Inferior tamen non habet potestatem dispensandi in lege Superioris, nisi ea ejus concessione, ibid. n. 245. Prelati, qui habent potestatem dispensandi in legibus, in votis et juramentis, possunt etiam licum dispensare saltem indirectè, committendo sibi et alteri potestatem dispensandi licum, ibid. n. 246. Superioribus tunc potestatis tunc Eclesiasticis non licet sine causâ à lege dispensare; illiusque est usus dispensationis, quam sine causâ fuisse concessâ aperte constat: igitur uterque peccat et dispensans et dispensatus contra charitatem, et bonum commune: qui tamen tali dispensatione utitur, non incurrit censuras et poenas lege humanâ impositas, ibid. n. 247. Dispensatio illicita est valida, si data fuerit à legislatore, vel ab ejus Successore, vel ab ejus Superiore, ibid. n. 248. Invalida est dispensatio sine justâ causâ ab inferiore et Delegato data, ibid. n. 249. Dispensatio ex parte petentis tunc invalida est et nulla, si sit subreptitia vel obreptitia; subreptitia ea est, qua obtinetur per reticentiam veritatis exprimentis, seu eorum, que exponi debent in petitione juxta jus et stylum; obreptitia est ea, qua obtinetur per expressionem falsitatis, qua cognita non fuisset data dispensatio; hæc aliquando etiam vocatur subreptitia, et utroque loquè in jure confunditur, cõquod utraque nullas vires habeat, ibid. n. 250.

Dispensatio in voto est absoluta condonatio rei Deo promissa facta nomine et vice Dei à Superiore tanquam ejus Vicario, To. 3. Tr. 4. c. 3. §. 7. n. 154. Ad hoc ut sit licita necesse est, ut fiat ex justâ causâ, ibid. Potestas ordinaria dispensandi in votis competit solum Prelatis habentibus jurisdictionem in foro externo; Papa erga omnes fideles in omnibus votis; Episcopis erga suos subditos in votis Papa non reservatis; item habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, et eorum quoad hanc potestatem Delegatis, ibid. n. 156. Quidam Theologi timentur Summum Pontificem non posse dispensare circa votum Solemnis castitatis; sed contraria sententia est probabilior, ibid. n. 158. | vid. Votum:

Dispensatio in juramento | Vid. Juramentum:  
Distinctio generatim dicitur negatio identitatis; unde ea distinguuntur, que non sunt idem. Duplex est realis, qua nemine cogitante existit; et rationalis, qua per mentem inventa ex cogitatur inter res aliquas intercedere, qua re verâ et

nemine cogitante, seu, ut Schola loquitur, à parte rei sunt idem.  
Realis triplex est, scilicet realis major, qua est inter ea, quae  
 vel à se invicem separantur, vel separari possunt, vel relative op-  
 ponuntur, ut Pater et Filius; Realis minor seu modalis est inter  
 ea, quorum unum potest esse sine alio, sed non vice versa; et rea-  
 lis formalis seu Scotistica est inter ea, quae tametsi unum et ean-  
 dem habeant existentiam, distinctas nihilominus habent ex sua  
 natura rationes, seu objectivas formalitates. Distinctio ra-  
 tionis duplex est, una rationis, ut vocant, rationantis, quae  
 fit per mentem sine ulla in re fundamentò; et rationis ratio-  
 cinata, quae etiam fit per mentem sed cum aliquo in re funda-  
 mentò, atque extra intellectum seu mentem positò; haec, quae,  
 quatenus est in mente, rationis ratiocinata appellatur, cum in  
 ipsa re spectatur, virtualis nominatur; sumi etiam potest vel  
 adaequate scilicet ut realis et mentalis simul, realis quidem  
 secundum fundamentum, mentalis vero secundum actum;  
 efficit quidem, ut etiam ex parte objecti unum ab alio pra-  
 seindatur seu sine eo concipiatur, sed non ut unum excludat  
 aliud; hinc quae inter se ratione ratiocinata distinguuntur,  
 se se invicem includunt implicite et confusa, quamvis explicitè  
 et distinctè se se non includant, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 2. n. 27. |: Vid.  
 Deus: |

Divinatio sic dicta videtur, quod sit quasi quadam divinitatis simulatio;  
 defini potest Inquisitio cognitionis rerum occultarum quae Dae-  
 monis expressè vel tacite invocati, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. Sect. 1. §. 2. n. 410.  
 In parte parti est duplex, una, quae fit cum expressa Dae-  
 monis invocatione seu pactione cum eo; altera, quae fit cum tacite et impli-  
 cita ejus invocatione, ibid. n. 411. In parte media est multi-  
 plex, seu variis modis et mediis perficitur; ut per prestigium,  
 neomantiam, chiromantiam, aruspicium, augurium,  
 astrologiam judicariam, sortem divinatoriam, item per eam,  
 quae fit per somnia vel signa in aëre, aqua, igne, corporibus ter-  
 restribus apparentia, ibid. n. 412. |: De his vid. his artibus: |  
 In communi haec omnia morali specie inter se non differunt.  
 Sane divinationem esse gravissimum peccatum fatentur omnes,  
 ibid. n. 413.

Divortium |: vid. Matrimonium: |

Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumvenien-  
 dum fallendum, decipiendum alterum adhibita; Dolus potest  
 esse circa substantiam rei alicujus, vel accidens illius, To. 3. Tr. 5.  
 c. 2. Sect. 2. §. 3. n. 206. alius est antecedens, alius concomitans, ibid.  
 n. 209. |: vid. fallacia: |

Dominium generatim defini potest Jus gubernandi vel disponendi  
 de re aliqua tanquam sua. Duplex est, jurisdictionis scilicet,  
 et proprietas; prius est potestas gubernandi subditos in illorum  
 commodum precipiendo, prohibendo, judicando, puniendo, p.  
 quod quoque duplex est, nempe politium seu saulare, quod est  
 potestas gubernandi subditos in rebus temporalibus, qualis est in  
 Regibus et Principibus; et Ecclesiasticum, quod est potestas gu-

tentandi subditos in ordine ad bonum spirituale, qualis est in Pa-  
 pi, Episcopis, &c. Dominium proprietatis est jus disponendi  
de re aliqua tanquam sua, seu suo nomine, arbitrato, et aucto-  
ritate, nisi lex vel pactum obstat, To. 3. Tr. 5. c. 2. sect. 1. n. 50.  
 Dividitur 1<sup>o</sup> in altum et humile, istud est jus, quod quisque  
 privatus habet disponendi de suis bonis in proprium commodum,  
Dominium altum ibid dicitur, quod juribus et dominis parti-  
 cularium seu privatorum praedominatur, atque illis derogat,  
 quatenus non obstantia jure, quod habent particulares in ha bo-  
 na, potest ille, qui communitati seu Republica praest, priva-  
 torum bonis et fortunis uti, prout postulat Republica utilitas,  
ibid. n. 51. et c. 1. §. 3. n. 40. in not. marg. Dividitur 2<sup>o</sup> in  
plenum seu perfectum, quod est jus disponendi de re et fructibus  
 ejus tanquam suis, et non plenum, quod est jus disponendi vel  
 de sola re, vel de solis ejus emolumentis; unde subdividitur  
 in directum, quo quis habet solam proprietatem rei sine jure  
 percipiendi ejus fructus; et in utile, quod est jus disponendi  
 de fructibus et emolumentis rei, non autem de ipsa re, ibid.  
c. 2. sect. 1. n. 52. Ad acquirendum dominium rei, quae nulli  
 us est, sufficit sola rei apprehensio facta animo illam faciendi  
 suam, ibid. n. 53. Ad acquirendum dominium rei, quae  
 habet dominum, jure naturae sufficit mutuus consensus signis ex-  
 ternis expressis: Jure positivo autem duo ordinariè requirun-  
 tur, scilicet titulus et traditio. ibid. n. 54. Titulus autem  
 est fundamentum et radix domini, sive ratio et causa, prop-  
 ter quam dominium alicui competit, ut venditio; per eum  
 tamen non habetur dominium aut jus in re, sed solum jus ad  
 rem, nisi accedat traditio, quae est veluti conditio à jure requi-  
 sita, ut rei tituli acquiratur dominium. Traditio autem  
 duplex est realis, quae res ipsa datur in manus, et facta seu  
civilis, quae fit per instrumentum, ut per traditionem clavi-  
 um, aut similem aliam actionem lege vel consuetudine in-  
 stitutam, ibid. n. 55. Licet haec duo ordinariè ad acqui-  
 rendum dominium rei alicujus semper requirantur tamen lex  
 in sequentibus casibus ad illud traditionem non requirit: 1<sup>o</sup> in  
 hereditate, cujus dominium sola illius hereditatis nempè, ac-  
 ceptione acquiratur; 2<sup>o</sup> in Legato, cujus dominium acqui-  
 ritur, ubi primum haeres hereditatem adiit; 3<sup>o</sup> in Benefi-  
 cii, in quibus jus in re per solam collationem acquiratur;  
 4<sup>o</sup> ex titulo donationis, venditionis, aliorum simili acquiratur  
 dominium civitatibus, Ecclesiis, aliisque similibus piis locis,  
 ob speciale privilegium, ibid. n. 56. Justa et conveni-  
ens est rerum et dominiorum divisio, ibid. n. 58. et 59. ipsa  
 facta est partim  
 jure gentium, partim jure naturali, partim jure civili et  
 politico, ibid. n. 61. Homo in statu innocentiae omnium  
 rerum subalternarium dominium habuit, ibid. §. 1. n. 62. Ho-  
 mo potest esse obiectum domini, seu potest esse servus et  
 mancipium alterius hominis; adeoque homo alterius homi-

nis Dominus esse potest, licetque homini hominem servum facere  
 aut habere, ibid. n. 63. Sols. ob. ibid. n. 70. et seq. Vid. Servus.  
 Homo nec vita sua nec membrorum corporis sui est Dominus,  
 bene autem fama sua, ibid. n. 68. hoc tamen hominis in famam  
 suam dominium aliquando ligatum est, cum namque vergit in alte-  
 rius nocumentum, ibid. n. 69. Sols. ob. ibid. n. 76. et seq.  
 Subjectum domini est omne ibid., cui competit habere dominium:  
 Deo simpliciter ac supremum omnium rerum dominium titulo crea-  
 tionis et conservationis competere certum est: homini etiam  
 post Deum hic in terris convenit rerum dominium, prout hu-  
 pra dictum est, ibid. §. 2. n. 79. Hæreticos et Infideles  
 sunt capaces domini, ibid. n. 81. et 82. Pauperes et amentes sunt  
 etiam capaces domini, ibid. n. 83. filii familias seu nondum  
 emancipati habent in certa quædam bona dominium, aliqua-  
 do plenum, aliquando non plenum, aliquando autem solam co-  
 muni administrationem; scilicet in bona castrensia aut quasi  
 castrensia plenum et perfectum, in bona adventitia proprie-  
 tatem solam non usufructum, in profectitia vero nec usufruc-  
 tum nec proprietatem sed solam administrationem, ibid. n. 84.  
 Igitur filius familias de bonis castrensibus et quasi castrensi-  
 bus potest pro vitâ disponere; pater vero, siquis ex eis subtra-  
 hit, tenetur ad restitutionem, ibid. n. 87. De bonis adventitiis  
 filius seorsus patris consensu non potest disponere, quia pater eo-  
 rum habet usufructum, nisi illum filio remittat, aut hac lege  
 filio familias relicta sint, ut usus fructus patri non acquiratur,  
 vel si pater cum filio succedat alteri filio in bonis adventitiis, vel  
 quando pater voluit apertim filio adventiti hereditatem, item  
 quando pater in castas nuptias contrahit, si factus fuerit Judæus  
 vel hæreticus, denique si usufructus alicujus rei filio relictus fue-  
 rit, ibid. n. 88. et 89. Filius, qui pro cæteris fratribus patri  
 inseruit, potest sibi retinere aliquid instar salarii, si sit emanci-  
 patus, vel si tacite aut expresse per protestatur se velle salari-  
 um, nec teneatur patrem alere; tunc enim bona, que ex ejus  
 labore proveniunt dei possunt adventitia, ibid. n. 90. Filius,  
 qui bona patris usurpat et furatur in notabili quantitate, pec-  
 cat mortaliter, ibid. n. 91. Uxor jure communis habet proprie-  
 tatem et administrationem bonorum paraphernalium; in dotem  
 vero proprietatem hu dominium directum duntaxat, maritus  
 autem administrationem et usufructum, ibid. n. 92. Uxor  
 peccat contra justitiam et est furti rea, si aliquid subripit ex bo-  
 nis communibus sive etiam ex dote, invito aut invito marito; quia  
 etsi dotis proprietatem habeat, facit tamen contra hunc ma-  
 ritum, ad quem administratio et usufructus pertinet; si ca-  
 dem bona consumat in ludis, ornamentis superfluis et viciis  
 partitionis, marito non consentiente, nisi quia aliter non posset  
 obtinere pacem in familia, ibid. n. 94. Sæpe tamen à  
 furtis excusatur uxor, que invito marito disponit de bonis  
 communibus, si capit ut faciat eleemosynam et dona-

tiones communes; ad vitandum damnum mariti; si maritus sit amens, prodigus, absens nemini relicta familia administratione; si capiat, ut pauperibus parentibus aut filiis ex alio matrimonio natis, tenetur tamen ea, quae sic dedit, in suam partem referre, cum ad partitionem cum heredibus mariti venitur, ibid. n. 95. Servi seu mancipia, etiam in propria am ritam et membra dominium non habent, sunt tamen dominii alienius capaces, ibid. n. 96. |: vid. Servus, occupatio, Res inventa. |

Religiosi Ordinis Fratrum Minorum videntur res, quae unius etiam esse possunt, ut panis, vestes, p. non habere dominium, sed nudum usum, ibid. Sect. 2. §. 3. n. 180.

Donatio est liberalis rei alienius alteri collatio. ut valeat debet esse deliberata, spontanea, et acceptata, prout de promissione dicitur, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 12. n. 440. Dividitur in donationem inter vivos, et donationem mortis causa: prior est ea, quae quis donat cum intentione, ut res, se adhuc vivo, sit donatarii; de se est irrevocabilis nisi in casibus mox recensendis; altera est, quae quis sic donat, ut nolit rem nisi post mortem suam esse donatarii; essentialiter est revocabilis; ibid. n. 441. Ad donationis sic definita et divisa validitatem quatuor requiruntur conditiones, quae si non adsint, caduca et nulla est donatio, quarum prima se tenet ex parte donantis, videlicet cujus neesse est, ut donator sit ad donandum habilis, sicut talis, cui contrahere licitum est |: de quo vid. Contractus. | hinc non possunt valide donare ii omnes, qui non possunt contrahere, qui a natura sunt utri simul et hodi, ita ut nec scriptura nec voce voluntatem suam certo exprimere valeant; religiosi professi; qui praesunt communitatibus, tutores et curatores de bonis communitatis, pupillorum et minorum, nisi elemosynas et donationes relictivas moderatas; maritus ex bonis communibus sine legitima causa; conjuges sibi invicem saltem irrevocabiter. Donatio patris facta filio nondum emancipato est tantum revocabilis, nisi non revocata confirmatur morte patris, vel etiam emancipatione filii, si res est tradita: valet autem donatio matris in filium, quia filius non est in potestate matris civili sicut et in ordine ad effectus civiles. poro in his omnibus et similibus, ubi agitur de dispositione bonorum, spectanda sunt et servanda leges et consuetudines speciales locorum rationi consentanea, quae saepe a jure communi Casarum divergant, ibid. n. 442. Secunda conditio se tenet ex parte donatarii, ut sicut donatarius recipere non prohibeatur: hinc donatarii esse non possunt illi, qui certam in alios habent auctoritatem, ibid. n. 443. Tertia se tenet ex parte rei quae datur, ut sicut dari permittatur hinc non valet donatio in fraudem creditorum facta; donatio cuiusdam quingentos solidos seu florenos, nisi sit ad pias causas; donatio omnium bonorum tam futurorum quam praesentium inter vivos, ibid. n. 444. Quarta conditio se tenet ex parte formalitatum; taxes numerari solent, 1<sup>a</sup> acceptatio, cujus neccitas locum habet in donationibus, quae fiunt Eulexia et Minoribus, qui



valide non acceptant sine curatorum consensu; 2<sup>a</sup>. transitis vel realis, quæ donator rei dominium directum et utile in donatarium actu et absolute transfert, vel ficta, quæ sibi et donator ita rei proprietatem transfert in donatarium, ut ejus usufructum sibi retineat; 3<sup>a</sup>. infirmatio, quæ nempe donationes in acta publica referuntur: eæ non indigent ad pias causas, neque donatio summa pecuniaria de manu ad manum facta, ibid. n. 445.

Donatio inter vivos revocatur ob quatuor causas; 1<sup>o</sup>. ob ingratitudeinem donatarii; 2<sup>o</sup>. ob prolam postea susceptam à donatore; 3<sup>o</sup>. si sit inofficiosa, hoc est, facta contra officium pietatis debita liberis vel parentibus; 4<sup>o</sup>. si quid donatum sit ob causam non legitima causam, ibid. n. 446.

Donatio facta mortis causa in tribus casibus revocari potest; 1<sup>o</sup>. si donatorem illius poeniteat; 2<sup>o</sup>. si ante donatorem moriatur donatarius, nisi donator promississet se eam non revocaturum; 3<sup>o</sup>. si donator dederit intuitu instantis periculi mortis, censetur tamen revocata donatio sublato periculo, ibid. n. 447. [vid. Voluntates ultima:]

Dolus vel error circa causam finalem donationis eam irritat, ibid. n. 448. Hinc tenentur ad restitutionem 1<sup>o</sup>. qui fingit se habere aliquam conditionem seu qualitatem, quæ requiritur, ut quis gratis admittatur in aliquod collegium vel hospitale, vel ut accipiat aliquid legatum; item qui fingit se pauperem, ut gratis recipiatur in seminarium fundatum pro pauperibus alendis: 2<sup>o</sup>. qui accipit aliquid ob causam fictam: 3<sup>o</sup>. qui se fingit pauperem, tenetur accepta elemosina titulo restituere vel donatori vel pauperibus: sed si error sit solum circa causam impulsivam, quæ nempe solum movet ad faciendum vel dandum promptius et facilius, ibid. n. 449.

Drachma, moneta Attica seu Atheniensis, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 3. n. 127.  
Dubitatio temeraria est suspensio animi assensus inter et dispensum sine sufficienti fundamento, To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 2. c. 3. n. 761. [vid. Suspensio:]

Dubium est suspensio iudicii sine assensus et dispensum, To. 2. Tr. 1. c. 4. p. 3. n. 214. Dubium generali divisione dividitur in negativum et positivum: prius est suspensio mentis in utramque partem contradictionis pro neutra parte habentis motiva seu rationes assensus vel dispensum; et dubium istud potius resistentia seu ignorantia dicendum est, quam dubium: positivum est mentis suspensio inter utramque partem paria pro utraque parte habentis motiva seu rationes. Dividitur 2<sup>o</sup>. in speculativum et practicum: prius est, quo dubitatur in genere, num aliquid licitum sit et illicitum: practicum est, quo dubitatur, an actus aliquis in particulari hic et nunc cum omnibus suis circumstantiis sit licitus necne. Dividitur 3<sup>o</sup>. in dubium juris et dubium facti: prius est, quo quis dubitat de lege, præcepto, et quorumque obligationem parientis, vel de aliquo ad obligationem prærequisito quæ tali, v. g. de legitima potestate ad obligandum, &c. Dubium facti est, quo quis certus quidem est de lege, sed dubitat, an eam impleverit. Idem dubium sub diverso respectu potest esse dubi-

um facti et juris, ibid. |; vid. Consuetudina |

Duelum seu homicidium ex conditio, quod Graeci Monomachiam vocant, est duorum vel paucorum certamen in certo loco et tempore designato cum vita et mutilationis periculo ex mutuo consensu et auctoritate privata initum, To. 3. Append. ad Tract. 5. p. 2. c. 2. §. 3. n. 890 830. Duelum sic definitum et privata auctoritate initum semper est peccatum mortale; unde illud nec offerre licitum est, nec oblatum acceptare, ibid. n. 891. et 892. Nec probatur, quod quidam Theologi ajunt, scilicet licitum esse ei, qui ad Duelum provocatur, ne ignavia notam incurret, dicere provocanti, se quidem Duelum non acceptare, sed paratum esse se defendere, si quis eum invaserit; haec enim verba indirectam duelli acceptationem complecti videntur, ibid. n. 893. Duelantium poena praecipue sunt haec duae: Excommunicatio |; quam etiam incurrunt eorum patrini; hereses; et, ex composito saltem, Dueli spectatores; Similes et Domini temporales, qui in his terris locum aliquem ad ejusmodi pugnam concesserint, p. |; et privatis Ecclesiasticis sepultura eorum, qui in tali conflictu despererint, ibid. n. 894. |; vid. Homicidium |

Gula |; vid. Adoratio |

E.

Ebrietas est excessus in potu usque ad violentam privationem rationis, ejusque potestatis proxima. Est peccatum mortale, To. 3. Tr. 5. p. 3. c. 1. §. 3. n. 271. Sive sit excessus vini voluptatis gratia, sive ex alia ratione, ibid. n. 272. Ut sit mortalis, sufficit, quod sit voluntaria indirecte vel interpretative, ibid. n. 273. ita est peccatum mortale respectu omnium, ut tamen gravius sit in quibusdam personis, scilicet 1<sup>o</sup> in mulieribus ob turpitudinis et lemmia periculum tum in se tum in aliis; 2<sup>o</sup> in iis, qui ex officio reverentiam debent aliis; 3<sup>o</sup> in Clericis, praesertim sacro Ordine insignitis, et maxime Curatis, ac parochis in Religionis, ibid. n. 274. Ebrietas autem perfecta cognoscitur 1<sup>o</sup> quando quis non novit discernere inter licitum et illicitum, vel non potest oblati officio caequi; 2<sup>o</sup> quando quis postmodum non invenit, quid licitum fuerit, egerit, quomodo Dominum rediret, p. 3<sup>o</sup> si ea fecit, quae integra mente nunquam oblati forent, ibid. n. 275. Mala et peccata in ebrietate commissa, si praevisa fuerint ut verisimiliter secutura, vel praevidei potuerint imputantur ad culpariam; imo peccata, quae secutura probabiliter novit ebrius, vel praevidei potuit, ei coram Deo imputantur, etiam si postmodum rei ipsa non sequantur, ibid. n. 276. |; vid. Gula |

Ecclesia si nominis etymon consideretur, idem est ac evocatio seu convocatio, To. 1. Tr. 3. proleg. n. 1. Ubi Ecclesiasticus significat Sidelium Societatem seu congregationem, quae triplex est; scilicet Ecclesia comprehensivum, seu triumphantem; Viatorum, seu militans; et purgans seu patiens, ibid. n. 2. Ecclesia militans spectatur ut vivum corpus aliquod mysticum,

105c

ibid. n. 3. tanta est analogia inter corpus Ecclesiae mysticum et naturale corpus humanum, ut illius essentia et proprietates ex isto facile intelligi possint, ibid. n. 4. et seq. Von Ecclesia sumitur etiam pro loco, in quo fideles congregantur, ibid. c. i. §. i. n. 8. proprie tamen significat societatem seu coetum vocatorum, ibid. n. 9. Hoc sensu pluribus modis sumitur, ibid. n. 10. et definitur Coetus hominum unius et eisdem fidei Christiana professione et eorundem Sacramentorum communione conjunctus sub regimine legitimorum Pastorum, ac praecipue Romani Pontificis, ibid. n. 11. legitima est haec definitio, ibid. n. 12. et seq. canque tradiderunt SS: Patres, ibid. n. 15. et seq. nec eadem officium ea, qua adversus eam obijciuntur, ibid. n. 21. et seq. Quatuor Ecclesia causa ab Apostolo designantur Ephes. 5. v. 25. 26. et 27. Efficiens scilicet, materialis, formalis, et finalis, ibid. §. 2. n. 26. Solus Deus est causa efficiens seu auctor Ecclesiae potestate independentia et summa auctoritatis, et solus Christus potestate excellentia et ministerii principalis; homines vero ad ipsius foundationem concurrunt in genere causa ministerialis inferioris, ibid. n. 27. et seq. Sacramenta quoque ad aedificationem et formationem corporis Ecclesiae in genere cause efficientis et instrumentalis concurrunt, ibid. n. 31. Origo et antiquitas Ecclesiae tribus modis considerari potest, scilicet secundum latitudinem, minus latam, et strictam significationem, ibid. n. 32. Ecclesia minus late sumpta, prout nempe dicit multitudinem omnium fidelium tam Veteris quam Novi Testamenti, floruit jam ante Christi natalem tempore legis naturae et scriptae, ibid. n. 34. et seq. Solus ob. ibid. n. 37. et seq. Vera Christi Ecclesia certis notis insignita esse debet, quibus ab aliis hominum societatibus, qua vel ipsam mentiuntur, vel quandam cum illa similitudinem habere videntur ibid. c. 2. n. 51. Quas tantum Ecclesia Christi notas asignant Aetholici, scilicet veram videlicet verbi Dei predicationem seu doctrina veritatem, et, qui ex ea consequitur, legitimum Sacramentorum usum, ibid. n. 52. et seq. Negant Catholici eas esse veras Ecclesiae Christi notas, ibid. n. 56. et seq. refutantur Aetholicorum argumenta, ibid. n. 59. et seq. Ecclesia et Scriptura sacra mutuam sibi communicant auctorem, Ecclesia Scriptura sacra veritatem probat, Scriptura sacra Ecclesiae infallibilem auctoritatem, quamquam in dispari probationis gradu, ibid. n. 63. Quatuor generatim possunt assignari verae Ecclesiae Christi nota in Symbolo Niceno expressa, scilicet quod sit Una, Sancta, Catholica, et Apostolica, quibus haec tres adduntur illis quatuor jam comprehensa, nimirum quod sit Romana, Visibilis, et Indefectibilis, ibid. n. 75. Brevis unitas Corporis Ecclesiae consistit in unione membrorum cum capite et inter se, ibid. §. i. n. 76. Unitatem Ecclesiae demonstrant nomina, figurae, et parabola, quibus eam adumbrant S. Scripturae, ibid. n. 77. Unitatem hanc Ecclesia disertè declarat Apostolus, 1. Cor. 12. v. 12. ibid. n. 78. item constans et perpetua SS: Patrum traditio, ibid.

Secernatur,

Prim. (n)  
pag. 97

n. 79. Catholicii admittunt Ecclesiam Christi esse et dici de-  
 bere unam; quomodo id explerent, ibid. n. 80. Vera Christi  
 Ecclesia ita est una, ut includat quasvisque alias Haeticorum  
 Societates, quarum fides est diversa et erronea etiam in articu-  
 lis, quos Catholicii non fundamentales nunciant, ibid. n. 81.  
 atq. Quid Novatores intelligant per articulos fundamenta-  
 les et non fundamentales, ibid. n. 80. quomodo et quo sensu  
 Catholicii dicant abiquos Christianae Religionis articulos pro  
 aliis esse fundamentales, ibid. n. 85. Ecclesia Catholicorum  
 illam habet unitatem, qua nota est ac character verae  
 Christi Ecclesiae; non autem Ecclesiae Protestantium seu No-  
 vatorum, ibid. n. 86. et seq. Solv. ob. ibid. n. 93. et seq.

Ecclesia Catholicorum est sancta eâ sanctitate, qua vera Christi  
 Ecclesia propria est et singularis, non vero Ecclesia seu potius  
 Societas Protestantium: habet enim Ecclesia Catholicorum  
 sanctitatem doctrinae et professionis; sanctitatem eorum, qui  
 primum eam fundaverunt; gloriam miraculorum, quibus  
 Ecclesia hae veritatem et sanctitatem Deus confirmavit:  
 in his tribus quippe posita est praesertim sanctitas, qua vera  
 Christi Ecclesia propria est ac singularis. Hae tria autem  
 in Societate Protestantium non inveniuntur, ibid. n. 109. et seq.  
 Solv. ob. ibid. n. 110. et seq. Ecclesiam Christi vere esse

Catholicam apud omnes, qui Christiano nomine utuntur, in  
 confesso est, idque probat S. Augustinus lib. de unit. Eccles. c. 8.  
 et seq. ibid. n. 129. Ecclesia Romana est Catholica, non au-  
 tem Societas Protestantium seu Novatorum, ibid. n. 131. et 132.

Solv. ob. ibid. n. 133. et seq. Est Apostolica, non vero Novato-  
 rum Societates, ibid. S. 4. n. 143. et seq. Solv. ob. ibid. n. 152. et seq.  
 In vera Christi Ecclesia duo praecipue distinguenda veniunt,  
 doctrinae fidei scilicet, et morum disciplina, ibid. S. 5. n. 160.

Vera et Catholica Christi Ecclesia est ac dici debet Romana,  
ibid. n. 161. et seq. Solv. ob. ibid. n. 166. et seq. Est visibilis et  
 natura sua, adeo ut oculis omnium semper conspicua fuerit,  
ibid. S. 5. n. 171. Visibilitas vera Christi Ecclesiae propria et

singularis convenit Societati Catholicorum non vero Protes-  
 tantium, ibid. n. 174. Ecclesia Christi visibilis nun-  
 quam deficit, nec unquam deficiet, ibid. S. 7. n. 186. et seq.  
 Solv. ob. ibid. n. 189. et seq. An Ecclesia Catholica bene

distinguitur in dispersam et coadunatam, ibid. c. 3. n. 193.  
 Ecclesia est Index infallibilis germani ac gemini S. Scripturae  
 sensus, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 3. n. 79. et seq. q. 1. Vid. Concilium, Regi-

men Ecclesiae, Praedestinati, Iusti, Haereticii, Schisma-  
tici, Excommunicati, Infidelos, Catechumeni:  
 Ecclesia seu Templum, in quo divina mysteria celebrantur.  
 |: Vid. Missa:|

Ecclesiastes seu Liber Ecclesiasticus. Ecclesiastes vox graeca la-  
 tine significat Coniuratorum, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 3.  
n. 410. Quid liber hoc nomine inscriptus contineat, ibid. n. 411.  
 quis, et cum scripserit, ibid. n. 412. et seq. Canonicus et divinus  
 ab omnibus reputatur, ibid. n. 416. Solv. ob. ibid. n. 417.

Ecclesiasticus seu Liber Ecclesiasticus; quid contineat, To. 1. Tr. 1. p. 2.

q Ecclesia est infallibilis  
 in definiendis fidei et  
 morum controversiis et  
 questionibus, etiam  
 in questionibus facti  
 dogmatici. ib. Tract.  
3. c. 3. S. 2. n. 232.  
 item Enchir. Theol.  
Operit. 15. n. 264. et  
Seq.

106

lect. i. c. 3. n. 437. quis illius auctor et Interpres, ibid. n. 438. 439. et 441. quando scriptus fuerit, ibid. n. 440. inter sacros et Canonicos libros merito ab Ecclesia recensetur, ibid. n. 442. et seq. Solv. ob. 16. n. 445. et seq.

Editio. Editiones S. Scripturae sunt penè immensae, To. i. Tr. i. p. i. c. 7. n. 94. Quinam S. Scripturae Veteris libri Hebraici, quinam Chaldaici ab auctoribus suis fuerint exarati et editi, quinam Graeci, ibid. n. 95. Novum Testamentum ab ipsis Apostolis Graeci scriptum fuit proter Matthaei Evangelium, quod Hebraico seu Syriaco sermone ab ipso conscriptum fuisse traditur, ibid. n. 107. De Marci Evangelio, quod idiomata primum scriptum fuerit, non satis liquet; alii enim Graeco, alii Latino sermone exaratum volunt, ibid. n. 108.

Electio est designatio personae capax ad Beneficium vel Beneficium vacans facta per Suffragia, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. i. n. 239. Triplici modo fieri potest, vel per Continuum, vel per Communiſſum, vel per Inspirationem, ibid. n. 240. ut electio valeat, requiritur; 1º ut omnes eligentes sint saltem Subdiaconi, si agatur de electione virorum; 2º ut omnes, quilibet gendi jus habent, voventur, et qui legitime absens est, nec electioni valet interesse potest per procuratorem unum de Capitulo rotum seu Suffragium deſignare; 3º ut eligatur is, in quem omnes vel major vel sanior pars Capituli consensit: hodie pars major semper hypponitur esse sanior. In Monasteriis ea Abbatum vel Superiorum electio Canonica censetur, quae Suffragiorum mediant partem superat: in Cathedralibus vero et Collegiatis, quae duos Suffragiorum tertias habet, ibid. n. 241. Electio, nisi grave obſtet impedimentum, intra trimestre fieri debet, si de Beneficium ſancti aut regulari agitur; si de alio minori Beneficio inter sex menses à die vacationis moraliter nota; alioquin jus conferendi pro hac vice devolvitur ad immediatum Superiorem loci illius, in quo situm est Beneficium: devolvitur etiam jus istud ad Superiorem si electus electionis tempore qualitates ad Beneficium requisitas non habeat: item si eligatur indignus, ibid. n. 242. Electores electionem electo statim significare debent, huius vero intra tempus à jure statutum consensum dare tenentur, et post sex menses confirmationem Superioris petere, ibid. n. 243. | Vid. Ordo:

Eleemosyna est sublevatio alienae miseriae propter Deum, hoc est auxilium proximo indigenti datum ex compassione propter Deum. Est opus misericordiae à charitate imperatum, To. 3. Tr. 5. p. 3. c. 4. §. 4. n. 256. In quatuordecim sunt illius species, ibid. n. 257. cadit sub charitatis proximo debita praeceptum divinum tum naturale tum positivum obligans sub mortali, ibid. n. 258. hoc praeceptum extenditur ad qualibet opera misericordiae et subsidia spiritualia ac corporalia, quibus proximus indiget, ibid. n. 261. Unde quilibet in extrema proximi necessitate tenetur sub mortali ei subvenire non solum de superfluis statui, sed etiam de necessariis ad status decentiam, ibid. n. 262. et seq. Tanta danda est eleemosyna, quanta sufficit ad levandam proximi necessitatem, ibid. n. 266. Quaedam observanda circa

109

restationem elemosyna, ibid. n. 267. Illi tantum possunt ac  
 debent elemosynam facere, quibus aut dominium rei erogan-  
 da, aut illius administratio libera competit, ibid. n. 268. et seq.  
 pauperibus omnibus elemosyna erogari debet, ibid. n. 275.  
 elemosynam varia conditiones comitari debent, sex enumeran-  
 tur, ibid. n. 276. et seq. quoniam fructus pariat elemosyna,  
 quatuor enumerantur, ibid. n. 282. et seq.

Quicum Regni Juda moderator, To. i. To. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 249.  
Eligandus Episcopus Toletanus et Gelia Episcopus Urogelitanus Hispani  
 docuerunt sub finem saeculi 8<sup>mi</sup> Christum, saltem ratione humani-  
 tatis dici debere et esse filium Dei adoptivum et leuonum; hic error  
 damnatus fuit ab Eulogia sub Adriano Papa in Synodo Floroju-  
 liensi an. 791. Ratisbonensi an. 792. et Francofordiensi an. 794. To. 2.  
To. 3. c. 6. §. 5. n. 331.

Emanipatio. filius emanipatur, cum paterna potestate subduitur, at-  
 que desinit esse filius-familias; unde quandiu paterna potesta-  
 ti subest, non emanipatus, et filius-familias vocatur.  
 duobus modis fit emanipatio 1<sup>o</sup> expresse, cum coram iudice postu-  
 lat pater, et filius extra paternam potestatem ponatur, huiusque  
 iurum Dominus constituitur; 2<sup>o</sup> tacite, cum fit vel ratione digni-  
 tatis a filio adopta, vel propter lapsum aetatis scilicet 25. annorum,  
 vel propter matrimonium, To. 3. To. 5. c. 2. Sect. i. §. 2. n. 85.  
 littera emanipationis ab aetate 14<sup>ta</sup> completo obtineri possunt,  
 quamvis communiter non obtineantur nisi ab iis, qui annum aetatis  
 18<sup>um</sup> attigerunt, ibid. Sect. 2. §. 2. n. 197.

Emphyteusis vox graeca latine idem significat ac infero vel consero;  
 quia emphyteusis est contractus, qui inventus est, ut agri steriles et  
 multi melioventur, quod fit serendo, plantando, &c. usus tamen de-  
 terminat, ut etiam fecunda terra in emphyteusim datur. Defini-  
 tur contractus, quo res aliqua immobilis possidenda et fruenda  
 sub certa et annua pensione traditur. Qui rem ipsam accipit,  
 dicitur Emphyteuta; id, quod traditur, vocatur res emphyteu-  
tica; et pensio, qua soluitur, Canon, cuius remissio peti nequit, ni-  
 si re tota pereuerit, To. 3. To. 5. c. 2. Sect. 2. §. 2. n. 182. Ab usufruc-  
 tu differt emphyteuta 1<sup>o</sup> quia emphyteuta potest transfere jus suum  
 in alium, non vero usufructuarius; 2<sup>o</sup> usufructus est in rebus  
 mobilibus, non emphyteusis; 3<sup>o</sup> ob emphyteusim debetur pensio,  
 non ob usufructum; 4<sup>o</sup> usufructus morte usufructuarii finitur,  
 non semper emphyteusis; potest enim dari in perpetuum, vel ad  
 plures generationes, ibid. n. 183. Emphyteuta potest expelli,  
 si pro ecclesiastica emphyteusi per biennium, pro seculari per tri-  
 tum triennium pensionem non soluerit: sed haec expulsiō per-  
 tinet ad iudicem, partibus vocatis, decem debet: expulsiō emphyteuta  
 vero impensas, quas in meliorando fundo fecit, repetere non potest;  
 debet tamen iudex, habita meliorationum ratione, congruam  
 dilationem emphyteuta concedere, ut vel solvere, vel emphy-  
 teusiam suam alii vendere possit, quod sine consensu Domini face-  
 re non potest, ibid. n. 184.

Empta [vid. Venditio]

Emptor Praecipue emptoris obligationes sunt, ut pretium integrum

Solvat tempore constituto; ut restituat, quando minoris rem emit; ut si venditor rei pretium ignoret, eum moneat, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 1. n. 264. | vid. Venditio, Venditor, Venditum.

Ephi, mensura aridorum et liquidorum apud Hebraeos, continens 30. Coros seu tres modios, seu octo Congios, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 133. et 134.

Ephrem | Sanctus; luis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 47.

Epicurei, quinam, et quid dixerint, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 3. n. 17. in not. mag.

Epiphanius | Sanctus; quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 56.

Episcopatus definitur Ordo supremus, quo datur Presbytero potestas conferendi Sacramenta Confirmationis et Ordinis, regendique Ecclesiam ipsi commissam, hoc est, Clerum et plebem, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 8. §. 9. n. 130.

Inter ritus omnes, qui in ordinatione Episcopi observantur, atque necessarii sunt adhibendi, manuum impositio et oratio adjuncta sunt materia et forma essentialis Episcopatus, an totalis, an vero inadaequata tantum his est inter Theologos; addunt enim aliqui veluti partem essentialem Codicis Evangeliorum supra cervicem Ordinandi expansionem, ibid. n. 135. et 136.

Episcopi sunt Episcopalis Ordinationis Ministri, ita ut ad eam perficiendam tres requirantur, unus Ordinans, et duo Assistentes, saltem necessitate precepti si non Sacramenti, quod super his est inter Theologos, ibid. n. 137. et 138. Subjectum Episcopatus est Presbyter legitimè prius ordinatus, ibid. n. 139.

Veteres aliqui contendunt Episcopatum non esse verum Ordinem et Sacramentum à Sacerdotio distinctum, sed esse dumtaxat extensionem characteris Sacerdotalis, ibid. §. 10. n. 157. at nunc communiter tenent Theologi Episcopatum esse verum Ordinem et Sacramentum à Presbyteratu distinctum, ibid. n. 158. et 159.

Episcopus. Nomen Episcopi primum est, atque latine idem est, ac Inspector, Speculator, Explorator, et Superintendens, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 8. §. 9. n. 128.

Si S. Chrysostomo credimus, Apostolorum tempore nomen Episcopi commune erat etiam Presbyteris, seu secundi ordinis Sacerdotibus; usus tamen deinceps obtinuit, ut soli majores seu primi ordinis Sacerdotes appellarentur Episcopi; vocantur etiam Antistites, quasi ante alios Clericos stantes, usque praesidentes; Pontifices, quia pro aliis multa possunt facere; Ecclesiae Primipes, p. ibid. n. 129.

Episcopi jure ac institutione divina sunt Presbyteris superiores potestate tum Ordinis, tum Jurisdictionis, ibid. §. 2. et seq. Sols. ob. ibid. n. 127. et 128. Duo sunt Episcoporum officia exponit Apostolus 1. Tim. 3. et Tit. 1. ibid. n. 140.

Episcopus tenetur ad reverentiam, nec ei licet tempore publica persecutionis aut calamitatis fugere, ibid. n. 141. Varii sunt Episcoporum gradus; nam alii sunt Patriarchae, alii Primates, alii Metropolitanii, p. qui omnes ordinatione pares sunt, et sola jurisdictione ac dignitate distincti, ibid. 142. | vid. De linguis his locis. Probabilis est, Episcopos jurisdictionem suam immediate à Christo habere, ibid. p. 2. c. 1. §. 1. n. 192.

Epistola S. Pauli Epistola, | vid. Paulus. Septem Epistola Canonica unde sic dicta, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 2. c. 3. n. 622. quis illarum ordo, ibid. n. 623. quis illarum ordo, ibid. n. 623. | vid. Jacobus Apostolus, Petrus, Joannes, Judas.

Egyptia vox graeca latine idem est ac Equitas, equum et bonum; Thucydidi lib. 3. idem est ac juris equitas et vigoris remissio, siquae sumpta

Definitur Interpretatio legis ab homine privato facta secundum jus magis universale, vel quod magis viget, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. sect. 5. §. 1.

n. 239. Interpretatio legis per epykiam est licita non solum in lege humana, sed etiam in lege divina tum naturali tum positiva, ibid. n. 240.

Error est iudicium falsum seu existimatio falsi, To. 3. Tr. 9. c. 2. sect. 2. §. 3. n.

206. Error potest esse circa substantiam rei, vel auctorem illius; alius est antecedens, alius concomitans, ibid. |: vid. Contractus, Matrimonium: | Varii errores de temporibus, quibus charitatis preceptum obligat, recensentur, ibid. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 1. n. 203.

Eubras, quis fuerit, To. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 276. Quatuor ejus nomine tribuntur libri Veteri Testamento contenti, quorum duo priores apud Latinos velut Canonici hucipiuntur, duo posteriores vero velut apocryphi rejiciuntur, ibid. n. 269. Primi libri auctor est ipse Eubras, ibid. n. 270. quid contineat, ibid. n. 274. Secundus Nehemia tribuitur, ibid. n. 271. quid contineat, ibid. n. 275. Tertius et quartus contineant, ibid. n. 272. et ut apocryphi dicuntur, ibid. n. 273. Eubras est auctor Judaeorum Canonis, ibid. p. 1. c. 5. n. 52.

Ether, qua fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 329. Liber ipsius nomine inscriptus quid contineat, ibid. n. 330. et 331. quis eum scripserit, ibid. n. 332. et seq. Est Canonicus et divinae auctoritatis, ibid. n. 333. et seq. Solus ob. ibid. n. 344. et seq.

Eva, ut educta fuerit à latere Adami, cum foemina in aliis animalium speciebus non fuerint hoc modo producta, To. 2. Tr. 2. c. 2. §. 2. n.

80. Evagatio mentis in oratione aliisve exercitiis spiritualibus est mortalis in oratione vel exercitio spirituali graviter praecipito, si in parte notabili voluntarie ducit; venialis vero in oratione non praecipita, nisi sit circa objecta graviter illicita, qua placeant, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 7. n. 324.

Evangelium von graeca latine bonus nuntius seu bonum nuntium dicitur, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 2. c. 1. n. 554. Evangelium S. Matthaei |: vid. Matthaeus: | Evangelium S. Marci |: vid. Marci: | Evangelium S. Lucae |: vid. Lucas: | Evangelium S. Joannis |: vid. Joannes: | Quater haec quatuor Evangelia multa alia velut Canonica recipit Ecclesia, quamvis plura passim numerentur, ibid. n. 606.

Eucharistia est omnium nostrae religionis mysteriorum veluti Summa et compendium quoddam, ut pote in qua Christus Jesus divitias omnes et thesauros potentiae, virtutis, amoris, et benevolentiae suae in genus humanum miranda liberalitate effundit, To. 4. Tr. 9. in proem. n. 1. Hoc eadem cum ceteris Sacramentis est commune, quod sit Symbolum rei laevis et invisibilis gratiae forma visibilis: verum alia Sacramenta tunc primum duntaxat sanctificandi vim habent, quando quis illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante unum est: in aliis Sacramentis adest Christus per derivatam &c interioris gratiae ac virtutis subministrationem; in Eucharistia vero fons ipse substantialis omnium caelestium donorum et gratiarum



nun totum se effundit et communicat, ibid. n. 2. Nomen Eucharistiae  
 nomen oritur à verbo Græcò ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝ, quod per gratias agere latine  
 redditur; quia in hujus Sacramenti usu Deo sem Christo propter illius in nos  
 collata beneficia gratias rependimus. Eucharistia tum à scriptura, tum  
 à SS. Patribus variis insignitur nominibus pro varietate rerum ac circum-  
 stantiarum, quæ in celebratione ac dispensatione hujus sacri mysterii  
 occurrunt: ut Eulogia seu benedictio; propter benedictionem seu con-  
 secrationem perficitur panis: panis celestis, supersubstantialis; pa-  
 nis Angelorum, à materia, ex qua conficitur: Cæna Domini, quia à  
 Christo vesperè in cæna primùm instituta fuit: Synaxis, id est, collectis  
 congregatio, adunatio, communio; tum quia simul congregati fideles  
 Eucharistiam percipiunt; tum quia per illam participationem fide-  
 les cum Christo ac inter se tanquam ejus corporis membra communi  
 Charitatis vinculo colligantur: Gratia, Sacramentum gratiæ,  
 s. ab effectibus; tum quia Christum fontem totius gratiæ continet:  
oblatio, quæ Eucharistia perficitur, vocatur Missa, Sacrificium, Obla-  
 tio, Communio, Colecta; quia populus in unum colligitur, ut Sacrifi-  
 cio intersit; Viativum, id est, via subsidium; tum quia isto sacro cibo  
 in hujus sæculi peregrinatione reficimur; tum quia ex hac vita ad alte-  
 ram profecturis dispensatur contra invisibiles fidei hostes, ibid. n. 3.  
 Variis figuris in veteri lege adumbrata fuit Eucharistia: ut ex parte  
 panis et vini, quibus conficitur, figurabatur per oblationem Melchi-  
 sedech; per panes propositionis, qui solim à mundis hominibus mandu-  
 cari poterunt; per panem subincensum, quem Elias manducavit:  
 ex parte corporis et sanguinis figurata fuit per omnia sacrificia Ve-  
 teris legis, sed præsertim per sacrificium expiationis; item per sangui-  
 nem Testamenti: ex parte effectus adumbrata fuit per lignum vi-  
 vite, quod plantaverat Dominus in paradiso quasi phasmatum im-  
 mortalitatis, et per Manna, quod datum est Hebræis in deserto, ob  
 ejus suavitatem, s. ibid. n. 4.  
 Eucharistia rationem habet Sacramenti simul et sacrificii, ibid. n. 5.  
 Catholicis omnes, si Socinianos excipias, in hoc nobiscum conveni-  
 unt, scilicet Eucharistiam verum esse Nova legis Sacramentum, ibid.  
part. 1. n. 6. Definitur Sacramentum Nova legis à Christo institutum  
 ad celestem animarum alimoniam; in quo corpus et sanguis  
 ejus veri, realiter, et substantialiter sub speciebus panis et vini conti-  
 netur, ibid. n. 7. Sacramentum Eucharistia dupliciter conside-  
 rari potest, in fieri nempe, ut ajunt, et in facto esse; agitur autem  
 hic de eo, prout in fieri consideratur, ibid. c. 1. n. 8. Cum Sacra-  
 mentum Eucharistia à Christo Domino per modum refectiois spiritualis insti-  
 tutum sit, hinc etiam illius materia ex cibo et potu constat, sumta  
 metaphora à corporali refectioe, ad quam cibus et potus requiruntur  
 Depleta igitur est partialis materia Eucharistia generatim sumta,  
 scilicet cibus et potus; igitur panis et vinum sunt materia idonea et  
 necessaria Eucharistia, ibid. sect. 1. n. 9. et seq. Solus panis triti-  
 ceus, et solum vinum de vite sunt materia valida Eucharistia, ibid. §. 1.  
n. 12. et seq. Invalida igitur est Eucharistia confectio seu consecra-  
 tio, si panis sit ex radicibus aut fructibus arborum, aut ex seminibus legu-  
 minum, ibid. n. 16. item non valide consecratur panis confectus ex ori-  
 gæ, avenæ, hordeo, milio, s. non ex tritico non puro, nisi quantitas

tritici sit notabiliter major: valet tamen panis confectus ex spelta,  
 seu Zea, Syolzym, Roem, Gofpan, ibid. n. 17. Ad valorem Sa-  
 cramenti Eucharistica requiritur panis confectus ex farina triticea  
 aqua naturali diluta et igne cocta, ibid. n. 18. Ex procepto et usu  
 Eularie panis consecrandus apud Nos Latinos debet esse figura orbiculari,  
 ac quodam studio preparatus, ibid. n. 19. Primis Eularie saculis illi-  
 us non alia fuit figura, quam quae est panis communis, ibid. n. 20.  
 Non potest valide consecrari liquor ex pomis, piris, ceravis, p. exp. of-  
 fus; nem amphacium; nec acetum; nec succus intra ~~et~~ uvas ma-  
 tuas, aut vinum in pane vel simili alia materia contentum; nec  
 vinum aromatibus ita conditum, ut morali astinatione speciem  
 vini amiserit; sed si alteratio sit exigua, quamvis ibi ita se conse-  
 cratur, ibid. n. 21. Valida consecratur mustum, quamvis extra  
 necessitatem hoc prohibitum sit; item vinum congelatum, sed postea  
 resolutum, modo gelu non fuerit corruptum; vinum autem actu con-  
 gelatum est materia dubia, quare, si forte in hyeme vinum in calice  
 congeletur, debet per ignem resolvi, priusquam consecratur, ibid. n. 22.  
 utraque haec materia, panis sibi et vinum, debet esse moraliter pra-  
 sens consecranti, ibid. n. 24. Ad validam consecrationem necesse est,  
 ut materia consecranda determinetur in particulari per intentio-  
 nem Sacerdotis, ibid. n. 25. Unde valide non consecrat, qui ex  
 mille v. g. hostiis vellet tantum consecrare decem non determinan-  
 do illas in particulari; Similiter qui intenderet ex multis illam  
 consecrare, quam Deus vel alius voluerit determinare, si hanc determi-  
 natione ignorat: Determinatio per intentionem mere internam  
 absque ulla nota exteriori, qua hostia consecranda ab aliis non con-  
 secrandis exterioris distinguatur, non sufficit; unde, si contingeret,  
 hostiam non consecratam eam admisceri consecratis sic, ut non pos-  
 set ab eis discerni, non videtur, quod valide consecrari possit, sed  
 tunc ad vitandum damnum ejus, qui forte eam acciperet, distri-  
 buenda essent singulis communicantibus duae hostiae ex illarum  
 unum. Hostiae, quae Sacerdote nesciente, nec ante consecrationem  
 advertente, super corporale posita sunt, non debent censi conse-  
 cratae; si vero illas advertent, et reliquerit super corporale in-  
 tendens illas consecrare simul cum ea, quae ad sacrificium desti-  
 nata est, censi debent consecratae, quamvis inter consecrandum ea-  
 rum amplius non meminerit. Hostiae, quae super corporale po-  
 sitae sunt non sunt, licet alias sufficienter praesentes, sicut et gut-  
 ta vini extrinsecus calici adherentes, probabiliter non sunt consecra-  
 ta: de his guttis vero, quae intra cypham a toto sunt separate,  
 variant opiniones; unde in panu expedit, ut Sacerdos ante con-  
 secrationem eas abstergat, vel ab intentione excludat, vel etiam  
 simul pro semper intendat non consecrare nisi id, quod est pra-  
 cise continuum. Similiter Sacerdos de vera hostiarum consecratio-  
 ne rationaliter dubius, debet eas sumere post SS. sanguinem; quod  
 si dubium sit de valore consecrationis alterutrius materiae pro  
 sacrificio constituta, debent iterum verba consecrationis super illam  
 materiam proferi sub conditione; et si dubium sit de valore ma-  
 teriae, v. g. quia praesumitur vinum esse acetum, vel aquam pluri-  
 mam vino mixtam, debet Sacerdos certam aliam consecrare, et  
 primum post communionem sumere materiam dubiam, ibid. n. 26.

114

Etiam minutissima materia valide consecratur, modo sit sensu perceptibilis, ibid. n. 27. item materia in maximam quantitatem valide consecratur, modo sit secundum se totam moraliter praesens consecranti, ibid. n. 28. Consecratio valet tam in pane azimato quam fermentato, ibid. §. 2. n. 30. Latini tamen tenentur sub mortali consecrare in azimato, graeci vero in fermentato, singuli iuxta Eclesiam suam ritum, ibid. n. 32. Solv. ob. ibid. n. 33. et seq. Christus panem azimum consecravit, ibid. §. 3. n. 42. et seq. Solv. ob. ibid. n. 45. et seq. Probabile est Eclesiam Latinam primis Eclesia saeculis azimato et fermentato pane promissive usam fuisse, ibid. §. 4. n. 59. et 60. notabile etiam est Eclesiam Graecam primis saeculis Christianismi saeculis in pane fermentato et azimato promissive consecrasse, ibid. n. 61. et seq. Aqua vino in calice est admiscenda, ibid. §. 5. n. 65. Solv. ob. ibid. n. 69. et seq. Dabit esse modicissima, ibid. n. 68. Haec aqua mixtio non est necessaria necessitate Sacramenti, ibid. n. 67. estque tantum de precepto Eclesiastico, ibid. n. 64. Solv. ob. ibid. n. 71. et seq. Aqua vino mixta in calice re ipsa convertitur in sanguinem Christi, ibid. §. 6. n. 79. Longe probabilius videtur aquam immediate vi verborum consecrationis converti in sanguinem Christi ibid. n. 80. et seq. Solv. ob. ibid. n. 85. et seq. Christus in ultima coena verbis evangelicis istis, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, Eucharistiam consecravit, ibid. Sect. 2. §. 1. n. 92. Solv. ob. ibid. n. 93. et seq. Ad valide conficiendam Eucharistiam requiruntur et sufficiunt verba, quibus eam Christus confecit, licet haec vel aequivalentia: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, ac proinde ad validam consecrationem non requiruntur oratio, sive qua apud Latinos praecedit praedicta verba, sive qua apud Graecos ea subsequuntur, ibid. §. 2. n. 99. et seq. Solv. ob. ibid. n. 104. et seq. Certum est omnia verba, quae ad consecrationem in Canone Missae continentur, saltem ea praecipue Eclesiae, proferenda esse, ita, ut sine gravi peccato omitti non possint, ibid. §. 3. n. 114. et 115. Sola haec verba, Hoc est corpus meum, in consecratione panis; et ita, Hic est sanguis meus, vel Calix sanguinis mei, in consecratione calicis, sunt essentialia, ibid. n. 116. Solv. ob. ibid. n. 117. et seq. Eclesia Catholica doctrina est, in Eucharistia Sacramento contineri vere, realiter, et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, ibid. c. 2. Sect. 1. n. 122. Ex variis Haereticis, qui haec fidei nostrae caput impugnare ausi sunt, alii indirecte, alii directe eandem adorti sunt: indirecte se eidem opposuerunt ii omnes, qui veritatem carnis Christi sunt infirmati, ut Simoniani, Menandriani, &c. Directe vero realem et substantialem Christi in Eucharistia praesentiam aggressi sunt saeculo IX. Joannes Scotus Eriugena, id est, Hibernus; XI. Berengarius Andegavensis Eclesiae Archidiaconus; XII. Petrus de Bonis origine Delfinatus vel Provinciae, a quo Petrobrusiani, et Henricus Monachus Apostata, a quo Henriciani; XIII. Colonienses dicti Apostolici, Albigenses et Tolosani a lovis, in quibus virus huius diffeminaverunt sic dicti; XIV. auctor, scilicet flagellantium, et Wiclef; XVI. Carolstadius Archidiaconus Wetttembergensis in Saxonia, Eringlius Tigurinus, et Calvinus, ibid. n. 125. et §. 2. n. 135.

Prim. (o)  
pag. 105

115c

Vera, realis, et substantialis presentia corporis Christi in Eucharistia  
 efficaciter probatur ex verbis Christi Joan. 6. v. 52. ibid. §. 1. n. 126. et  
seq. Solv. ob. ibid. n. 131. et seq. item ex verbis institutionis, Matth. 26.  
ibid. §. 2. n. 139. et 140. Solv. ob. ibid. n. 141. et seq. item ex constanti  
 et universali SS: Patrum ac totius Ecclesie traditione, ibid. §. 3. n. 153.  
et seq. Solv. ob. ibid. n. 156. et seq. Hæc realis Christi in Eucharistia  
 rationibus philosophicis non potest impossibilis demonstrari, ibid. §. 4.  
n. 180. Solv. ob. ibid. n. 181. et seq.

Tribus tantum modis conipi potest Substantialis presentia corporis  
 Christi in Eucharistia, per impanationem, consubstantiationem,  
 et transubstantiationem videlicet. Impanationis nomine in-  
 telligitur unio hypostatice Verbi cum pane ita, ut in Eucharistia  
 Verbum hypostatice uniatum cum pane: per consu-  
stantiationem intelligitur presentia Substantie carnis Christi cum Substantia panis  
 ita, ut Substantia panis simul cum Substantia carnis Christi vera  
 in Eucharistia existat: nomine autem Transubstantiationis  
 intelligitur conversio totius Substantie panis et vini in Substanti-  
 am corporis et sanguinis Christi manentibus dumtaxat speciebus  
 panis et vini, ibid. lib. 2. §. 1. n. 190. et 192. Corpus et sanguis  
 Christi sunt in Eucharistia per transubstantiationem ita, ut non  
 nisi species panis et vini maneat inclusa eorum Substantia, ibid.  
§. 2. n. 194. et 195. Solv. ob. ibid. n. 196. et seq. Transubstan-  
tiatio est vera actio, ibid. §. 3. n. 204. et probabilis reproductio,  
 qua tamen productio non est creatio, nec generatio, nec actio adduc-  
 tiva, nec unitiva, nec conservativa, ibid. n. 205. Proprius et  
 formalis terminus Transubstantiationis est corpus et sanguis Christi  
 quatenus reproducta et sub speciebus panis et vini presentia, ib.  
n. 206. Transubstantiatio fit in instanti, ibid. n. 207. Totus  
 et integer Christus continetur sub unaquaque specie, ibid. n. 209.  
 sic, ut tamen ex vi verborum precise totum corpus sub specie panis  
 et solus sanguis sub specie vini contineatur; per concomitantiam  
 autem naturalem et proximam sub utraque specie simul est  
 corpus, sanguis, et anima; et per concomitantiam supernaturalem  
 ac remotam divinitas, itaque persona Patris et Spiritus Sancti  
 propter circumfessionem, ibid. n. 209. De fide est, totum  
 Christum facta separatione sub qualibet parte specierum conti-  
 neri, imò et ante separationem totum Christum sub qualibet  
 parte specierum contineri Theologi communiter asserunt,  
 quamvis id de fide haberi non potest, ibid. n. 210. Christus in Eucha-  
 ristia existens nullam potest actionem elicere, quæ pendeat à  
 sensibus; actus tamen scientie infusa et visionem beatificam  
 elicere potest; neque ab agentibus corporeis pati potest, mo-  
 veri tamen localiter potest, ibid. n. 211.

Species simul cum corpore Christi et ejus sanguine, seu corpus et  
 sanguis Christi, prout sub speciebus panis et vini continentur,  
 precise habent rationem Sacramenti, ibid. c. 3. §. 1. n. 214. Solv.  
ob. ibid. n. 215. et seq. Eucharistia non consistit in usu  
 sed in re permanente, adeoque independenter ab usu seu sumtio-  
 ne, prolati verbis consecrationis, corpus et sanguis Christi sunt  
 realiter presentia sub speciebus panis et vini, et sub illis tam-

~~P. 105~~  
pag. 105

diu manent, quandiu non communtur, ibid. §. 2. n. 227. et seq. Solv.  
ob. ibid. n. 236. et seq. Eucharistia prout adoranda est cultu la-  
 tris; hancque adorationem eidem semper et ubique exhibuit Ec-  
 clesia, ibid. n. 230. et seq. Solv. ob. ibid. n. 240. et seq. Jam à primis  
 Ecclesia saeculis Eucharistia asserata est, ibid. n. 232. et seq. Solv. ob.  
ibid. n. 241. et seq. Sacramentum Eucharistia est unum spe-  
 cie; numero tamen multiplicari posse probabilis videtur: nihil  
 tamen vetare videtur, quin quoque quaedam unitas numerica et  
 individualis in Sacramento Eucharistia esse dicatur, qua sibi et  
 repetitur ex morali conjunctione specierum, et eorum ad unam re-  
 flectionem spiritualem ordinatione, ibid. §. 3. n. 246. et 247. Solv.  
ob. ibid. n. 248. et seq.  
 Duplex distinguitur Eucharistia Minister, unus consecrationis, qui  
 scilicet eam conficit, alter dispensationis, qui nempe eam distribuit,  
ibid. c. 4. §. 1. n. 256. Solis Sacerdotibus vi huius ordinationis da-  
 ta est potestas conficiendi Eucharistiam, ibid. n. 257. et seq. Solv.  
ob. ibid. n. 263. et seq. Eucharistia dispensanda Minister ordina-  
 rius est Solus Sacerdos, extraordinarius vero Diaconus, ibid. n. 260. et  
seq. Solv. ob. ibid. n. 263. et seq. Per duodecim priora saecula  
 Ecclesia infantibus statim post Baptisma Eucharistiam ministrare  
 solita fuit; justis tamen de causis Ecclesia Latina contrariam indu-  
 xit disciplinam, ibid. §. 2. n. 269. Primis Ecclesiae saeculis Eucha-  
 ristia non concedebatur energumenis, nisi ugeret mortis periculum;  
 at subsequentibus saeculis facti factis participes illius, quoties ad eam  
 cum fructu et reverentia percipiendam visi sunt dispositi, ibid. n.  
270. Mutis et surdis à nativitate inconsulto Episcopo Eucharistia  
 concedi non debet, quantumvis per signa et nutus peccata sua decla-  
 rant, et mysteriorum nostrorum sanctitatem et dignitatem intelli-  
 gere se demonstrant, ibid. n. 271. Berpetris amentibus, qui  
 nunquam habuerunt usum rationis, et sic à nativitate perman-  
 serunt, nequidem in articulo mortis ministranda est Eucharistia;  
 neque etiam phreneticis et insanis, licet antequam in phrenesiam  
 vel insaniam incidissent, piam et religiosam animi voluntatem  
 pro se tulerint eam percipiendi, ibid. n. 272. Reis ultimo sup-  
 plicio damnatis in Italia et Germania Eucharistia non denegatur,  
 in Gallia vero et Hispania ipsis non conceditur, ibid. n. 273. Ad  
 communionem admittendi non sunt publice indigni, quales sunt no-  
 torie excommunicati, interdicti, manifesteque infames, ut sunt  
 Meretrices, Conubinarum, Generatores, Magi et alii ejus generis  
 peccatores; nisi de eorum poenitentia et emendatione constat, at-  
 que publico scandalo prius satisfecerint: peccatoribus autem occultis  
 ministranda erit Eucharistia, si publice petant, et si sine scandalo  
 eos praterire nequeat Sacerdos: quod si tamen privatim petant, et  
 ne unus quidem sit testis, eos à communionem repellere debet Sacer-  
 dos, nisi ex sacramentali confessione peccatum cognoverit; at nonnulli  
 celebres Theologi hanc exceptionem non admittunt: saltem mone-  
 dus videretur, qui minus ex malitia, quam ex simplicitate Eucha-  
 ristiam sine testa peterat; experientia quippe constat rubi-  
 res, expleta confessione, pro more ad sacram mensam pergere, non  
 attendentes fuerint absoluti necesse: in quo casu, ubi supponitur  
 nihil esse periculum infamiae aut scandali, Sacerdos potest ab hejus

117

mobi homine quare, nisi absolutiois beneficium fuerit consecutus, ibid. n. 274. Mortuus Eucharistia dari non potest, ibid. n. 275.

De fide est Eucharistia sumptionem non esse necessariam necessitate mediis sive parvulis, sive adultis, neque in re, neque in voto, ibid. c. 9. §. 1. n. 278. et seq. Sols. ob. ibid. n. 283. et seq. Eucharistia Sacramentum omnibus ratione utantibus mandatum est à Domino, adeoque eius sumptio adultis necessaria est necessitate præcepti Divini, ibid. §. 2. n. 290. Divinum istud præceptum obligat loquens in vita Deorum, ibid. n. 291. obligat in quovis probabili mortis periculo, ut in gravi morbo, instante conflictu, difficili partu, periculosa navigatione, in infirmitate, &c. quæ omnia veniunt sub nomine articuli mortis, ibid. n. 292. periculose decumbentibus Eucharistia per modum Viaticum ministrari potest ac debet, quæcumque hora cuilibet in anno diei vel noctis: pluries eodem morbo durante ministrari potest infirmo Viaticum, possit si morbus ingravescat, aut aliud periculum imminuat, morbo ab una Viaticum perceptione ad aliam dies non pauci effluerint: quod si infirmus post acceptum Viaticum mortis periculum evaserit, et post dies aliquot communicare voluerit, ejus pio desiderio poterit Pastor annuere, dummodo jejunus communicet. Qui mane sanus communi-  
caverit, eodem die, si mortis periculum urgeat, potest Eucharistiam percipere tanquam Viaticum. Si infirmus quisquam communicare non possit, sub quocumque prætextu Eucharistia ad eum deferri non debet. Si contigerit infirmum, acceptam Eucharistiam tupsu subita lavam hostiam ejicere, ea in ciborium reverenter reponi debet, aut in os infirmi, et locus, ubi ipsa cecidit, mundari, et aliquantum abrasi, necnon pulvis seu abrasio hujusmodi in ignem conjici; si vero super hirtam aut mappam tantum ceciderit, tunc mappa vel linteam diligenter ab ipso Sacerdote lavari, et ipsa lotis pariter in ignem effundi debet. Si vero contigerit infirmum, acceptam Eucharistiam, nauseare, si vas aut linteam ad enicipiendum vomitum offeratur, et si in vomitu species integre appareant, tunc si eas ager commodè consumere non possit, carite separentur, et in mundo ac honesto vase, non vero in lacina picidæ, decenter reponantur, atque ad Ecclesiam deferantur, in aliquo loco sacro, non tamen in Tabernaculo, deponenda, donec corrumpantur, et sic corrupta denique in Sacarium projiciantur: quod si species consecrata non appareant, vomitus in Stugam, seu aliam similem materiam infusus, vel deterioratione in eam collectus comburatur, et cineres in Sacarium mittantur. Si infirmus, dum communionem recipit, aut statim post ipsam acceptam moriatur, antequam Sacramentum deglutierit, species, quæ apparebunt in ore ejus, extrahantur et leventur, ut supra dictum, donec corrupta in Sacarium projiciantur, ibid. n. 292.

Nulum primum Eucharistia temporibus ipsius fuit de sacra communione præceptum; quamvis quotidia vel saltem pluries in hebdomada à fidelibus sumpta fuerit Eucharistia. Verum tempore primo illo fervore, rarius frequentari ceperunt Divina mysteria, cui criminosa negligentia ut obisterat Ecclesia, statuit, ut saltem ter quotannis, scilicet in Natali Domini, Pentecoste, et Pentecoste communicarent Laici. Nec tamen hac lege servata satis, quin potius aucta cordium sequitior est; cui ut denuo mederetur Ecclesia, humanam miserata infirmitatem, statuit, ut Fideles, qui ad annos discretionis pervenerint, saltem

Semel in anno in Paschate sumant Eucharistia Sacramentum, ibid.  
§. 3. n. 293. Igitur si huius precepti Eclesia 10<sup>o</sup> pueri tenentur ad  
 communionem, quando habent sufficientem usum rationis ad dis-  
 cernendum corpus Christi ab aliis cibis, et ad illud reverenter su-  
 mendum sunt idonei, quod aliis citius aliis serius contingit, qua  
 in re standum est praxi et iudicio Parochi, aut Confessarii; iis ta-  
 men dari poterit Viaticum, licet nondum perfectam mysteris-  
 rum fidei Catholica notitiam adepti fuerint, modo tamen suffi-  
 cientem habeant discretionem ad cognoscendum quid accipiant,  
 sufficientisque pietatis sensu sint affecti, ibid. n. 294. Per  
 Pascha intelligitur tota quindenā à Dominica Palmaram usque  
 ad Dominicam in Albis inclusive: quandoque ex causā rationa-  
 bili plus temporis comeditur ab Episcopis: potest etiam Confessa-  
 rius communionem Paschalem penitentis ultra illam quindenam  
 vel tempus aliā ab Episcopo praescriptum differre, imo ad id tentare,  
 si iudicat differendam esse absolutionem, ibid. n. 295. Qui autē  
 illam quindenam in suā Parochia Eucharistiam sumit, tenetur  
 iterum sub mortali intra illam quindenam eam ibi sumere, ibid.  
n. 296. Qui intra praedictam quindenam non communicavit, ta-  
 netur adhuc postea intra eundem annum quamprimum communi-  
 care, ibid. n. 297. Qui praesidet se non habiturum opportunita-  
 tem communicandi in Paschate, nec postea eodem anno, tene-  
 tur praesens: qui vero tempus praesens, tenetur semel commu-  
 nicare, si adhuc in Paschate possit communicare, ibid. n. 298.  
 Communio Paschalis fieri debet in propria Parochia, et sumi de  
 manu proprii Parochi vel eius delegati, nisi semper specialis dicti  
 proprii sacerdotis seu Parochi licentia sit obtenta. Peregrini  
 et vagabundi autem tenentur Eucharistiam sumere in eā Ecle-  
 sia seu Parochia, in qua tempore Paschali versantur, ibid. n. 299.  
 Huius precepto communicandi non satisfacit per communionem  
 sacrilegam, ibid. 300. Eucharistia spectari potest vel ut  
 sacrificium, vel ut Sacramentum: sub priori respectu necessa-  
 riam esse utriusque speciei consecrationem et consumptionem  
 fatentur omnes Catholici. Sicut autem Sacramentum est ne-  
 gari non potest à primis Ecclesiae temporibus usque ad Saeculum  
 XII. quo à privatim quibusdam Episcopis, vel saltem usque ad Saeculum  
 XV. quo generali lege abrogata est communio sub utroque specie,  
 fideles etiam laicos publicis in conventibus sub duplici panis et vini  
 specie plerumque communicasse, ibid. §. 4. n. 302. Inter  
 primos, qui utriusque speciei summptionem essentialam esse volue-  
 runt, fuerunt Saeculo XIV. eximie Orago in Bohemia Petrus Druden-  
 sis Ludimagister, et Jacobellus Misnensis, quorum sequaces diti  
 sunt Calistini; quibus initio Saeculi XV. se adiunxit Joannes Hus,  
 à quo Hussita. Lutherus circa hanc questionem initio vari-  
 us fuit, tandemque definiit imperium esse usum calicis denegare  
 laicis, ibid. n. 303. Communio sub utroque specie fidelibus  
 non sacrificantibus non est necessaria ex precepto divino, ibid. n.  
305. et seq. Solo. ob. ibid. n. 309. et seq. Ecclesia iustas ob causas fi-  
 delibus non sacrificantibus usum calicis negat, ibid. n. 308. et seq. Solo.

ib. ibid. n. 220.

Effectus veri Sacramenti Eucharistia hi sunt: non confert per se et  
directe primam gratiam, seu remissionem peccatorum, ibid. c. 6. §. 1.  
n. 323. probabilius tamen eam confert per accidens, ibid. n. 324. Di-  
recte ac per se remittit peccata venialia, ibid. n. 325. Præservat à  
peccatis mortalibus, ibid. n. 326. Confert gratiam per modum ali-  
menti spiritualis, ibid. n. 327. Efficit aliquam spirituales delecta-  
tionem, ibid. n. 328. Minuit concupiscentia fomiteam, ibid. n. 329.

Est causa immortalitatis et gloria corporis; quatenus nempe Deus mo-  
vetur ad vivificanda corpora propter conjunctionem, quam habuerunt  
cum vivificatrice carne Christi, ibid. n. 330. Quamvis directe solum  
eam sumenti proit, indirecte tamen aliis propter suscipientis pie-  
tatem ac devotionem, qui communionem habet in illorum gratiam  
offert, prodesse potest, sicut alia bona opera in utilitatem aliorum  
offerri ac ipsis prodesse possunt, ibid. n. 331. Sum effectum in animâ  
producit in ipsâ manducatione; hinc qui sacras species in ore retinet et  
in seum ex Sacramento fructum percipiet. Vana est observantia,  
si grandiores formula aut hostia sumantur, ut, speciebus diutius in  
Stomacho permanentibus, uberior gratia producat, ibid. n. 332.

Sacramentum Eucharistia non plus gratia confert sub duplici quam  
sub una specie sumtum, ibid. §. 2. n. 334. et seq. Sol. ob. ibid. n. 336.  
et seq.

Ad Eucharistiam recipiendam dispositiones requi-  
ritæ alia sunt, quæ animam, alia quæ corpus spectant. Quan-  
tum ad dispositiones ex parte animæ requiritur 1<sup>o</sup> Status gratia, et  
quidem sine peccato mortali, ibid. §. 3. n. 343. 2<sup>o</sup> Per se loquendo ju-  
re divino requiritur, ut qui sibi conscius est peccati mortalis, ante com-  
munionem ibid confiteatur; si vero urgeat necessitas communi-  
candi, et desit copia Confessarii, requiritur dumtaxat et sufficit  
perfecta contritio; taliter contritus tamen tenetur postea, quam-  
primum poterit, confiteri: item ante communionem confiteri te-  
netur ille, qui absolutionem consecutus, recordatur se ex inculpata  
oblivione aliquod crimen non confessum fuisse, ibid. n. 344. 3<sup>o</sup> Requi-  
ritur, ut cum magna devotione et reverentia sumatur Eucharistia, ibid.  
n. 345.

Quoad dispositiones ex parte corporis requiritur 1<sup>o</sup> jeju-  
nium naturale consistens in eo, quod nihil omnino per modum cibi  
vel potus, vel medicina, à mediâ nocte præcedente per primum horolo-  
gii pulsuum designatâ ab ore in Stomachum trajiciatur, ibid. n. 346.  
2<sup>o</sup> Requiritur habitus seu conformatio corporis ad modestiam et pie-  
tatem composita, ibid. n. 347. 3<sup>o</sup> Requiritur puritas carnis, quæ con-  
siderari potest vel in usu legitimo matrimonii, vel extra illius usum;  
1<sup>o</sup> actus conjugalis, licet in se legitimus, quia tamen præter immu-  
ditiam corporalem, quæ eum semper comitatur, mentem depri-  
mit, ejusque evagationem et distractionem inducit, saltem quan-  
do non ex animo potius suscipienda, sed captanda voluptatis deside-  
rio, atque idcirco unum peccato veniali exeretur, à sacra communione  
retrahere debet, nisi obstat aliqua necessitas, ut hændalum, aut  
infamia vitanda, vel hævatio Jubilæi, &c. Impuritas, quæ est  
peccatum mortale, hominem remoret à participandâ Eucha-  
ristiâ; hinc, qui tale peccatum admisit, non statim debet, etsi  
contritus et absolutus, Eucharistiam sumere, nisi urgeat aliqua  
necessitas, et aliud Confessario videatur: imò ex quâdam decentiâ  
abstinendum est ab Eucharistiâ ob pollutionem involuntariam,

119



120  
nisi videatur à Damone ad impediendam communionem procurata,  
vel nisi adsit aliqua necessitas, vel singularis utilitas, vel scandalum  
ex omissione timeatur, ibid. n. 348. Circa jejunium naturale,  
quod veluti dispositio ex parte corporis ad suscipiendam Eucharistiam  
requiritur, nota illud esse legem ex Apostolica traditione venientem,  
ibid. §. 4. n. 349. in eâ lege nequaquam datur levis materia, ibid. n.  
350. Attamen jejunio naturali, idoque et communioni non obstant  
ea, quae per modum salivae vel respirationis in Stomachum decidunt,  
ut minima reliquia vini aut aquae, quibus os abluatur, minuta copio-  
siori salivâ, et reliquia ciborum dentibus adherentes, ac postea can-  
trajecta; item sanguis vel humor à capite defluens; hæc si saccha-  
rum vel quid simile, quod leniter in ore liquesit, simul cum salivâ  
in Stomachum decidat: idem dicendum de reliquis cibis, qui datâ  
operâ trajiciuntur. Quae autem à Stomachô digerî non possunt, nec  
alterari secundum ullam huius partem, ut lapideus, globulus, plumba-  
us, p. probabiliter non impediunt communionem, ibid. n. 351.  
post cibum paulo ante mediam noctem sumtum non requiritur  
Somnus aut cibi digestio ad communicandum, ibid. n. 352. Cum  
hoc præceptum sit vere Eucharisticum, non obligat in illis casibus,  
ab Eucharistia vel expressè vel tacitè exceptis, in quibus vel necessitas  
hominis, vel reverentia Sacramenti aliud exigit, ut 1.º in mortis arti-  
culo aut periculo, cum sumendum est Viaticum ei, qui sine gravi in-  
commodo communicare jejunis nequit: non licet tamen Sacerdoti  
non jejunis celebrare ad dandum Viaticum. 2.º Non obligat, quando  
perficiendum est Sacrificium, ut cum, Sacerdos post consecratio-  
nem deficiente, non adest nisi Sacerdos non jejunis, qui illud absol-  
vat: item cum Sacerdos advertit in calice non fuisse nisi aquam,  
cujus jam partem sumsit; tunc enim debet consecrare vinum, et  
consecratum sumere; vel cum post consecrationem recordatur se  
non esse jejunum: quod si Sacerdos ante consecrationem advertat  
se non esse jejunum, tenetur recedere, si possit sine gravi scanda-  
lo. 3.º Si reliquia consecrata post abluitionem sumenda sint, quod  
etiam ad formulas seu hostias integras extendendum est, ubi servari  
non possunt; quia ad unum Sacrificium pertinent: non licet ta-  
men tunc sumere particulas alterius Sacrificii, quae sunt in Ciborio,  
ad illud expurgandum; quia non spectant ad idem Sacrificium. 4.º  
Si periculum sit, ne alioqui Eucharistia ab Infidelibus vel Haereticis  
profanetur, ibid. 353. | De Eucharistia Sacrificiô, vid.  
Missa, Sacrificium:

Eucherius | Sanctus | Quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 53.

Evictio dicitur rei, quam quis emit, aut donò accepit ab eodem abductis  
per Judicis sententiam facta, To. 3. Tr. 5. c. 3. §. 1. n. 273. Co-  
um habet non solum in venditione, sed etiam in permutatione,  
et in quolibet alio contractu oneroso, ibid. n. 275. | Vid. Venditor:

Eusebius Casariensis. Quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 43.

Eutyches, quis fuerit. Aseruit unam esse in Christo naturam post  
unionem, To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 6. n. 207. | Vid. Christus:

Excommunicatio juxta vim nominis est privatio communionis, seu  
ejus accessus ad communionem Eucharistia, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. §. 3. n. 230.  
est censura seu poena Euleis, per quam Christianus privatur

communibus Ecclesia bonis, suffragiis scilicet, Sacrificiis, Sacramentis, p.  
 To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 5. n. 342. Definitur ergo, Communio Ecclesiastica privans  
 internam communionem seu unam ac participationem bonorum spiritualium  
 cum fidelibus communium, et ex Ecclesia voluntate ac dispensatione  
 pendente; sive ex toto, hoc est, omnium bonorum; sive ex parte,  
 id est, aliquorum dumtaxat bonorum, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. §. 3. n. 231.  
 vid. Bona spiritualia: Datur duplex excommunicatio Ma-  
 jor una, altera Minor: prior privati omnibus bonis spiritualibus;  
 Minor vero aliquibus tantum ex iis, quae Ecclesia habet in sua po-  
 testate, ibid. et n. 232. Excommunicatio Major omnium po-  
 testatum, quae ab Ecclesia infligi potest, est gravissima: alio nomi-  
 ne Anathema dicitur, quae non solum gravissimam excommuni-  
 cationis poenam cum aliqua execratione et indignatione adiuncta.  
 Aliquando etiam cum solemnitate aliqua excommunicationis sen-  
 tentia pronuntiatur. Indefinita et absoluta vero lata semper  
 Major intelligitur. Huiusmodi excommunicatio autem fieri non  
 debet nisi ob gravia peccata; et etiam ab ea ferenda abstinendum  
 est, si forte aliquod incommodum aut Schismatis periculum Ecclesia  
 inde immineret, ibid. n. 233. Excommunicationes Majores, et quae  
 ipso facto incurruntur et Summo Pontifici reservantur praecipue sunt  
 contra: Excommunicatio contra Simoniacos, contra Judaeos, con-  
 tra effratores et spoliatores Ecclesiarum, contra Galvanos littera-  
 rum Apostolicarum, supponendo vel corrupendo, contra percusso-  
 res Clericorum; si percussio haec enormis sit, reservatur Papa, si vero  
 levis, Episcopo: haec excommunicatio extenditur etiam ad man-  
 dantes percussorem effectum subrepto; ad habentes ratam percus-  
 sionem nomine eorum factam; ad consentientes, consilium, au-  
 xilium et favorem praestantes; non impediunt, cum possint et  
 in officio tenentur; invitum detinentes in custodia; percussio-  
 nes Clericum etiam consentientem. Ab illa incurruntur excommuni-  
 catione excurruntur: qui Clericum in necessariam defensionem  
 percussit; qui ex ludis, vel disciplina causa; mulier in defensio-  
 nem castitatis Clericum percussit; si percussor Clericum non cognos-  
 cat, quia Clericatus insignia non gerit; aut si Clericus Canonis privile-  
 gio sit privatus. His majoribus excommunicationibus adiungit di-  
 stincte nostrum Argentinense Simoniam realem in Ordinibus et  
 Beneficiis, et confidentiam, dummodo sit publica, ibid. n. 234. et 235.  
 Aliae sunt excommunicationes, quae Episcopis dumtaxat sunt refer-  
 vatae, sicutque in hac nostra Argentinensi Diocesi: Excommunicatio  
 annexa crimini Haresis: Excommunicatio annexa gravi percussioni  
 Clerici vel Religiosi Clericali aut Religionis habitu induti; si sit  
 atrocis, reservatur Papa: Excommunicatio annexa incendiis Tem-  
 plorum necnon domorum profanarum voluntarie procurato ope-  
 re, consilio, mandato; sicut et effractioni ac spoliationi Sacrorum  
 aedium, Monasteriorum, et aliorum piorum locorum, contra pu-  
 blicam denuntiationem; nam post denuntiationem reservatur  
 Papa: Excommunicatio annexa contractui clandestino Matrimonii.  
 In eadem causa Matrimonii excommunicatio annexa falso testi-  
 monio a contrahentibus vel ab aliis mala fide, sive scripto, sive  
 viva voce praestito, ut a Ministris Ecclesiae Matrimonium huic sub-  
 lum benedicatur et celebretur: igitur ab iis excommunicationibus,

qua reservata sunt tam à jure quam ab homine, absolvi tantum possunt vel S. Pontifex, si ipsi reservata sunt, vel Episcopi, si censuram tulerint, vel ipsi sit reservata, ibid. n. 236. Quantum ad effectus excommunicationis Majoris, eorum alii respiciunt ipsum excommunicatum, alii vero, quo agendum est cum excommunicato: qui excommunicatum respiciunt sunt isti: excommunicatio privata participatione Sacramentorum activa et passiva, ibid. n. 238. privat communibus Ecclesia suffragiis, Sacrificiis, publicis precibus, indulgentiis, et aliis laicis actionibus, quae totius Ecclesiae nomine fiunt, ibid. n. 239. privat etiam usu divinarum officiorum, Missae, et Horarum Canoniarum publicis et cum aliis Sacramentorum; quatenus Beneficiatus aut in Majoribus Ordinibus constitutus eas privatim, omnis verbi Dominus vobiscum, recitare tenetur, ibid. n. 240. reddit inhabilem ad Beneficia et Dignitates Ecclesiasticas, ibid. n. 241. privat usum et exercitio licito omnis jurisdictionis spiritualis et Ecclesiasticae, ibid. n. 242. reddit irrita Rescripta Apostolica, ibid. n. 243. Quantum ad modum, quo agendum est cum excommunicato: ibid. Excommunicatus.

Excommunicatio Minor sic dicitur comparata ad Majorem; quia minor est illius, quam intus effectus, nec omnibus res Ecclesiae bonis privati, quibus privantur, qui Majoris excommunicationis vinculo sunt astricti. Definitur Censura, quae quis Sacramenta percipere non potest, nec ad Beneficia aut Dignitates Ecclesiasticas eligi: unde duplex est hujus excommunicationis Minoris effectus, privatio scilicet passiva Sacramentorum, et electionis passiva ad Beneficia et Ecclesiasticas Dignitates: potest igitur, qui tali censura ligatus est, communicare cum fidelibus, Missa Sacrificiis, ceterisque divinis officiis una cum ipsis interesse, retinere jus ad Beneficia conferenda; nisi potest administrare Sacramenta, ibid. n. 251. Minor haec excommunicatio contrahitur ab iis, qui cum excommunicatis non toleratis illicitè, et extra curam non verbo Excommunicatus exponendis communicant: nulla vero contrahitur excommunicatio ex commercio cum excommunicato tolerato, ibid. n. 252.

Ad excommunicationem majorem, quae omnium Censurarum gravissima est, requiritur propria ac personalis culpa: ad Interdictum vero et Suspensionem sufficit aliena, ibid. S. S. n. 256.

Excommunicatus veri non est in Ecclesia, To. 1. Tr. 3, ca. 4. S. S. n. 343. et seq.

Inter excommunicatos etiam publicos, alii sunt non tolerati ac vitandi, qui scilicet publicè Judicis Ecclesiastici sententiâ periculose ac nominatim denunciati sunt excommunicati; alii vero sunt tolerati, seu nominatim non denunciati, et idcirco à ceteris fidelibus non vitandi quantum attinet ad jus Ecclesiasticum dumtaxat; nam fieri potest, ut saepe contingit, quod aliquis hujusmodi excommunicatos vitare tenetur ratione corruptionis, periculi, vel scandali. Excommunicatorum, qui tolerati non sunt, actus, qui ex jurisdictione omnino pendunt, ut absolutio Sacramentalis, Beneficiorum provisiones, &c. irriti omnino sunt et invalidi: non ita est de aliis, qui denunciati non sunt, sed tolerati, Idem Tr. 7. p. 2. c. 3. S. S. n. 257. Si tempore divini officii in Ecclesia adfuerit excommunicatus publicus; si sit toleratus, non sunt intermittenda divina officia; si non sit toleratus, monendus est, ut discedat; quod si discedere noluerit, novam incurrit excommunicationem Papa reservatam; abstantes tenentur exire sub gravi peccato; Sacerdos ab altari recedere tenetur, si ad Canonem nondum pervenerit, seu si illum jam inchoaverit; tunc

*Justiæ Libertatis et iudicium zu nicht Recht*

123

P. 113.

aniam inchoatum Sacrificium perficere debet usque ad communionem  
inclusionis, reliquam vero liturgiæ in loco secreto, puta in Sarcophago, abrol-  
vat, *ibid.* n. 242.

Excommunicatus toleratus, licet illicita, exerat actus jurisdictionis, sed non toleratus, *ibid.* n. 242. Sacerdo-  
tes et omnes Ecclesiastici non debent publice orare pro excommunicatis vitan-  
dis, excepta die et in officio Caracives; privatim vero possunt pro ipsi orare.  
Prohibetur etiam Ecclesia Ministris, ne Sacramenta ministrant coram excom-  
municatis vitandis, aut eos admittant ad divina officia: illicitum quoque est ec-  
tra gravissimam necessitatem Sacramenta petere vel recipere ab excommu-  
nicato non vitando: item omnes Fideles tenentur excommunicatos non tole-  
ratos vitare, eorumque consortium fugere, non solum in rebus divinis, sed  
etiam in profanis: *ibid.* etiam Fideles possunt assistere divinis officiis  
coram seu presente excommunicato vitando, *ibid.* n. 244. Quamvis peccet  
mortaliter, qui cum excommunicato non tolerato in rebus divinis commu-  
nicat; tamen venialiter tantum peccat, qui cum tali excommunicato in  
rebus civilibus ac temporalibus communicat, sedulo Ecclesiasticis discipli-  
na contemptis; incurrit tamen excommunicationem Minorem, *ibid.* n.  
245.

Qui excommunicatus est, in tribunali etiam justitia seculari  
functiones Judicis, Advocati, Actoris, Testis, Tutoris, Curatoris, p. licet  
exercere non potest, *ibid.* n. 246. Excommunicatus etiam Eccle-  
siastica sepultura privatur, si vel nominatim et expresse denunciatus  
sit, vel adeo publicus et notorius Hereticus, ut negari non possit, *ibid.* n. 247.  
Obligatio non communicandi cum excommunicato nominatim denuncia-  
to et vitando est reciproca, nec tantum cadit in ipsum excommunicatum  
ne subiect in societatem aliorum Fidelium se ingerat; sed etiam in ipsos  
Fideles, ne cum in hanc societatem admittant: occurrunt tamen aliqui  
casus, in quibus Societas illa permittitur, ut notabilis utilitas spiritualis  
vel corporalis tum nostra tum excommunicati; Lea Matrimonialis, quæ te-  
nentur conjuges, si vel ambo, vel alteruter excommunicatus fuerit coha-  
bitare secum, p. necessitas communicandi ratione subjectionis et reve-  
rentiæ, quam debent liberi parentibus, et servi Dominis, quamvis excom-  
municatis; ignorantia tam juris quam facti, modo vaga et affectata  
non sit, sed invincibilis: in dubiis autem lata in aliquem excommunica-  
tionis, non tenetur cum quis vitare, sed si certa ipsi foret et cognita  
illius excommunicationis, incerta vero excommunicationis absolutis; ve-  
re capit vitandi aliquod grave incommodum animæ vel corporis, fame,  
et bonorum temporalium, *ibid.* n. 248. Qui contra casus istos commu-  
nicat cum excommunicato vitando incurrit excommunicationem Min-  
orem; si in crimine criminoso, id est, si committat et participet in pecca-  
to, propter quod alius excommunicatus est, incurrit Majoram excom-  
municationem, *ibid.* n. 249. ut et qui excommunicatum sepelit in loco  
sacro; et Clerici, qui à Summo Pontifice excommunicatum admittunt  
ad divina officia, *ibid.* n. 250.

Executor | vid. Cooperatores ad Damnum |

Existencia. Nihil obest, quin iuxta absolutam et communem existentiam,  
inde tres relative in Deo etiam admittantur, *To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 4. §. 2. n.*  
*420. Sols. ob. ibid. n. 429. et seq.*

Exodus vox græca egyptum latine significat, eo nomine secundus Veteris Tes-  
tamenti liber insignitur, *To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 1. n. 191. Sols. ob. ibid. n.*  
*192. et seq.*

Exomologesis. actus, quam Latini in Sacramento penitentia peccatorum  
confessionem dicunt, Exomologesis à Græcis appellatur, à verbo

Græcè Enomologes, quod Latine idem est ac confiteor, atque postmodum etiam ad Latinos translatum est. Enomologes nomen ad duo præcipue significanda usurpatur, 1.º significat totam laboriosam ac publicam penitentiam actionem, præsertim tertium ipsius gradum, qui Substratus dicebatur, quique totus in fletu, jejuniis, aliisque carnis macerationibus transibat; 2.º privatam seu secretam peccatorum declarationem: insuper circa Sæculum VIII, apud Latinos Enomologes nomen sæpe etiam obtinuit pro litanis, litanis vero est Supplex deprecatio cum Summa demissionis testificatione conjuncta: apud Orientales tamen Enomologes nomen antiquam suam significationem semper retinuit, et nunquam pro tota penitentia actione, postquam tamen pro peccatorum confessione sumentur fuit, et etiamnum adhuc sanitur, To. 4. Tr. 5. c. 3. n. 156.

Enoristatus est Ordo, quo datur potestas expellendi Demones à corporibus sive baptizatorum sive catechumenorum: huius materia est tractus libri Enorismorum, forma vero sunt seu verba, quibus iniciandos alloquitur Pontifex, et oratio, quam pro eis fundit, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 4. n. 100. Unicum officium Enorista tribunt Veteres, sicut Demones adirent, ibid. n. 101. 102. ob. ibid. n. 102. et seq. Enoristatum esse verum Sacramentum affirmant S. Thomas et plures alii: communior tamen sententia negat, ibid. c. 8. §. 10. n. 109. et seq.

Extranea unctio | vid. unctio |

Ezechias Rex Juda, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 294.

Ezechiel Prophetæ, cui, et quando vaticinari coepit, et quamdiu vaticinia sua fuderit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 4. n. 400. et 406. quo motis genere obierit, ibid. n. 499. Liber ipsius quid contineret, ibid. n. 498. omnium sanctorum consensus canonicus habetur, quamvis initio apud Hebræos de eo discrepatum fuerit, ibid. n. 499. bina in se occurrentes difficultates solvantur, ibid. n. 499. et 500. 501.

¶

Factor | vid. Procurator |

Gallacia seu Tolus avaritiæ filia est alterius Insuper hinc verbis hinc factis, ex genere hinc est mortalis contra iustitiam, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 2. n. 267.

Fama est bona opinio sive existimatio de alius excellentiâ, quæ opinio efficit, ut habeatur quis pro bono vel absoluto, vel relativo, puta in ordine ad societatem, silentium, artem, &c. To. 3. append. ad Tr. 3. p. 2. c. 3. n. 610. Bona fama definitur à S. Augustino clara cum laude notitia, To. 4. Tr. 7. p. 3. c. 4. §. 3. n. 333. Id tamen contra iniquum famam aut honoris nostri invasorem agere licet, ut scilicet ut illatas contumelias verbis minime contumeliosis repellamus, vel etiam actione injuriarum, si necesse sit, ad regimendam alterius audaciam, vel ad dignitatem et auctoritatem suam tuendam, sine odio tamen, et cum animo ab omni vindictâ remoto ac paratè remittere hanc justam satisfactionem et plures alias injurias ferre, si talis proximi id exigat, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 4. n. 297. item ibid. append. ad Tr. 5. p. 2. c. 2. §. 2. §. 1.

| vid. Detractio, Homicidium |

Gelia Episcopus Urgelitanus | vid. Elipandus |

Fera | vid. Occupatio |

Festum. Dies festi in honorem sanctorum instituti | vid. Sancti |

Fundum. Fundi nomen à federe vel à fide seu fidelitate, quam Vasallus Domino prestare debet, dici videtur; definitur contractus, quo si immo- bilis Dominium utile alicui sub fidei et obsequii conditione traditur à Domino rei ejusdem proprietatem retinente. Qui dat, dicitur Infe- dator; qui accipit, Vasallus seu Fundatarius; quod datur, res fundalis, aut etiam Fundum, sive sit praedium, sive officium, aut quid aliud immo- bile, vel quod pro immobili habetur. Multa erant olim Emphyten- tium inter et Fundum discrimina, quae nunc non amplius subsistunt, ea- que Fundum non ad vires solum sed et ad foeminas devolvitur, atque one- ra tam realia, quam personalia suscipit, To. 3. Tr. 5. c. 2. l. 2. §. 3. n. 185.

Fideicommissum non differt à legato, nisi quod in Fideicommissis verba dirigen- tur ad heredem, in legato autem ad ipsum legatarium. Igitur Fidei- commissum est ultima voluntatis dispositio, qua testator heredi pra- cipit, ut aliquid ex hereditate donet tertio, To. 3. Tr. 9. c. 3. l. 2. §. 13. l. 488. Fideicommissum sicut et Legatum duplex est, particulare scilicet, et uni- versale; prius est, cum alicui designatur aliquod bonum eidem tradi- dum praecipitur heredi; universale est, cum testator omnia sua bo- na vel omnium horum bonorum partem, heredis fidei committit alteri tradenda, ibid. n. 459. Jus Caesarum concedit Fi- deicommissaria quartam partem hereditatis, quae Treballianica di- citur à Jure Consulto Treballiano, ne inutiliter hereditatem adie- rit, ibid. n. 460. Fideicommissum in favorem illius, qui per leges non potest institui heres vel legatarius, non valet; sed legitimus heredi restitui debet, ibid. n. 461.

Fidejussio est contractus, quo quis in se suscipit obligationem solvendi debitum alterius, si debitor ipse non solverit. Varias sunt fidei jussionis condi- tiones; 1<sup>o</sup> Non obligatur Fidejussor, si invalida sit aut extincta princi- palis debitoris obligatio; 2<sup>o</sup> Fidejussor non potest obligari, ut plus debeat, quam debet is, pro quo obligatur; 3<sup>o</sup> Fidejussor non potest conveniri à creditore ad solvendum, nisi prius à principali debitore debitum repe- titum fuerit, et is solvere non possit; 4<sup>o</sup> Fidejussoris obligatio transit ad ipsius heredes; 5<sup>o</sup> tenetur solvere ante sententiam Judicis, sicut et ipse debitor, in cujus bonum succedit; 6<sup>o</sup> peccat graviter, qui certus de sua impotentia ad solvendum pro alio, ejus fidejussorem se constituit, pu- tans fieri posse, ut debitor non sit solvendo, To. 3. Tr. 5. c. 3. l. 2. §. 9. n. 405. Praecipua Fidejussoris jura sunt 1<sup>o</sup> quod potest agere contra debitorem, ut restituat sibi tum illud omne quod solvit, tum damna, quae passus est; 2<sup>o</sup> cogere potest creditorem, ut sibi cedat omnem ac- tionem cum personalem, tum hypothecariam, quam contra debito- rem habet; 3<sup>o</sup> ut non maneat obligatus, si creditor debiti peti- tionem suo tempore neglexerit, et debitor postea factus sit impotens; 4<sup>o</sup> potest litem pro fidejussione sua partium aliquod exiger à debito- re et de eum ipso passum pro ratione quantitatis debiti et periculi, ibid. n. 405.

Fideles in peccato mortali existentes habent fidem Theologiam, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 4. n. 84. | vid. Fides: | habent et Spem, ibid. p. 2. c. 3. §. 2. n. 144. | vid. Spes: |

Fides vox aequo sacros Scriptores aequivoca: prout est virtus Theologica accipitur pro consensu, quem intabescens in imperio voluntatis praebet quibusdam veritatibus propter auctoritatem Dei revelantis, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 6. quomodo definitur ab Apostolo, ibid. c. 1. n. 7. et 8.

et quomodo dividatur, ibid. n. 9. Objectum illius materiale primum est Deus, ibid. c. 2. sect. 1. §. 1. n. 12. Secundarium et minus principale quilibet articulus revelatus, ibid. n. 13. per articulos fidei intelliguntur primaria fidei propositiones, et quare dicuntur articuli, ibid. §. 2. n. 14. Definitur fidei articulus primaria fidei propositio omnibus ab initio ad eundem explicita proposita, et peculiarem difficultatem continens, ibid. n. 15. nullum articulus fidei secundum substantiam, sed tantum secundum explicationem sumptis argumentum suscepti temporis accepit, ibid. n. 16. et 17. praecipui fidei articuli seu capita in Symbolo, et moxum principia in Decalogo continentur, ibid. n. 18. | vid. Symbolum: |

Objectum formale quod fidei est prima veritas in essendo, ut ajunt, seu est ipsamet essentia veritas, ibid. sect. 2. §. 1. n. 59. Objectum formale quo autem est prima veritas in dicendo seu divina revelatio, ibid. n. 59. sol. ob. ibid. n. 60. et seq.

Per id, in quod fides ultimum resolvitur, intelligitur ratio ultima, qua hominem determinat, ut revelatio assensum probet, ibid. §. 2. n. 64. Ultima ergo resolutio fidei est in revelationem divinam tanquam in causam assensus, ibid. n. 65. Fides ultimum in auctoritatem Ecclesiae resolvitur, tanquam in ultimam regulam, per quam divina revelatio cognoscitur, ibid. n. 66. Fides ultimum resolvitur in motiva credibilitatis tanquam in conditionem, sine qua revelatio divina non cognoscitur, ibid. n. 67. Quomodo credens in sua fide procedat, ibid. n. 68.

Principia fidei, seu à quibus actus fidei procedunt, sunt Deus, qui per gratia sua auxilium in fidei actum infundit, et creatura rationalis, quae moventi Spiritui sancto cooperatur, ibid. c. 2. §. 1. n. 69. Fides prout est actus virtutis Theologiae ab intellectu et voluntate procedunt, ibid. n. 70. Motiva credibilitatis comparant ad fidei, sed tantum per modum conditionis necessaria, ibid. §. 2. n. 71. et 72. necessaria debent esse evidenter, ibid. n. 73. et 74. praecipua autem credibilitatis motiva haec sunt, Evangelii propagatio; miracula, quibus Christi, Apostolorum, et Discipulorum divina missio confirmata fuit; sanctitas, qua eminent moralis Evangelica, martyria, quae viri ingenii maturitate, morum integritate, et doctrina, etiam apud hostes fidei, commendati ubique gentium passim sunt, ibid. n. 75. et 76. Judicium de credibilitate fidei Christiana, si sumatur secundum substantiam est naturale; at vero secundum executionem est supernaturale, ibid. n. 76. sol. ob. ibid. n. 77. et seq. per subjectum fidei intelliguntur creatura, in quibus fides reperitur, ibid. c. 4. n. 80. In Angelis victoribus vera fuit fides, ibid. n. 81. In Beatis non est fides respectu eorum, quae necessariam habent connexionem cum essentia divina, esse tamen potest circa illa, quae contingentia sunt et libera, ibid. n. 82. et 83. Nec in Diabolo nec in hominibus damnatis est fides Theologiae, sed reperitur in animabus, quae igne purgatorio torquentur, necnon in fidelibus, qui jacent in statu peccati mortalis, ibid. n. 84. et seq. In Haereticis non reperitur fides Theologiae, ibid. n. 87. sol. ob. ibid. n. 88. et 89.

Tres recensentur fidei proprietates, certitudo, obscuritas, et necessitas, ibid. c. 5. §. 1. n. 90. Circa certitudinem fidei duplex movetur difficultas, una ex parte Dei revelantis, altera ex parte hominis credentis, ibid. n. 91. Deus non potest revelare falsum, ibid. n. 92. quod à parte rei non est

verum, illud non potest homo credere fide divina, ibid. n. 93. Sols. ob. ibid. n. 94. et seq. Fides non est obcura, si per respectum ad motiva credibilitatis aut ex parte revelationis considerentur, ibid. 92. n. 98. est tamen obscura ex parte objecti materialis, quod creditur, ita, ut credi non possit, quod vel videtur sicut, vel videtur, ibid. n. 99. Sols. ob. ibid. n. 100. et seq. Fidei necessitas dupliciter considerari potest 1<sup>o</sup> secundum internum eius actum, seu prout dicitur assensum, quem ratio probat alium veritati precise propter auctoritatem Dei revelantis; 2<sup>o</sup> secundum actum externum, sive externam fidei professionem, que ore, aut opere, aut exteriori aliquo signo fieri potest, ibid. 92. n. 105. Internus fidei actus, defini potest firmus assensus veri revelata ab Ecclesia proposita propter primam veritatem revelantem. ad huiusmodi firmum assensum quinque vulgo numerantur actus prerequisites, ibid. n. 106. quorum tres naturaliter alii possunt, ibid. n. 107. Duo autem supernaturaliter, ibid. n. 108. actus internus fidei est tunc necessitate medietatis necessitate precepti necessarius omnibus adultis, ibid. n. 112. | Vid. Necessitas, actus fidei | Quibus temporibus obliget fidei preceptum, ibid. n. 116. Estat preceptum eliciendi internum fidei actum, ibid. n. 117. non est per se necessarius nisi necessitate precepti; per accidens tamen potest esse necessarius necessitate medietatis, ibid. n. 118. preceptum actus externi fidei seu fidem externam confitendi aliud est affirmativum, negativum alterum, ibid. n. 119. preceptum confitendi externam fidem quando obliget, ibid. n. 120. quando per omissionem confessionis externa fidei honor Deo debitus, subtrahi censetur, ibid. n. 121. item utilitas proximo impendenda, ibid. n. 123. nullo in casu licitum est falsitas externam negare, ibid. n. 124. nec falsam simulare religionem, ibid. n. 124. Iesu lib. 4. leg. non laudatur, quod simulaverit se velle sacrificare Baal, sed solum quod dominum Achab delevisset, et cultum Baal destruxisset; nec Eliseus eodem lib. c. 5. permisit Naaman adorare idolum per simulationem, sed solum se incurrere, ut rex coram idolo genua flectens illi innoteretur, ibid. n. 125. Nunquam licet coram hereticorum, inter se consensionibus vel conventibus hereticorum, cum adest periculum subversionis vel scandali, vel etiam de censetur a vera fide defectio; serio uti vestibus vel aliis signis, qua solum adhibentur ad professionem vel exercitium falsa religionis, legere hereticorum libros de fidei questionibus, et controversiis tractantes, ibid. n. 126. Christiano licet fugere, vel se occultare tempore persecutionis, si ex eius fuga nullum fidei detrimentum in aliis, vel scandalum oriatur, ibid. n. 127. hoc fuga tamen ei est illicita, cuius presentia necessaria est ad alios in fide confirmandos, ibid. n. 128. Fides qua necessaria est ad justificationem non est specialis professionum fides, sed est dogmatica seu catholica fides, assensus scilicet firmus ac certus rebus omnibus a Deo revelatis, To. 2. Tr. 4. c. 2. n. 83. | Vid. Justificatio | Nemo potest nec debet, seclusa speciali revelatione, fide divina credere huiusmodi esse penata, ibid. n. 87. | Vid. Justificatio | Nemo sine interioris gratia auxilio credere potest fide Christiana fidei nostre mysteria, quantumvis credibiliter proposita, ibid. c. 5. sect. 1. 8. 2. n. 151. | Vid. Gratia | Fides et iustitia semel habita, emitti possunt, nec ad solas electos pertinent,



1720

ibid. c. 4. § 2. n. 88. | vid. Justificatio |

Fides bona, Fides mala. Bona fides in Senno Juris est permissio, quâ quis prudentes existimat rem, quam possidet, esse suam, etsi forte sua non sit. Ad legitimam prescriptionem est omnino necessaria, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. § 3. n. 152. et seq. non solum inchoata, sed et continuata, nec ubi cum dubitatio nasci debet aut comitari, ibid. n. 156. et seq. qui mala fidem habet etiam ex ignorantia, prescribere non potest, ibid. n. 155. item apponit ad Tr. 5. c. 2. n. 487. Ignorantia vincibilis tam juris, quam facti, item invincibilis juris facit malam fidem, adeoque impedit prescriptionem, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. § 3. n. 159. | vid. Restitutio |

Filius familias ille est, qui non est emancipatus, sed adhuc subest paternae potestati | vid. Emancipatio | Filii familias alii sunt infantes, qui subiecti annuum aetatis septimum nondum compleverunt; alii imberbes, qui, si mares sint, necdum habent quatuordecim annos completos; si foeminae vero, si sint foeminae: alii proximi pubertati, qui propinquiores sunt termino, in quo incipit pubertas, quam in quo desinit infantia: alii Minores, qui annuum aetatis 25<sup>um</sup> nondum compleverunt, quae completi Majores vocantur, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 2. § 2. n. 197. | vid. Contractus, Surtum |

Filius in Divinis | vid. Trinitas |

Finis improprie et generatim est cujuscumque rei terminus, etsi non intendatur: magis proprie vero et specialiter est bonum, seu id, quod cuilibet gratum et conveniens est; unde finis proprie sumptus, et prout est bonum, in quod tendit agens, et quae obtento cessat actus, definitur à Theologis id, cujus gratia fit aliquid, sive est bonum per se, cujus obtinendi gratia assumitur medium, To. 3. Tr. 1. c. 2. n. 75. Varia illius sunt divisiones: 1<sup>o</sup> alius est finis qui subiecti res illa et objectum, quod per media consequi intendimus; unde dicitur finis ut res, vel finis objectivus, vel finis cuius, id est, cujus consequendi gratia aliquid fit: alius est finis cui, estque suppositum, cui quaeritur res, quae est finis qui: alius est finis quo, estque possessio finis objectivi, seu est actus, quâ finis objectivus possidetur: e. g. in beatitudine coelesti finis qui est Deus, cui homo, quo seu formalis visio beatifica. 2<sup>o</sup> alius est finis operis, estque res illa, ad quam opus in se ordinatur; sic finis elemosynae est sublevatio pauperis: alius est operantis, estque res illa, in quam operans ordinat id, quod facit; sic finis dantis elemosynam est aliquando vanitas, aliquando aliud: finis operis etiam dicitur interior, estque idem ac objectum, finis vero operantis dicitur exterior. 3<sup>o</sup> alius est finis intermedius, estque illa, ad quem actus ita refertur, ut ipsa ad ulteriorem finem referatur; alius ultimus, ad quem subiecti omnia ita referuntur, ut ipsa ad aliud quidpiam non referatur, ibid. n. 76. finis octo numerantur effectus, volitio subiecti, seu amor finis; intentio, quae est actus mentis efficaciter tendere volentis in bonum per media consentanea; Deliberatio seu consilium consistens in actu mentis, quae ipsa inquirat media, corumque unum fine propositum ponderat; consensus, qui est actus voluntatis adherentis consilio rationis, et acceptantis media ab intellectu proposita; electio seu actus, quae voluntas ex pluribus mediis unum alius praefert in

ordine ad finem intentum: electio, ut recta sit et honesta ponderata fieri debet, sicut medium, quod eligitur, debet esse efficacius et magis idoneum ad finis consecutionem; imperium, quod est actus practicus intellectus imperantis usum mediatorum, quae, post habitam deliberationem, electa sunt tanquam ad finem magis idonea; Ufus, qui dupliciter sumitur, scilicet actiue, estque actus electus voluntatis applicantis seipsam et alias potentias ad exequenda iudicata media, et passiue, estque ipsa executio; Denique fructus ultimus, finalis causa effectus, estque quies in fine possessio, et veluti fructus operantis, ibid. n. 89. Horum effectuum tres, scilicet volitio, intentio, et fructus, circa finem versantur, ceteri circa media ad illum, ibid. n. 88. | vid. Beatitudo finis ultimus hominis.

forma voti | vid. Votum.

Formularium Alexandri Papa VII. To. 3. Tr. 4. c. 4. §. 2. n. 182.

fornicatio est copula carnalis soluti cum soluta, To. 3. Append. ad Tr. 3. p. 2. c. 2. §. 10. n. 648. Si, qui sine vi, fraude, dolo, vel promissione aliqua,

sed ex libero virginis consensu, turpem corporis ipsius usum obtinuit, ea iustitia nihil ei debet in foro poli seu conscientia: tamen in foro poli seu exteriori talis corruptor ad dotandam virginem condemnari solent, quia praesumitur virginem deceptum et seducum, nisi contrarium probet: probabile tamen est, quod talis corruptor, et si ex iustitia nihil debeat in foro conscientia, tamen, si dives sit, ex charitate saltem teneatur virginem defloratam pauperem dotare: parentibus ejus autem tenetur restituere damnum, quod eis intulit corrupendo eorum filiam sub ipsorum potestate adhuc constitutam, ibid. n. 649. Mulier tenetur abire prolem a patre usque ad tertium annum; ab anno tertio et deinceps ipse corruptor,

donec proles liberi possit providere; imò ab ipso patre si mater non possit, vel ipse ad id se obligaverit: si vero duo eandem foeminam cognoverint, et dubitatur uter sit pater, uterque tenetur aequaliter hoc onus sustinere: quod si hospitali exposita fuerit proles, debent parentes eidem hospitali restituere expensas, quia hospitale fundatum est pro pauperibus gratis alendis, non pro aliis, nisi ipsorum sumptibus: si autem corruptor gravitate sua causa sit, cui prole ab ipso corrupta diffametur, tenetur ad restitutionem pecuniariam, ibid. n. 650. Qui vi, fraude, vel falsis persuasionibus virginem vitiauit absque promissione Matrimonii tenetur compensare omnia damna virgini et ejus parentibus in dolo obvenientia, vel pecunia, vel eam ducendo: in foro exteriori obligatur ad eam dotandam et ducendam: proles autem impotens censetur etiam vis quadam et seductis. Et si prole aliqua parentibus ex ipsius defloratione nulla obvenierint damna, tamen adhuc videtur corruptor teneri facere compensationem pecuniariam, vel aliam arbitrio boni viri pro damno virginitatis iniuste violata; praesertim si jam nupta damnum aliquod patitur, quia res v. g. innotuit marito, atque ob id durius et deterius ab eo ipsa augetur, ibid. n. 651. Qui virginem sub promissione matrimonii, sive vera, sive ficta, corripit, tenetur eam ducere, ibid. n. 652. excipitur: si praesumat prole deceptam non fuisse, sed tamen et insipienter matrimonii contrahendi per-

129

conspira, quod praesertim contingit, cum magna est conditionum  
disparitas; 2<sup>o</sup>. Si puella ex nimis exaggerationibus, inconstantia, et  
ambiguitate verborum satis animadvertere potuerit promissionem  
fictam esse; 3<sup>o</sup>. Si puella deinceps cum alio fornicatur; 4<sup>o</sup>. Si se virgi-  
nem mentita fuerit, et jam corrupta fuisse deprehendatur, ibid. n. 255.  
Copula soluti cum soluta non virgine ex mutuo consensu extra ma-  
trimonium dicitur simplex fornicatio, ibid. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 251.  
Fornicatio quocumque semper est peccatum mortale, ibid. forni-  
catis cum concubina ceteris est gravior, ibid. n. 252. item fornicatio  
fidelis cum infideli est gravior quam cum catholica; imò haec cir-  
cumstantia mutat speciem, et non solum est contra castitatem  
sed etiam contra virtutem religionis: item fornicatio in Christianis  
habet peculiarem deformitatem. Fornicatio seu copula cum alte-  
rius sponsa, praeiurium, continet utriusque malitiam morta-  
lem iniustitiam, ibid. n. 253.

Fortitudo est virtus, qua animum secundum rectam rationem et legem di-  
vinam moderatur circa ea, quae acriba sunt et terribilia, p. ita, ut nec  
pavore timore, nec temeritate quidquam egerit aut omittat contra re-  
ctam rationem et legem divinam: ejus actus sunt aggressio et persequo,  
To. 3. Tr. 5. proem. §. 2. n. 5. partes ipsius integrantes, quae etiam potentia-  
les dici possunt, sunt fiducia, magnificentia, patientia, perseverantia, et  
magnanimitas, ibid. n. 6. illius objectum materiale sunt pericula et  
labores, formale vero difficultas superandi pericula, et tolerandi la-  
bores, ibid. n. 7. [Vid. Ethic. 1. 2. §. 4. et 5.]

Forum. Nomine fori generatim intelligitur locus, ad quem negotiorum causam  
convenire necesse est: hinc forum venale vocamus locum, quo homines se con-  
ferunt ad vendendum et emendum; forum Judiciale, ubi Jus dicitur;  
quoniam forum Judiciale vulgè appellatur ipsa potestas, iudicandi, in  
quocumque denum loco exercetur: sic sumptum forum Judiciale  
duplex est, scilicet internum et externum; prius alio nomine dicitur  
forum poli seu conscientiae, in quo scilicet causa agitur inter homi-  
nem et Deum, ut in Sacramento poenitentiae; alterum, in quo scilicet  
causa agitur hominis ad hominem, dicitur forum contentiosum:  
forum externum seu contentiosum rursus duplex est, Civile scilicet, et  
Ecclesiasticum; in Civili agitur de rebus temporalibus apud Iudicem  
Secularem; in Ecclesiastico de spiritualibus praesertim, apud Iudicem  
Ecclesiasticum, ibid. n. 262.

Gravis est astuta deceptio proximi per sola facta: est ex genere ho. mortalis  
contra iustitiam, et loq. confunditur cum falsitate seu dolo, To. 3. Tr. 6. p. 3.  
c. 1. §. 2. n. 267.

Industria. Industrium nomine intelligi solet omnis utilitas, quae ex aliqua re colli-  
gitur seu colligi potest deductis expensis, quae fieri debent. Industrias  
alii sunt naturales, qui scilicet sola aut ferè sola operante natura pro-  
veniunt: alii industriales, qui per hominis industriam proveniunt  
ex re materiae sterili: alii mixti, qui scilicet partim naturaliter par-  
tim ex industria proveniunt: alii denique civiles, sicutque redditus,  
qui ex certo iure alicui concesso secundum leges percipiuntur, To. 3. Ap-  
pend. ad Tr. 5. c. 2. n. 487.

Ingentius [Sanctus] dicitur; ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 74.

Iniquum, quod aliqui à furvo aut atro dictum putant, quo plerumque in  
tenebris fieri solet, tripliciter sumitur: 1<sup>o</sup>. latissime pro omni iniusta

L. Tim. (9)  
pag. 121.

damnificatione in bonis alterius, sive commissione, sive omissione fiat; 2<sup>o</sup> latè, per omni injusta acceptione rei aliena, sive ea acceptis sit sponte, ut fit per contractus iniquos; sive occulte, ut fit per furtum, sive sumptum; sive violenta, ut fit per rapinam: 3<sup>o</sup> scilicet, atque sic sumptum definitur usurpatio seu ablatio occulte rei aliena invito rationabiliter Domino, vel ejusdem rei justo detentore, To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 2. c. 4. §. 1. n. 713.

Dividitur 2<sup>o</sup> ratione modi, in manifestum, quando fur apprehenditur cum re furtiva; et occultum, cum non apprehenditur: 2<sup>o</sup> ratione temporis, in diurnum, et nocturnum: 3<sup>o</sup> ratione rei acceptae, in simplex et qualificatum; simplex est ibid., quod modo definitum est; qualificatum vero, quod vestitum est specialibus quibusdam qualitatibus, quae ipsum secundum legem majori poena dignum efficiunt, et quadruplex est: scilicet Sacrilegium, quod est furtum rei sacrae à loco sacro, vel sacrae à loco non sacro; peculatus seu furtum rei ad finem vel ovarium publicum pertinentis; plagiatus, cum vel mancipia à Dominis, vel homines liberi subripuntur aut venduntur, aut in servos retinendi; Benim foveendi causa, dicitur Raptus; Abigatus denique, cum auferuntur seu abducuntur pecora. Ea his furti speciebus sacrilegium solum est, quod peccata morali à furtis differat, ibid. n. 714. Furtum ex his generibus est peccatum mortale; potest tamen esse veniale tum ex defectu cognitionis, tum ex levitate materiae, ibid. §. 2. n. 717. Ut furtum censetur peccatum mortale, ea quantitas requiritur, quae peccatis omnibus circumstantiis infert grave damnum, privatque notabili utilitate; damnum autem, quod respectu unius, puta divitis, leve est, respectu pauperis censeri potest grave; unde eadem quantitas in divitis furtis statui non potest pro materia peccati mortalis, ibid. 718. Ratio ad estimandum damnum Theologi distinguunt quatuor personarum genera; nimum Illustrium, quae splendide vivunt; 2<sup>um</sup> eorum, quae vivunt ex suis redditibus, licet non ita splendide, quales sunt communes divites; 3<sup>um</sup> Artificum, qui hoc sustentant artificios; 4<sup>um</sup> pauperum, qui mendicando sibi consulunt. Communiter statui potest ad furtum mortale respectu personarum primi generis sufficiens florennum cum dimidio; respectu personarum secundi generis florennum; respectu personarum tertii generis, si ars sit majoris huius, medium florennum, si minoris, quindarium coruigeros; respectu personarum quarti generis, septem coruigeros, ibid. n. 719. Haec quidem communiter statui possunt; nam potest fieri, ut qui ex redditibus suis vivit, multo minus commode vivat, quam qui ex majoris huius arte vivit, ut Mercator s. g. sicque minor summa majori illi detrimentum afferat; item contingere potest, ut quis manibus suis operans decem tantum aut duodecim coruigeros, aut etiam quindecim coruigeros vel viginti singulis diebus lucratur, quibus se aut familiam suam sustentat, ex quibus, qui ei decem vel duodecim, vel etiam octo auferat, non possit non censeri notabile et sufficiens ad peccatum mortale detrimentum ei afferre, ibid. n. 720. peccat etiam mortaliter, qui ab uno vel pluribus leves summas furatur, quae simul junctae faciunt quantitatem notabilem, et quidem singulis vicibus, si ab initio habuit voluntatem per plura minima furtiva notabilem quantitatem auferendi, aut res, has ita paulatim notabiliter auferendi, ibid. n. 721. Peccat quoque mortaliter, qui etiam si non ha-

buerit intentionem aliquid notabile auipendi, paulatim tamen notabilem quantitatem accipit, non quidem quorumque actu, sed eo demum et in omnibus sequentibus, in quibus habet notabilem summam ibid. n. 722. requiritur tamen ad peccatum mortale, ut minuta facta continentur moraliter, ibid. n. 723. Qui complet materiam sufficientem ad peccatum mortale furando ab eo, in quo nonit alios, iam modico quodam furato esse, peccat mortaliter, si communi consilio minime illa facta committantur, sed si sine communi consilio, ibid. n. 724. Filii, qui parentum bona subripunt, aut quorvis modo contra iustam eorumdem parentum voluntatem dilapidant, peccant mortaliter, et ad restituendum tenentur, ibid. S. 3. n. 725. Uxor graviter peccat peccato facti, si sine mariti consensu notabile quid auipiant de bonis communibus, aut quorum administratio spectat ad maritum: capiuntur varii casus, in quibus uxor facti res non sit, etiam cum quantitatem satis notabilem subripit, ut si in honesta recreatione et ad decentem sui ornatum et statum aliquid expendit, p. ibid. n. 726. idem dicendum venit de marito, qui etiam ad restituendum tenetur: 1<sup>o</sup> si bona paraphernalia uxoris capiat; 2<sup>o</sup> si dissipet dotem; 3<sup>o</sup> si magnam bonorum communium partem seu quantitatem donet, aut consumat sine uxoris consensu, ibid. n. 727. Peccant peccato facti famuli et ancillae, qui herorum suorum bona vel ipsi diripiunt, vel ab aliis diripi sinunt: excusantur tamen passim ii, qui subripunt aliquid ad bibendum vel comedendum, quod, si a Domino peterent, eis ipsis concederet, ibid. n. 728. Peccant mortaliter Religiosi, qui sine Superiorum licentia aliquid de communitate expendant sine in suum, sine in aliorum usum: idem est de iis, qui aliquid sibi solantum elaverint: poro Religiosi circa quantitatem ad peccatum mortale necessariam solent aequiparari filiis familias, ibid. n. 729. aliena subripere in extrema necessitate factum non est, sed in gravi tantum, ibid. n. 730. Excusatur a furto, qui rem suam propria auctoritate sibi vindicat, dummodo 1<sup>o</sup> res illa vera, liquida, et totaliter sua sit; 2<sup>o</sup> ut eam in iudicio commodè obtinere non valeat; 3<sup>o</sup> ut absit omne periculum laudali; 4<sup>o</sup> ut non exponat proximum periculo rem illam semel et iterum restituendi; 5<sup>o</sup> ut res actu debita sit; 6<sup>o</sup> ut res illa sibi debita sit ex iustitia, ibid. n. 731. Compensatio occulta, si adsint mox recensita conditiones licita est, ibid. n. 732. nunquam tamen laudanda est, quia in ea difficultissime concurrunt dicta conditiones; ibid. Famuli, Sartores, et alii Artifices non possunt absque iniustitia retinere aut subripere de bonis eorum, pro quibus operantur, sub praetextu, quod merces, pro qua pepigerant, non respondeat eorum operibus, ibid. n. 733.

G.

Gaudium de malo alterius | Vid. Invidia |  
Gemma et lapilli ceteraque, qua in litore maris inveniuntur, iure naturali et gentium sunt inventoris, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. S. 3. n. 122.  
Generatio stitipina seu specificè sumpta, et prout solis viventibus convenit, communiter definitur Origo viventis à vivente tanquam à principio conjuncto in similitudinem naturae, To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 2. S. 4. n. 388.  
Genesis primus Veteris Testamenti liber, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 1. n. 174. et seq. To. 6. contra alius auctoritatem, ibid. n. 178. et seq.

Gennadius Massiliensis, Luis; ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 74.

Gemenus (Conradus) Luis; ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 98.

Gloria vana est inordinata cupiditas humana existimationis et lau-  
dis; proprius ejus actus et inordinata manifestatio propria excellentia  
sive vera sive ficta. Est mortalis eodem modo, quo Ambitio.  
Septem sunt ejus filiae, Inobediencia, Fastantia, Hypocrisis, Contem-  
ptio, Bestinacia, Discordia, et Inventio novitatum, de quibus vid.  
Luis Luis. Contra eam et filias suas eadem sunt adhibenda remedia  
ac contra Superbiam; To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 1. n. 260. | Vid. Ambitio, Su-  
perbia |

Joaninus (Jacobus) Ordinis S. Dominici, vulgavit Barisii an. 1647. Eucha-  
logium Graecorum, To. 4. Tr. 3. c. 1. §. 3. n. 64.

Jobolias praeficitur legus Indae, To. 1. Tr. 1. p. 2. l. 1. c. 2. n. 251.

Jonarista, Lusi sunt, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 6. n. 78.

Gonor seu Apparou, mensura genus, quo Hebraei in deserto per 40. an-  
nos maxime usi sunt ad metiendum Manna, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n.  
146.

Gratia. Ordinum ac plenum solum, tot summorum ingeniorum nau-  
fragio famorum est de gratia argumentum. Circa dogma hoc  
vix Catholicis sufficit, si agnoscat ac fateatur summam potentiam  
esse vim gratiae celestis ad inclinanda, quo Deus voluerit, homi-  
num corda; vim illam seu virtutem gratiae a Deo auctore et  
parente esse; sub ea dominatrice liberam semper remanere ho-  
minis voluntatem, ut ipsi obsequatur vel resistat; humanam  
voluntatem divinam gratiam excitatam et adjutam active concur-  
vere ad opus bonum; indivisam esse non partitam gratiam et li-  
bertatis, quoad opus bonum, actionem. Quantum vero ad Scholae  
circa eandem gratiam opiniones, quae salva fidei veritate,  
ac majestate, hinc inde a Theologis propugnantur, facile eas  
quilibet Catholicus ignorare potest vel negligere, cum ad propu-  
gandum fidei dogma quidquam certi non conferant, To. 2.  
Tr. 4. p. 1. c. 1. n. 1.

Gratia inde nomen accepit, quod gratis  
datur: generatim ergo definitur bonum a Deo gratis datum.  
Gratia nomen in scripturis tripliciter sumitur, 1<sup>o</sup> late, sicut  
pro omni eo, quod gratis datur, sive sit naturale sive supernatura-  
le; 2<sup>o</sup> stricte, pro beneficiis supernaturalibus creaturae rationali-  
tatis sive sint ex meritis Christi sive non. 3<sup>o</sup> strictissime, pro  
beneficiis supernaturalibus, quae homini indigno et peccatori ex  
Christi merito conferuntur; unde et gratia Christi appellatur  
atque defini potest bonum Dei gratuitum supernaturale ho-  
mini lapsu concessum per merita Christi Domini in ordine ad vitam  
eternam, ibid. c. 1. n. 2. Dividitur in creatam, quae sunt bene-  
ficia vocationis et justificationis, p. et invecatam, quae sunt bona  
voluntas divina, praedestinatio, unigenitus Dei filius, p. in tem-  
poralem, quae est beneficium gratuitum in tempore collatum, et  
eternam, quae sicut existit ab aeterno, ut praedestinatio ad gra-  
tiam et gloriam, praedestinatio operum salutarium, p. in inter-  
nam, quae sicut est in nobis, ut illustratio mentis, pia voluntatis  
motus, habitus supernaturales, p. et externam, quae sicut extra

nos est, ut doctrina Christi, exempla virtutum, pia exhortationes, &c.  
 in gratiam gratis datam, qua ad aliorum salutem praecipue datur, ut sa-  
 pientia, scientia, et cetera, quae ab Apostolo enumerantur 1. Cor. 12. et  
 Rom. 12. dicitur gratis data, non quod ipsa sola gratis datur, sed quia  
 cum proprio et specifico nomine caret, ei nomen genericum tribuitur pa-  
 ni gratis conveniens; et gratiam gratum faciens, qua ad propriam re-  
 cipientis salutem praecipue datur, atque eo tendit, ut quis perfectus  
 Deo vivat, eique totaliter adhaereat, quod ipsi est longe gratissimum.  
 Duplex est habitualis, quae et sanctificans nuncupatur, estque gratia  
 animae permanenter inherens per modum habitus; et actualis, quae est  
 auxilium internum supernaturale transiens, quae Deus creaturam in-  
 tellectualem illustrat, excitat, et adiuvat ad eliciendos actus salutares.  
 est ergo illustratio seu cogitatio supernaturalis in intellectu, et pia affec-  
 tio similiter supernaturalis in voluntate: subdividitur in excitantem,  
 quae etiam preveniens, preparans, operans, cooperans et voca-  
 tio appellatur, estque supernaturalis a Deo immixta sancta  
 cogitatio et indeliberata voluntatis motio seu affectio, qua ho-  
 mo ad bonum et malum cognoscendum, illudque agendum, hoc  
 vero fugiendum excitatur; adjuvantem, quae etiam coo-  
 perans et concomitans dicitur, estque supernaturale auxilium  
 seu actualis Dei influxus, quae roborata voluntas libere consentit  
 gratiae excitanti; et subsequenter, quae est auxilium Dei super-  
 naturale, quo firmatur voluntas in bono proposito, et adjuva-  
 tur, ut illud ad executionem perducatur: Denique gratia exci-  
 tans subdividitur in sufficientem et efficacem; prior est ea, quae po-  
 test habere, sed non habet effectum, ad quem datur, idque ea sola vo-  
 luntatis volentis ei consentire; dicitur sufficientis, non quod gra-  
 tia efficax non sit etiam vere sufficientis, sed quia, cum proprio et spe-  
 cifico nomine caret, commune utrique divisionis membro nomen ac-  
 cipit; subintelligitur autem vox vere, nam re vera est vere suffi-  
 cients; gratia efficax vero est vere sufficientis et insuper efficax, ut  
 potest, quae non solum potest habere, sed etiam certo et infalibili-  
 ter habitus est effectum, si datur, ibid. n. 3. | Vid. infra: | Ita  
 Ennes, praecipue circa gratiam, ibid. c. 2. n. 4. ut Iudaeorum, Origenis,  
 ibid. s. 1. l. 5. Pelagii, qui primus gratiam Christi impugnasse cense-  
 tur, ibid. s. 2. n. 6. Semipelagianorum, ibid. s. 3. n. 7. Praedestina-  
 tionum, ibid. s. 4. n. 8. Wiclefi et eius sectatorum, ibid. s. 5. n. 9.  
 Lutheri et Calvini eorumque sectatorum, ibid. s. 6. n. 10. et seq. Mi-  
 chaelis Baii, ibid. s. 7. n. 11. Jansenii Yvernis Episcopi, ibid. s. 8. n.  
 12. et 13. | Vid. Natura humana: |  
 Gratia habitualis hoc nomine venit, quia ad modum habitus animae  
 inheret; dicitur etiam gratia sanctificans, adoptiva, sementis, et  
 pignus hereditatis, definiturque supernaturale Dei donum animae  
 intrinsicè et permanenter inherens per modum habitus, quo homo  
 formaliter et permanenter redditur iustus, sanctus, Deo gratus, filius Dei  
 adoptivus, et haeres vitae aeternae, ibid. c. 4. s. 1. n. 53. et seq. Sols. ob. ibid.  
 n. 55. et seq. Disputant Theologi num gratia sanctificans seu  
 habitualis sit quid realiter distinctum à charitate: affirmat S. Tho-  
 mas et eius discipuli, negant alii, ibid. n. 61. Existit ergo gratia  
 sanctificans seu habitualis, ibid. n. 62. Ad rationem gratiae bene-

tificantis, propter charitatem, pertinere etiam videntur alie virtutes, que, quia pariter à Deo animis infunduntur, infusa nunquam sunt. In justificatione ergo, qua est effectus formalis gratie habitualis, infunduntur virtutes Theologicae et omnes virtutes ~~cardinales~~ morales ordinis supernaturalis, et omnia dona Spiritus sancti, ibid. n. 63. Qui gratiam à charitate distinguunt gratiam habitualis subiectum esse ipsius anime essentiam volunt; qui vero negant gratiam à charitate distinguunt, tenentur gratiam habituales immediatè in voluntate recipi, ibid. n. 64. Effectus gratie habitualis sunt praecipue isti, 1<sup>o</sup> peccata delet; 2<sup>o</sup> corda eorum, in quibus diffunditur, immutat, atque ex peccatoribus et impiis justos, pios, et sanctos efficit; 3<sup>o</sup> ex inimicis et Des exois reddit amicos, dilectos, cives sanctorum, et domesticos Dei; 4<sup>o</sup> per illam fiunt homines consortes divinae naturae; 5<sup>o</sup> per eam homo efficitur filius Dei adoptivus verò ac proprio quodam sensu; 6<sup>o</sup> constituit eum heredem vitae aeternae, ibid. S. 2. n. 79. Inter insignes istos ac eximios gratie habitualis effectus duo potissimum sunt justificatio scilicet et meritum, de quibus gravissima occurrunt controversiae Catholicos inter et Aetholicos, ibid. n. 80.

1. Vid. Justificatio, Meritum:  
 Gratia actualis supra à nobis definita mentem illustrat, ut diximus, et voluntatem excitat atque adjuvat, unde excitans dicitur et adjuvans: famosissima est hujus actualis gratie divisio in sufficientem et efficacem, ibid. a. 5. n. 133. Pelagiani et Semipelagiani

asserunt, posse aliquem sine gratia actuali aliquò conducens ad salutem, ibid. Sect. 1. S. 1. Nemo sine gratia actuali quòquam potest velle, agere, perficere, aut etiam inchoare, quòd conducat ad salutem aeternam, ibid. n. 136. et 137. Sols. ob. ibid. n. 138. et seq. Homo justus propter habituales seu sanctificantem gratiam, indiget actualis gratie adiutorio, ut bonum supernaturale et ad salutem conducat, ibid. S. 2. n. 143. Sols. ob. ibid. n. 154. et 155.

Ad servanda omnia mandata divina, et ad superandas graves tentationes necessaria est homini etiam justo gratia actualis, ibid. n. 149. Sols. ob. ibid. n. 154. et 155. Homo justus cum ordinariis gratia auxiliis non potest toto vitae suo tempore omnia omnino peccata venialia vitare, ibid. n. 150. Sols. ob. ibid. n. 156. et seq. Nemo sine interioris gratie auxilio credere potest fide Christiana mysteria fidei nostrae, quantumvis credibiliter proposita, ibid. n. 151. Sols. ob. ibid. n. 162. et 163. Deus sine gratia interioris illustrationis et inspirationis amari non potest amore perfecto seu super omnia, ibid. n. 152. Sols. ob. ibid. n. 164. et seq. Homo etiam infidelis potest solis naturae viribus facere aliquò opus bonum morale naturale, seu actum naturalem ex omni parte, etiam ex fine honestum, contra quam sentiant Lutherus, Calvinus, Bajus, Jansenius, et eorum affecta, ibid. n. 153. Sols. ob. ibid. n. 176. et seq. 24.

Nomine gratie sufficientis ex fide Eulera intelligimus auxilium supernaturale praebens voluntati veram et expeditam potentiam saltem mediatam agendi bonum supernaturale: Dasi hujusmodi negant Lutherus et Calvinus, quibus se adiungit Jansenius, quem sequuntur eius discipuli, qui nomine gratie sufficientis intelligunt voluntatem vel gratiam habituales solam, vel parvam quandam

vid. etiam Exercit. Theol. Exercit. 10. n. 176. et seq.



gratiam actualem, qua totum habet effectum, ad quem datur, nempe  
valentiam, ibid. Sect. 2. n. 186. In statu naturae lapsae et per Chris-  
tum reparata datur gratia verè sufficiens, ibid. S. 1. n. 187. Solv. ob. ibid.  
n. 188. et seq.

Contendunt Lutherus et Calvinus mandata Dei  
simpliciter et etiam cum gratia maxime efficaci hominibus justis esse  
impossibilia, ob eam scilicet concupiscentia labem, quae etiamnum  
sanctissimi eorum operibus semper adhaerent, ibid. S. 2. n. 199. ad  
istum errorem propè aequit Jansenius, ut qui tractatur justis etiam vo-  
lentibus et conantibus secundum praesentes, quas habent, vires, aliquando  
desse gratiam, immò et spiritum orationis, quo possibilia fiunt Dei pro-  
cepta, ibid. Justis omnibus conferatur gratia sufficiens, cum  
instat preceptum, aut rogat tentatis, ibid. n. 200. Solv. ob. ibid.  
n. 201. et seq.

Jansenius passim gratiam Christi sufficientem  
solum Catholicorum intelletam fidelibus omnibus peccatoribus, sive obduratis  
sive etiam non obduratis adimit. Quidam Theologi Catholici arbitran-  
tur magno peccatores illos, qui vulgò justà Scripturae phrasim obdurati  
et excoicati dicuntur, omni prorsus gratia interioris auxilio destitui in  
penam praecedentium facinorum: communis tamen ceterorum fer-  
mè obrium sententia est, fidelibus peccatoribus omnibus etiam ob-  
duratis et excoicatis pro loco et tempore concedi gratias saltem mediata  
sufficientes, tum ut à novis peccatis absterneant, tum ut à veteribus  
emergere possint, ibid. S. 3. n. 211. quam sententiam ulterò amplecti-  
mur, ibid. n. 212. et 213.

In fidelibus omnibus, etiam in, qui  
nihil unquam audierunt de rebus fidei, datur pro loco et tempore gratia  
sufficiens ad salutem, contra quam sentiat Jansenius, ibid. S. 4. n. 214.  
et 215. Solv. ob. ibid. n. 216. et seq. Item Enchir. Theol. Enchir. II. n. 190. p.

Gratia efficax, ut supra dictum, est ea, quae cum voluntas potest  
operari et infalibilibiter operatura est, si datur; sive ea est, quae  
infalibilibiter conueniens est cum effectu, ad quem datur; adeoque quae non  
solum potest exprimere voluntatis consensum, sed et illum semper cer-  
tò et infalibilibiter exprimit et obtinet: hanc existere fide constat  
omnesque sive Heterodoxi sive Catholici fatentur; sed circa illi-  
us essentiam, seu in quo ipsa consistat, tum Heterodoxos inter  
et Catholicos, tum inter istos ipsos magna vigent controver-  
sia, ibid. Sect. 3. n. 230.

Opiniones Catholicorum circa essen-  
tiam gratiae efficaciæ, ibid. S. 1. n. 231. Gratia efficax nullam  
voluntati necessitatem imprimit, ibid. n. 232. Solv. ob. ibid. n.  
234. et seq. Vis et efficacia gratiae non est repetenda ea de-  
lectatione superiori seu per gradus relative victici, ibid. n. 233.  
Solv. ob. ibid. n. 234. et seq.

Varia Catholicorum Doc-  
trinae circa gratiae efficaciam systemata, ibid. S. 2. n. 246.  
Systema Thomistarum, ibid. n. 247. longè diversum est à Syste-  
mate Jansenii, ibid. n. 248. Systema Augustinianorum, ibid. n. 249.  
differt etiam à Janseniano, ibid. n. 250. Systema Molinae, ibid. n.  
251. longè diversum est ab errore Semipelagianorum, ibid. n. 252.  
Systema Congruistarum, ibid. n. 253. Systema Thomassinii, ibid. n.  
254. Systema Turmelii, ibid. n. 255. Quod hinc de re sentia-  
mus, ibid. n. 256. vid. inf. Enchir. Theol. Enchir. II. n. 207. et seq.

Gregorius Thaumaturgus | Sanctus | Locus, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 41.

Gregorius Nazianzenus | Sanctus | Locus, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 51.

Gregorius Nyssenus | Sanctus | Locus, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 52.

Gregorius Turonensis | Sanctus | Locus, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 78.

Gregorius Magnus | Sanctus | Locus, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 79.

Guilielmus Care; Locus, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 102.

Gula est inordinatus appetitus vel usus cibi aut potus: sumitur aliquando strictius proinde continet inordinationem solum in cibo et potu non inebriante. Communiter committitur quinque modis: 1<sup>o</sup> si comedas ante tempus; 2<sup>o</sup> si nimis exquisita, id est, pretiosiora, quam tunc statui conveniat vel necessitati; 3<sup>o</sup> si plus justo; 4<sup>o</sup> si voraciter; 5<sup>o</sup> si nimis exquisita preparata, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 3. n. 268. Peccatum gula mortale est in multis casibus, 1<sup>o</sup> ratione affectus graviter inordinati, quo quis ita inhaeret oblationibus cibi vel potus, ut minus finem suum ultimum constituat; 2<sup>o</sup> si quis bibat ad ebrietatem; 3<sup>o</sup> si quis ob solam voluptatem cibi et potu ad vomitum scienter se inquirat, aut postquam multum comedit et bibit, ad vomitum se onerit, ut iterum ob solam voluptatem edat et bibat; 4<sup>o</sup> ratione gravis noverenti, quod quis ob gulam sibi, aut familiae suae, aut creditoribus, aut gravem patienti necessitatem infert; 5<sup>o</sup> si quis, extra necessitatem gravem saltem, carne humana aut sanguine vescatur, 6<sup>o</sup> ratione gravis scandalis, vel periculi peccandi graviter. Extra hos casus peccatum gula est solum veniale, ibid. n. 269. Remedia adversus gulam sunt 1<sup>o</sup> considerare gula incommoda a damna; 2<sup>o</sup> vitare occasionem; 3<sup>o</sup> sectari in omnibus temperantiam; 4<sup>o</sup> semper sibi in mensa retrahere aliquid modicum, quod adhuc hinc sibi possit, et praesertim quod magis aridet palato, ibid. n. 270. | Vid. Ebrietas, Habitus mentis, Ineptalitia, Multiloquium, Surrilitas.

H.

Habacuc Prophetas. Locus, et quando floruerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 4. n. 540. et 541. ipsius liber quid contineat, ibid. n. 562.

Habitatio est jus habitandi in alienis domibus salva earum substantia. In Jure Civili distinguitur ab usu domus; qui enim solum usum habet domus, eam per se habitare tenetur; qui vero jus habitatio- nis habet, non solum in ea domo per se degere, sed etiam aliam eam locare potest: tota locatarii vita perducatur, nisi aliter conventum fuerit, To. 3. Tr. 5. c. 2. sect. 2. §. 2. n. 181.

Haereticus ad infidelitatem positivam reducitur et est hominis Christianis- mum profitentis error pertinax contra veritatem immediate a Deo revelatam, et ab Ecclesia propositam, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 1. n. 331. | Vid. Apostasia.

Haereticus publici et manifesti non sunt proprie et verè in Ecclesia, To. 1. Tr. 3. c. 1. §. 1. n. 120. et seq. Solum ob. ibid. n. 315. et seq. Haereticus

139

oculti sunt in Ecclesia sed imperfecte duntaxat, *ibid.* n. 322. *fol. 86.*  
*ibid.* n. 324. et seq. *Haereticus non habet fidem Theologiam, To. 3. Fr. 3.*  
*p. 1. c. 4. n. 87. |: vid. Fides:| nec habet Spem, *ibid.* p. 2. c. 3. §. 2. n. 173.*  
*|: vid. Spes:|* Disputatio de rebus fidei cum Haereticis prohibita  
 est omnibus Laicis, excepto eam necessitatis, si laicus sit doctus: haec tamen  
 prohibita in locis, ubi Haeretici grassantur et Catholici sunt permitti,  
 per contrariam consuetudinem videtur esse abrogata: tamen jure  
 naturali prohibita est talis disputatio cuilibet indoto, etri (Clerico: item  
 omnibus illicita est disputatio de rebus fidei coram Catholicis indoctis et  
 simplicioribus, *To. 3. Fr. 6. p. 3. c. 2. §. 1. n. 337.* Lectio librorum here-  
 ticorum jure naturali eis interdicitur, quibus ea causa imminet periculum  
 perversionis, quales sunt infirmi in fide, ac esse presumuntur rades,  
 et in rebus fidei parum eruditi: imò, excluso etiam periculo perversionis,  
 est graviter illicita etiam doctis et firmis in fide, quando est ab Ecclesia  
 simpliciter et absolute prohibita est; porro hujusmodi haereticorum librorum  
 lectio et retentio semper ab Ecclesia prohibita fuisse prohibetur, *ibid.*  
*n. 338.* Sed non minus, imò multo magis periculosa sunt scripta fu-  
 cati quibusdam luminibus respersa Pseudo-politicorum, et impiorum  
 hominum, quos libertinos, Gallicè libertins vocant: hujusmodi scripta  
 et libri sub gravibus poenis, non levis ac libri haereticorum in Bulla Ge-  
 ne, et in India prohibentur; mortalitèrque peccant, qui tales pestife-  
 ros libros legunt, legi audiunt, aut retinent, *ibid.* n. 339. Haereti-  
 corum poena sunt Excommunicatio major ipso facto lata; Irregula-  
 ritas; Infamia juris, si haeres sit notoria; Privatio Beneficiorum  
 et dignitatum; Bonorum confiscatio; Privatio sepultura: item ex-  
 dantes, receptatores, defensores, et fautores, Haereticorum ipso facto in  
 Excommunicationem incurrunt, et privantur sepultura Ecclesiastica,  
*ibid.* n. 346. |: vid. Infideles:|

Hebetudo mentis seu Stupiditas, orta ex crapula est mortalis, quando quis  
 ex intemperantia fit ineptus ad intelligenda vel prestanda ea, quae  
 ei sunt ad salutem necessaria, aut ad quae graviter obligatur,  
*To. 3. Fr. 6. p. 3. c. 1. §. 3. n. 277.*

Hemina seu Cotyla, liquidorum mensurae genus, *To. 1. Fr. 1. p. 1. c. 8. n. 100.*

Henricus Gandavensis, Luis, apud Opera, *To. 2. Fr. 4. c. 1. §. 2. n. 96.*

Hesychius, Septuaginta veteris Testamenti interpretatio-  
 nem emendavit, *To. 1. Fr. 1. p. 1. c. 7. n. 106.*

Herapla Origenis, quid sint, *To. 1. Fr. 1. p. 1. c. 7. n. 105.*

Hierarchia. Hierarchia nomen ex graeco fonte descendit, sicut ex  
 vocabulo ἱερος latine Sacer et ἀρχή latine Principatus: Hie-  
 rarchia igitur idem est ac Sacer Principatus, Praefectura seu Po-  
 testas: Principatus autem est terminus relativus significans ordi-  
 nem ad subditos; nemo quippe sui ipsius Princeps ac Dominus di-  
 citur: in Hierarchia ergo alii sunt Principes, agentes, ac divi-  
 nas illustrationes in subditos refundentes; alii Subditi, et pati-  
 entes, vel recipientes divina charismata, seu dona et gratias.  
 Principatus iste dicitur Sacer non ex eo precise, quod sit à Deo  
 institutus, sed quia est in ordine supernaturali et gratia, totumque  
 versatur in functionibus sacris, et scopus ejus ac finis est ad Deum  
 adducere, et subditos Deiformes reddere, *To. 4. Fr. 7. p. 2. n. 167.* Hiear-  
 chia nomen primo usurpatum invenitur in Opere, cui titulus est: De

Hierarchia coelesti et Ecclesiastica; inquit Auctor probabiliter creditur  
 S. Dionysius Areopagita p[ro]f[ess]or dicitur ab Areopago, foro Atheniensi, ad quod Ju-  
 dices, a quorum numero ipse erat, nocte convenire solebant, et tunc lu-  
 mine judicium enervabant, ne personarum acceptionem haberent. p[er] S.  
 Paulum Athenis ad fidem conversus, ibid. n. 158. et 159. Hierarchiam  
 describit Dionysius noster his verbis: Est hierarchia meo iudicio sacer ordo,  
 scientia, et actio, quae ad Deiformitatem, quantum fas est, accedit, at-  
 que ab imitibus sibi divinitus illustrationibus proportione quadam ad  
 Dei subrebitur imitationem. Tria ergo in hierarchia includuntur,  
 scilicet Sacer. S. Do., Scientia, et actio: prior est sacra potestas, seu auto-  
 ritas a Deo ordinata ad perficiendos subditos: Scientia sunt divina illustra-  
 tionis motiones et alia charismata, quibus hierarchia fit Deiformis velu-  
 ti speculum purissimum radios divini luminis excipiens, ut in subditos trans-  
 fundat: Actio sunt functiones hierarchiae, ibid. n. 171. Hierarchi-  
 am sic descriptam in triplicem partitur Dionysius, scilicet in coelestem  
 seu Angelicam, Legalem, id est, Veteris Testamenti, et Ecclesiasti-  
 cam seu Novi Testamenti, ibid. n. 172. Hierarchia Ecclesiasti-  
 ca ad scholam normam defini potest potestas hominum sacrorum or-  
 dinata debitum in subditos satiens principatum, ibid. n. 173. Eis-  
 tere huiusmodi humanam et Ecclesiasticam hierarchiam velut de-  
 fide definiunt Concilium Tridentinum, ibid. n. 175. Solus. ob. ibid. n. 176.  
et seq. constatque tribus Ordinibus, Episcopis scilicet, Presbyteris, et Minis-  
 tris, ibid. n. 179. nomine Ministrorum veniunt Diaconi: an vero eti-  
 am eodem nomine intelligi debeant Subdiaconi et ceteri inferiorum  
 Ordinum Ministri non est una omnium sententia, ibid. n. 180. imper-  
 fecti saltem et improprie Hierarchiae dicitur possunt, ibid. n. 181.  
 Ad functiones hierarchicas scientia est absolute necessaria; quia sine  
 scientia et actio reprehensibilis, et ordo inutilis est; proinde ignorantia  
 est irregularitas, circa quam multa potest esse dispensatio, ibid. c. 2. §.  
unic. n. 212. Officium sive actus viri hierarchici est; 1<sup>o</sup> subditos purga-  
 re ab ignorantia, errore, et laeae peccati; 2<sup>o</sup> purgatos illuminare, ac  
 sublimia docere, puta quae sunt mysteriorum doctorum, v. g. Eucharistia  
 sacrificii excellentia et virtus, quae dignitas adoptionis filiorum Dei, et  
 quam eximium donum gratia sanctificans, communicatioque spiritus  
 Christi, ex quo procedere debent iustorum opera; 3<sup>o</sup> illuminatos per-  
 ficere, quod proprium est Episcoporum, qui ut plenitudinem spiritus  
 sancti conferunt per sacramenta confirmationis et Ordinis, Semonstra-  
 re debent excellentiorem viam eis, qui huiusmodi sacramentis sunt vel  
 initiandi vel jam initiati, ibid. n. 213. Hierarchicus nosse debet  
 legem divinam et Evangelicam; item leges humanas tum Ecclesiasti-  
 cas, tum Civiles, ibid. 214. et seq. |: Vid. etiam To. 2. Tr. 2. c. 1. §. 7. |

Hieronymus |Sanctus| Locus, eius Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 58. Novum tes-  
 tamentum a Graeco in Latinum transtulit, vel saltem emendavit,  
 To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 7. n. 211.

Hilarius Pictaviensis |Sanctus| Locus, eius Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 46.  
Him vox hebraea, certum mensurae genus significans, quod decem continet  
 congios, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 142.

Historia humana est narratio rerum quovis saeculo et stata gestarum, et  
 eorumdem annotatio. Ecclesiastica vocatur, si res Ecclesiam praecipue  
 spectantes; Profana autem, si saecularia praecipue tractat, To. 1. Tr. 4. c. 2.  
 n. 104. Historia sive profana sive Ecclesiastica cognitio Theodori peruti-  
 lis, uno quodammodo necessaria est, ibid. n. 105. Regula, quibus ve-

va historia à fletis dignantur, *ibid.* n. 106. et hq.  
 Historicus. Nullus Historicus proter Auctores Sacros potest facere eam certitudinem,  
 qua fidem generat, *To. 1. tr. 4. c. 2. n. 110.* Historici graves ac fide digni, qua-  
 les sive in Ecclesiasticis, sive in secularibus nunquam reperiri est, Theologo  
 argumentum probabile suppeditant, *ibid.* n. 111. Omnes probati ac graves  
 Historici, nullo contradicente, factum aliquod enarrantes Theologo certum  
 argumentum suppeditant, *ibid.* n. 112.

Homicidium est occisio hominis, vel corporis humani animati peremptio: Dividi-  
 tur 1<sup>o</sup> in homicidium sui, et alterius; 2<sup>o</sup> homicidium alterius dividi-  
 tur in illud, quod fit auctoritate publica; et in illud, quod fit auctoritate  
 privata; 3<sup>o</sup> quod fit auctoritate privata vel fit ob necessitatem sui defen-  
 sionem vel non; 4<sup>o</sup> quod fit sine hac necessitate vel est casuale, vel  
 voluntarium; 5<sup>o</sup> voluntarium vel directe volitum est, vel indirecte im-  
 tanat; 6<sup>o</sup> quod est directe volitum vel fit ex condito, vel non fit ex con-  
 dito, *To. 3. append. ad To. 5. p. 2. c. 2. §. 7. n. 576. §. 2. 579.* Homicidii nomen  
 in deteriore partem semper sumi solet, prout nempe est injusta occisio;  
 sicque sumptum definitur solet Injusta hominis occisio, vel corporis huma-  
ni animati injusta peremptio, ibid. §. 1. n. 576. Occisionis nomine eti-  
 am veniunt iniqua mutilationes, tortura, percussiones graves, *ibid.* n. 577.  
 Homicidium est peccatum ex se mortale, potestque fieri gravius ex cir-  
 cumstantiis, *ibid.* n. 578. Non licet homini sumptum directe et  
 proprio motu occidere; nec se mutilare contra casum necessitatis; at  
 vero licet homini se indirecte et negative occidere, *ibid.* §. 2. n. 580 et hq.  
 Solo. ob. *ibid.* n. 583. et 584. Licetum est Principibus et Magistra-  
 tibus publica auctoritate praeditis malefactores occidere, *ibid.* §. 3. n. 585.  
 at id non licet privata auctoritate, *ibid.* n. 586. Nunquam licet  
 interficere innocentem sine speciali Dei mandato, qui casus nunc raro  
 aut nunquam contingit, *ibid.* §. 4. n. 587. |. vid. Abortus. | Homi-  
 ni licet injustum aggressorem occidere in propria vita defensionem,  
 dummodo adint sequentes conditiones, 1<sup>o</sup> ut occisio fiat cum moderami-  
 ne inculpata tutela; 2<sup>o</sup> ut actio iniqui invasoris sit vera per vim ag-  
 gressio; 3<sup>o</sup> ut nihil ex odio, neque ex animo vindicta fiat, et non in-  
 tendatur per se et primario mors invasoris, sed sola vita propria conser-  
 vatio per justam sui defensionem; 4<sup>o</sup> ut aggressor non sit persona  
 cuiuslibet necessaria vel valde utilis, ut Princeps, Dux castratus, p.  
*ibid.* §. 6. n. 590. et hq. Non tamen dignitatem percussorem et occisio-  
 nem injusti vita aggressoris in praxi raro culpa vacare, quia fieri nun-  
 quam levantur conditiones ad licitam defensionem requisita, *ibid.*  
 n. 605. Non licet propter bona temporalia seu fortuna, etiamsi  
 sint magni momenti, et aliter recuperari non possunt, injustum eorum  
 invasorem occidere, *ibid.* §. 7. n. 608. Solo. ob. *ibid.* n. 621. et hq. In-  
 quum fama aut honoris nostri invasorem neque etiam licitum est occi-  
 dere, *ibid.* n. 611. et hq. Solo. ob. *ibid.* n. 625. et 626. ino neque licet ala-  
 pam pro alapa reddere, *ibid.* n. 614. Neque etiam licitum est injus-  
 tum pudicitia invasorem occidere, *ibid.* n. 617. Solo. ob. *ibid.* n. 627.  
 Homicidium absolute et simpliciter casuale, quod scilicet nec in se nec  
 in sua causa est voluntarium, non est peccatum, nec proprie homicidi-  
 um, sed simplex occisio, *ibid.* §. 8. n. 628. Homicidium non omnino  
 casuale est peccatum plus vel minus grave, prout plus vel minus est vo-  
 luntarium, *ibid.* n. 629. Homicidio casuali directe opponitur ho-  
 micidium ex condito |. vid. Duellum. | Qui alterum occidit aut  
 mutilat, duplex ei damnum infert, unum personale seu naturale,  
 quod in vita aut membrorum privatione consistit; aliud temporale,

cujus species seu partes maxime sunt 1<sup>o</sup> impensa facta in mutatione agri; 2<sup>o</sup> lucrum cessans; 3<sup>o</sup> Damna, qua patiuntur heredes aut alii, quibus boni aliquid prestabat, aut prestare debebat occisor; ibid. n. 635. Quantum ad Damnum personale seu naturale, probabiliter videtur, quod injustus occisor, seu qui alium injuste mutilavit, pro vita aut membro percipi sumptibus aliquid restituere teneatur, ibid. n. 636. et 637. quod autem pro vita et membro dandum sit proutum, id prudentium, iudicio definiendum est, ibid. n. 638. | Vid. Restitutio: Damna temporalia resarcire tenetur injustus occisor, heredibus | necessariis duntaxat: | expensas, que in occisi mutatione facta sunt; cibos, quibus uti propter morbum coactus est, qui laesus fuit, iis tamen deductis, quos alios consumpsisset; lucrum, quod ex operibus percipitur fuisse, ibid. n. 639. item occisi creditoribus, quod proutem judicari potest ab occiso restituendum fuisse, ibid. n. 640. Idem occisor etiam restituere tenetur, etiamsi supplicium huius pro homicidio, ibid. n. 641. Idem tenetur, et si occisus moriendo testatur se ei condonare, ibid. n. 642. imò etiam occisoris heredes, in eius defectum, tenentur ad restitutionem, ibid. n. 643. etiam ad restitutionem tenetur qui unum putans esse alium, occidit, ibid. n. 644. is autem, qui occidit hominem parvo post ex infirmitate moriturum, vel iuste à iudice occidendum, solium tenetur pro operibus vel lucris cessantibus secundum breve tempus, ibid. n. 645. quo supervivens erat: si vero ille, quem occidit, ab alio injuste occidendus erat, tum restitutionem totius prestare tenetur: similiter qui brachium alium amputavit, qui parvo post non ex accepto vulnere, sed alia occasione mortuus est nisi partum, aut sententia iudicis precesserit: | solium tenetur pro tempore, quo supervivit, ibid. n. 646. probabiliter etiam is, qui in duobus alterum occidit, tenetur ad restituendum tum creditoribus, tum uxori et filiis occisi, si indigent, atque occisus ex questu alebat, ibid. n. 647. quoad estimationem damnorum realium seu temporalium, que ex occisi morte consecuta sunt, spectanda est occisi conditio; item attendendum id, quod est in se, non equipollere ei, quod est in re, p. ibid. n. 648. | Vid. Irregularitas ex delicto homicidii: Homicidium est impedimentum dirimens Matrimonium | Vid. Matrimonium:

Homo | Vid. Beatitudo, Corpus, Creatura:  
Honor est testificatio excellentie alterius facta per externam reverentiam aut subiectionis exhibitionem, To. 3. Append. ad Tr. 3. c. 3. n. 6. et 7.  
Hora Canonica, To. 3. Tr. 4. c. 2. n. 15. seu potius Trat. de Statu Religiosorum c. 11. n. 189. et seqq.  
Hydra vasis genus ad continendam aquam destinatum, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 138.  
Hyperbulia | Vid. Adoratio:  
Hypocrisis, testis vana gloria filia, est simulatio virtutis; estque peccatum mortale si habeat conjugium vel contemptum virtutis, vel grave damnum proximi; item si simulatur sanctitas ob finem graviter repugnantem charitati Dei aut proximi: si autem absit contentus virtutis, ac damnum proximi, vel honoris Dei, nec finis intentus graviter repugnet charitati, erit solum veniale peccatum, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 1. n. 263. Contra eam eadem sunt adhibenda remedia ac contra Superbiam, ibid. n. 264. | Vid. Superbia:  
Hypotheca est contractus, quo res immobilis obligatur creditori ad securi-

tatem debiti, ut in ea, si debitor non solverit, peti possit solutio, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 9. n. 410. Dividitur in procuratoriam, qua Judicis tutela; conventionalem, qua ex partium consensu; et legitimam, qua ipsa legis dispositione, vel consuetudine constituta est, etiamsi de ea nulla facta sit mentio in contractu: sic bona Tutoris et Curatoris sunt hypothecata pupillo et minori pro administratione bonorum ipsorum, bona mariti pro dote uxoris. Dividitur adhuc in universalem, per quam bona omnia cum presentia, tum futura obligantur; et particularem, id est, minus vel plurimum rerum in specie, et haec semper afficit ad quemcumque ipsa pervenerit, donec debitum solvatur, ibid. n. 411. pari eadem ibi sunt rationes ac pignoris, ibid. n. 412. | vid. Figuras Hypostasis. | vid. Unio hypostatica. |

S. Jacobus Apostolus, dicitur. Hierosolymorum Episcopus designatur; ejus mortis genus, To. 3. Tr. 1. p. 2. Sect. 2. c. 3. n. 654. Ipsius nomine libri nonnulli à veteribus Haereticis suppositi fuerunt: unica illius Epistola in canone ab Eusebio ponitur, ibid. n. 655. quo tempore et ad quos data fuerit, et quo idiomate scripta, quidque contineat, ibid. n. 656. An verò Apostolica esset, quidam olim dubitare visi sunt. Lutherus eam Stramineam vocat, p. ibid. n. 657. Est Canonica et Apostolica, ibid. n. 658. et seq. Solv. ob. ibid. n. 664. et seq.

Fastantia altera vana gloria filia est, quæ quis inordinatè verbis prædicat de se ipso id, quod laudem et gloriam apud alios parit, vel parare se ipse putat, vel quæ quis gloriatur de peccato. In re levi est venialis, in gravi mortalis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 1. n. 262. Contra eam eadem adhibenda sunt remedia ac contra Superbiam | vid. Superbia. |

Idioma, Idiomatum communicatio. Idioma nomen graecum latine idem est ac proprietas. Communicatio idiomatum in Christo igitur est mutua et reciproca nominum, attributorum, et proprietatum utriusque in Christo natura communicatio. Dupliciter considerari potest, in concreto scilicet et in abstracto: certè, admittenda hinc duarum in Christo naturarum hypostatica seu personali unione, negari non potest idiomatum in concreto et ratione unius Christi personæ communicatio, quæ fit, ut de una eademque Christi personâ verissime sint istae propositiones: Christus est homo, Christus est Deus; Homo est Deus, Deus est homo; Deus natus est, passus, ac mortuus; homo est impassibilis ac immortalis, To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 9. n. 251. Regula circa communicationem huiusmodi concretum in Christo idiomatum observanda, ibid. n. 251. et seq. Lutherani admittendam esse in Christo communicationem idiomatum huiusmodi abstractum et respectu naturæ tuerentur: existimant scilicet, aliquas naturæ divinae proprietates in humanam naturam verè transfusas fuisse, v. g. immensitatem, ubi-quitatem, omnipotentiam, omniscientiam, ibid. n. 254. Non est admittenda communicatio idiomatum in abstracto, proprietatum scilicet naturæ divinae respectu humanae, multo minus proprietatum naturæ humanae respectu divinae, ibid. n. 255. Solv. ob. ibid. n. 256. et seq.

Idololatria est supremus ac divinus cultus creaturae exhibitus, sive est actus, quo cultus supremus et soli Deo debitus tribuitur creaturae. Est peccatum omnium gravissimum, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. Sect. 1. §. 1. n. 408. Idololatria est triplex; alia perfecta, quæ quis divinum

honorem idolo defert, quia illud esse Deum falso putat; alia minus perfecta, cum quis creaturae cultum externum soli Deo debitum defert, non credens quidem eam habere divinitatem quamdam, sed ex puro affectu, v.g. ex odio veri Dei, vel cupiditate aliquid ab illa creatura, puta a diabolo, obtinendi: haec ob malitiam voluntatis est gravioris criminis, quam perfecta; et alia denique simulata; cum scilicet quis sine existimatione divinitatis et interno affectu colendi, sed ex solo mortis metu supererum cultum creaturae exterioris solum exhibet: est semper peccatum mortale, est etiam crimen laesae Majestatis divinae, est etiam mendacium perniciosum contra Religionem ac confessionem fidei, cum cultus exterior sit signum cultus interioris, ibid. n. 409.

Jehonias Rex Juda, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 250.  
Jehu Rex Israel, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 234. Lib. 4. leg. c. 10. non laudatur, quod simulaverit se velle sacrificare Baal, sed solum quod Dominum Achab delevisset, et cultum Baal destruxisset, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 5. §. 3. n. 125.

Jejunium Ecclesiasticum est abstinencia à quibusdam certis et determinatis ciborum speciebus, juxta praescriptum Ecclesiae, To. 3. Tr. 5. proem. §. 4. n. 16. Jure naturali et Ecclesiastico praecipitur, ibid. n. 17.  
Lex seu praecipitum Ecclesiasticum jejunii fideles in conscientia ligat, ibid. n. 18. Tempora jejunii ab Ecclesia destinata sunt quadragesimalia, quod est ex traditione Apostolica: quatuor anni tempora: et varia vigilia festorum Domini et Sanctorum, ibid. n. 19.  
Omnes fideles jejunii lege tenentur, nisi adsit justa causa, quae ab eadem lege quampiam eximat, ibid. n. 20. Unde à lege communis jejunii immunes sunt: 1<sup>o</sup> pueri usque ad tertium septennarium, quia sunt in statu augmenti; 2<sup>o</sup> peregrinantes et Operarii propter gravem ipsorum laborum, nisi iter voluptatis gratia susceperint, aut labor differri possit sine detrimento, vel etiam gravis haereditas; 3<sup>o</sup> pauperes, qui orationem quaerunt panem, nec habent quod uni juxta refectioem sufficiat; 4<sup>o</sup> mulieres praegnantes et nutrices; 5<sup>o</sup> Senes, cum viribus deficient; 6<sup>o</sup> omnes generationem, qui sine gravi incommodo seu damno jejunare non possunt, ibid. n. 21. Unica, et continua, nec diu protrahenda in die refectio ad jejunium requiritur, ibid. n. 22. Causula seu collatiuncula, quae praeter dictam refectioem in diebus jejunii Ecclesiastici à fidelibus sumi solet, consuetudine est introducta, et ab Ecclesia toleratur: quoad quantitatem debet esse modica, quoad qualitatem vero prohibentur ei cibi, qui valde nutrivunt, ut ova, pisces, legumina cocta, ibid. n. 23.  
Jejunium violat, qui immoderate vel pluries vinum haurit extra refectioem, qui sumit jusculum, lac, vel similem potionem, quae ad nutriendum principaliter ordinatur: item qui exiguum quid nutritivum saporis eodem die sumit, ibid. n. 24. Non licet jejunium solvere nisi circa horam meridiana, ibid. n. 25. Jejuniorum diebus carnes universim interdiciuntur: quantum ad ova ac lacticia spectanda est cuiusque regionis legitima consuetudo, ibid. n. 26. Urgente causa justa, ut carnes jejuniorum diebus comedantur, dispensare potest cum secularibus Episcopus, vel etiam Barochus juxta cuiusque Diocesis consuetudinem; cum regularibus Superior localis, ibid. n. 27. In tali lege dispensantur, non ideo à jejunii lege liberantur, ibid. n. 28.



144

Jeremias Prophetas, ius, quo tempore et quandiu ratiocinatus fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 4. n. 474. et 475. Eiusliber quid contineat, ibid. n. 477. et 476. Canonius et Divinus ab omnibus reputatur; ibid. n. 477. Difficultas in eo occurrens solvitur, ibid.

Jesus | Vid. Christus, Verbum |

Ignatius Martyr | Sanctus | Ius, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 27.

Ignorantia est carentia cognitionis in Subjecto capax: Duplex est, una lata sumta, estque carentia cognitionis vera in Subjecto capax; altera stricta sumta, qua est carentia cognitionis debita, seu eorum, qua quis scire debet: haec dividitur 1<sup>o</sup> in invincibilem, qua sufficienti adhibita diligentia depelli non potest; et vincibilem, qua adhibita sufficienti diligentia depelli et vinci potest: haec subdividitur in affectedam, cum scilicet quis de industria aliquid ignorare affectat, ut liberius peccet; et crassam seu supinam, ut si quis directe quidem non affectat ignorare, sed debitam non adhibeat diligentiam ad vitandam ignorantiam: 2<sup>o</sup> in antecedentem, qua scilicet nullo modo fuit voluta, et tamen est causa volendi id, quod alioqui non videremus; haec ignorantia est eadem ac invincibilis; concomitantem, qua actionem comitatur ita, ut non sit causa illius; quia adhuc fieret, etiamsi abesset ignorantia; et consequentem, qua a voluntate directe vel indirecte est voluta, ut cum quis velit talem diem s. g. esse festivum, quia alit expresse voluit, aut neglexit inquirere: 3<sup>o</sup> in ignorantiam juris, qua ignoratur praecipuum, duplex ea est, una juris positivi, quod libera Dei voluntate vel hominum est constitutum; altera juris naturalis, seu legis illius, qua magis aut minus clare dicitur, quid licitum sit aut prohibitum; et in ignorantiam facti, qua ignoratur id, quod fit, positiva vel negativa vel contra praecipuum: 4<sup>o</sup> in negativam, qua est mera privatio debita cognitionis alienius rei absque iudicio erroneo de illa; et positivam, qua est error seu iudicium falsum de aliqua re: 5<sup>o</sup> in habitalem, qua est privatio cognitionis habitualis, et dicitur simpliciter ignorantia; et actualem, qua est privatio debita cognitionis actualis, et melius dicitur inadvertentia, inconsiderantia, vel oblivio, To. 3. Tr. 1. c. 1. §. 1. n. 21.

Ignorantia antecedens et invincibilis tollit voluntarium etiamsi sit juris naturalis; consequens, si crassa sit et non affectata, illud minuit; si vero affectata, illud auget; concomitans vero nec minuit nec auget, ibid. n. 26. et seq. Solv. ob. ibid. n. 39. et seq.

Non datur ignorantia invincibilis juris naturalis quoad prima ha principia, nec quoad proximas eorum conclusiones; sed datur dumtaxat quoad illorum remotas conclusiones, ibid. n. 39. et 30. Solv. ob. ibid. n. 43. et seq.

Ignorantia vincibilis tam juris quam facti, ut et invincibilis juris importat in rei alienius possessione malam fidem, adeoque impedit prescriptionem, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 159.

Isidorus | Sanctus | Ius, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 82.

Imagines. Haereticum circa cultum et venerationem sacrarum imaginum, To. 2. Append. ad Tr. 3. §. 1. n. 2. et §. 4. n. 60. Falsus ac licitus est sacrarum imaginum cultus, nec idololatria inveniuntur, ibid. n. 61. Solv. ob. ibid. n. 62. et seq.

Immensitas vi termini est illimitata Dei rebus omnibus praesentia: definitur virtualis substantia divina diffusio, per quam res omnes pervadit ac penetrat, usque per se ac intime adit tota absque ulla limitatione ac ter-

145c

minis; seu per quam apta est existere simul in omnibus locis ac spatiis possibili-  
silibus in infinitum, et in infinitis se ipsa existat, si se ipsa infinita  
cata aut loca, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 3. n. 58. | Vid. Deus: |

Immutabilitas Dei ex vi nominis negativum aliquid sonat; attamen positi-  
vam campe humanam in Deo perfectionem arguit, per quam idem semper  
est, et in eodem statu immobiliter semper permanet, omnino incognit,  
qui perfectionem aliquam acquirit aut perdat, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 4. n.  
64. | Vid. Deus: |

Impanatio | Vid. Eucharistia: |

Impeccabilitas Christi | Vid. Christus: |

Impedimentum. Impedimenti nomen ita per se clarum est, ut explicatio-  
ne non indigeat, est enim id, quod obest, ne quid fiat, ut obtineatur:  
hujus nominis auctio praecipue usurpatur à Theologis et Jurisconsultis  
circa Matrimonium. | Vid. Matrimonium: |

Impii. | Vid. Infideles in peccato mortali existentes: |

Impossibile. Tripliciter aliquid impossibile esse potest, simpliciter nempe,  
secundum quid, et moraliter. Impossibile simpliciter est v.g. illud  
omne, quod non possumus sine aliquo auxilio quod mediatur est in nostra  
potestate: impossibile secundum quid est v.g. illud omne, quod non pos-  
sumus cum solis natura viribus, sed possumus cum auxilio gratiae, quod  
vel habemus, vel in nostra est potestate, ut illud habeamus: impossi-  
bile moraliter est illud omne, quod non possumus nisi cum magna difficul-  
tate. Nihil legislator sine divinis sine humanis potest praecipere  
impossibilia simpliciter: Divinus pro supremis his jura potest praecipere  
et praecipit aliqua impossibilia secundum quid, sunt et aliqua moraliter  
impossibilia in sum explicata: humanis vero non potest praecipere  
moraliter impossibilia sine causa valde gravi et urgente, To. 2. Tr. 3. po-  
sem. n. 18.

Incarnatio Verbi. Stupendum simul ac humiliter necessarium unis primarium  
totius Christianae Religionis caput, spei ac salutis nostrae fundamentum  
unicum est Incarnationis Domini Sacramentum, To. 2. Tr. 3. po-  
sem. n. 1. Foris Incarnationis nomine hic intelligitur unis Verbi Di-  
vini cum natura humana in unitate persona, ex qua resultat Deus  
homo, nempe Christus: Definiri igitur potest Incarnatio primarium  
Religionis Christianae mysterium, quod Verbum divinum assumit na-  
turam humanam veram et integram in unitatem persona ad veri-  
tandum genus humanum, ibid. n. 3. et c. 5. n. 148. Incarnatio Verbi  
sic definita variis nominibus in Scriptura significari solet, et Mystificati-  
o, Dei dilectio, Visitatio, et Redemptio, Assumptio seu Accipio, aut  
Apprehensio sicut natura humana, Descensus sibi et accipere ad nos,  
Abbreviatio, Incarnatio, Habitatio, Conversatio, Anacephalosis seu  
Recapitulatio et Intarvatio rerum omnium, Redemptio, Manifestatio,  
et Declaratio. Ab antiquis Patribus praesertim Graecis, nonnun-  
quam Oeconomia appellatur, ibid. proem. n. 3.

Mysterium Incarnationis impossibile visum est Gentilibus, Judaeis,  
et noviter Socinianis, ibid. c. 1. n. 4. certum tamen est illud possibile  
esse, seu nullam repugnantiam includere, ibid. n. 5. solv. ob. ibid. n. 5. p.  
Gentiles et Judaei negant mysterium Incarnationis peractum esse,  
ibid. c. 2. n. 28. Incarnationis existentia adversus Gentiles de-  
monstrari potest, ibid. §. 1. n. 28 et seq. solv. ob. ibid. n. 32. et seq.  
Item demonstratur adversus Judaeos, ibid. §. 2. n. 38. 1<sup>o</sup> Vaticinio

Jacob Patriarcha, ibid. n. 39. et seq. 2<sup>o</sup>. In prophetia Danielis, ibid. n. 47. et 48. 3<sup>o</sup>. In Aggeo et Malachia Prophetis, ibid. n. 49. 4<sup>o</sup>. In signis, quae adventum Messiae aut comitari aut subsequi debuerunt, tum ex parte Messiae ipsius, tum Judaeorum, tum Gentilium, ibid. n. 50. et seq. 5<sup>o</sup>. In testimonio Josephi Judaei, ibid. n. 54. 6<sup>o</sup>. In miraculis Christi, ibid. n. 55. 7<sup>o</sup>. In comparatione seu collatione miraculorum Christi cum miraculis Moysis, ibid. n. 56. Recapitulatio horum argumentorum, ibid. n. 57. et seq. Solv. ob. ibid. n. 61. et seq. Gentiles quondam Christianis exprobrabant, quod Christus quem ipsi veritatis Deum ac Magistrum predicabant, prioribus saeculis se habuisset, et adventum suum tandem distulisset; Judaei e contra contendunt Messiam tum non debuisse venire, cum Jesus in hunc prodit, sed eum nostris primis et circa finem mundi debuisse venturum, ibid. 53. n. 58. At Christianorum dogma est. Inventionem fieri non debuisse prioribus mundi saeculis, ibid. n. 59. nec differri ad finem usque saeculorum, ibid. n. 60. Solv. ob. ibid. n. 61. et seq.

Incarnatio Deo et homini congrua et conveniens fuit, seu necessaria necessitate late sumpta, ibid. c. 3. §. 1. n. 105. et seq. Incarnatio Verbi, prout unionem cum natura humana constat, non est simpliciter et absolute necessaria, ibid. §. 2. n. 108. neque etiam ex suppositione et hypothese lapsus hominis in peccatum, ibid. n. 109. fuit tamen absolute et simpliciter necessaria, si de ordinaria Dei potentia et jure virtutibus temperato, hinc legibus divinae justitiae, necnon condigna pro peccato hominis satisfactione sit quaestio, ibid. n. 110. Solv. ob. ibid. n. 111. et seq.

Incarnatio duobus modis potest considerari, secundum substantiam habet, id est, prout dicit hypostaticam Verbi cum humana natura unionem; et secundum circumstantias, prout nempe dicit locum, tempus, parentes, ex quibus Christus prodit, ibid. c. 4. §. 1. n. 136. Humanitas Christi nec de condigno, nec de congruo meruit hypostaticam cum Verbo unionem, ibid. n. 137. Veteres Patriarcha, quamvis nulla ratione meminerint Incarnationem sumptam secundum substantiam, nihilominus tamen aliquas Incarnationis circumstantias, saltem de congruo, meminerunt, ibid. n. 138. B. Virgo nec de condigno, nec de congruo meruit divinam maternitatem, ibid. n. 139. finem seu motivum Incarnationis fuisse liberationem hominis a peccato fide certum est contra Pelagianos et Abaelardum, ibid. §. 2. n. 140. Igitur Incarnatio facta fuit ad liberandum hominem a peccato tum originali tum actuali, ibid. n. 141. Explicanda videtur vana et inutilis haec apud Theologos quondam agitata quaestio, an habet, si Adam non peccasset, Incarnatio Verbi facta fuisset nec ne; ut et illa, an ea facta fuerit principaliter propter originale peccatum, quam propter actualia, ibid. 142.

Terminus Incarnationis hinc pro actione, per quam humana natura et divina conjunguntur in persona Verbi est compositum illud mirabile, quod Christum nuncupamus, ibid. c. 6. n. 267. Mysterium Incarnationis beatis Angelis fuit cognitum, ibid. §. 8. n. 365. Demones vero seu mali Angeli aliquando debui et ansii videntur fuisse circa Christi divinitatem, ibid. n. 366. Adamo ante lapsum confuse saltem ac generatim cognitus fuit Messiae adventus, quamvis illius finem ignoraret; at post lapsum suum paulo distinctius intellexit venturum Messiam culpa reparatorem, ibid. n. 367.

Prim. (5)  
 pag. 137.

N. B. Inft. Lhd. windrum zu und Roman

1219  
Abrahamo longe clarior promissus est Messias, ex cuius lumine nasaturus  
prædicitur Gen. 22. v. 18. nempe ex Isaac ibid. c. 26. v. 4. Clarissima  
Messia promissio ac revelatio facta est, vaticinante Jacob Gen. 49. v. 10. ibid.  
n. 368. Nec Moysen mysterium istud latuit, ibid. n. 369. Denique  
tota gens Iudaica potuit ac debuit huius mysterii notitiam habere,  
ibid. n. 370. Nec etiam negari debet aliquos ex gentilibus extitisse,  
qui compertum habuerunt hoc mysterium, ibid. n. 371. [Vid. Chris-  
tus, Verbum, Subsistentia, Unio hypostatica]

Incestus est copula personarum consanguinearum vel affinium in tria gra-  
dum prohibita: opponitur castitati et pietati, nam proter lumen  
fœditatem continet turpitudinem contrariam reverentia consan-  
guineis vel affinis debita: eo gravior est scelus, quo gravior est pro-  
pinqum: item multo gravior est incestus cum consanguinea, quam  
cum affine. Incestus vero spiritualis, qui est copula illicita in-  
ter personas impeditas ob cognationem spirituales ortam ex Bap-  
tismo vel Confirmatione, continet tum malitiam propriam in-  
cestus, tum sacrilegii, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 288.

Invidia salutis dicitur, quæ quis media, quibus beatitudinem æternam ob-  
tinere potest, adhibere negligit: ad eam pertinet Abiectio animi,  
quæ quis vult bonis terrenis perpetuo fœdi, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 2. n.  
350. Amba sunt de se peccata mortalia, ibid. n. 351.

Indefectibilitas Ecclesie considerari potest vel quoad durationem temporis,  
quæ permanentia dicitur; vel quoad fidei constantem professionem,  
quæ solet appellari infalibilitas seu invariantia in fidei et morum  
doctrinâ sananda, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 7. n. 185. [Vid. Ecclesia]

Indignatio est animi commotio contra alium ob malum ab illo acceptum,  
quia hoc indignum reputat: sæpe est venialis, mortalis vero ratione  
maledicti, contumelie, gravis injuriæ, contentus, vindicta, vel sump-  
tu, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 5. n. 317.

Indulgentia. Varia apud veteres est huius beneficii acceptio: vocatur à  
S. Cypriano relaxatio; à patrum sæculorum Patribus et Conciliis  
plurimum dicitur remissio, donatio, condonatio; Cassiano contra  
Novatianos, et à Gregorio VII. Indulgentia; Denique à Concilio Tri-  
dentino Coelestis Ecclesie thesaurus nuncupatur, To. 4. Tr. 5. c. 8. n.  
419. Generatim Indulgentia nomen significat juris alicujus  
remissionem vel relaxationem: hæc proprie sumitur pro relaxatio-  
ne poenæ temporalis, quæ luenda superest post condonatum culpa  
ac poenæ æternæ reatum, atque definitur remissio poenæ tempo-  
ralis, quæ post condonatum culpam et poenam æternam luenda  
superest, extra Sacramentum facta ab eo, qui potestatem habet  
spiritualium Ecclesie thesaurum dispensandi. ibid. n. 420.

Montanista quondam negarunt Ecclesiam posse indulgentias largi-  
ri: Sæculo XII. Waldenses, et Sæculo XIV. Wilifus; et post ipsum  
Sæculo XV. Joannes Hus: Sæculo XVI. Lutherus, p. ibid. §. 1. n. 422.  
Existit in Ecclesia potestas concedendi indulgentias, easque dispen-  
sandi, ibid. n. 423, et seq. Solus ob. ibid. n. 426. et seq. Funda-  
mentum Indulgentiarum est thesaurus Ecclesie, qui est cumu-  
lus seu collectio divitiarum vel bonorum spiritualium, quorum  
dispensatio Ecclesie tradita est: proutque ac primario coalescit  
ex meritis et satisfactionibus Christi infinitis ac superabun-

2  
138.

Dantibus, ibid. § 2. n. 431. conflatur etiam ex meritis Sanctorum, ibid. n. 432. et seq. solv. ob. ibid. n. 439. et seq. Haec merita et Satisfactiones Sanctorum ad Ecclesiam thesaurum conuertunt non modo viâ Suffragii sed etiam solutionis, ibid. n. 437. et seq. solv. ob. ibid. n. 444. et seq. Indulgentia nec culpa nec poena aeterna verum tollunt, ibid. § 3. n. 447. remittunt poenam temporalem aut iniunctam aut per Censuras injungendam peccatis debitam, ibid. n. 448. liberant hominem à poenâ temporali non solum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo ita, ut per indulgentias remittantur poena, quae iustitia Divina debentur, et alia persolvenda essent in hoc saeculo vel in purgatorio, ibid. n. 449. Indulgentia ex parte concedentis est absolutio iudicialis amensam habens solutionem ex thesauro Ecclesiae, ibid. n. 450. Indulgentia tantum valet, quantum sonant clavis non evante, id est, modo conuertant haec conditiones; ex parte concedentis causa legitima et auctoritas; ex parte accipientis gratia, et charitas, nempe executio operis per Bulas indulgentiarum injuncti, ibid. n. 451. Jure Divino ad summum Pontificem spectat quolibet Indulgentias sive plenarias sive partiales pro totâ Ecclesia concedere, ibid. § 4. n. 452. Episcopis etiam jure Divino competit Indulgentias concedere in sua Diocesi, ibid. n. 453. Archiepiscopus eadem in totâ sua provincia concedere potest, quas Episcopus in sua Diocesi, ibid. n. 454. Cardinales etiam non Episcopi Indulgentias 100. dierum concedunt ex tacita Summi Pontificis conceptione: Legati vero et Nuntii Apostolici possunt quoque Indulgentias largiri intra terminos sua legationis ex commissione generali vel speciali Summi Pontificis, ibid. n. 455. Abbates, Presbyteri simpliciter, alique inferiores Curiae sine speciali commissione non possunt concedere Indulgentias, ibid. 456. Ad Indulgentias conferendas non requiritur potestas Ordinis, sed sufficit potestas iurisdictionis, ibid. n. 457. Indulgentia dari potest per modum absolutionis iudicialis, cum scilicet eam concedens proximè et immediate remittit poenam tanquam Dei Minister et Indulgens tenens locum, interim solvens iustitiam Divinam ex thesauro sibi commisso; et per modum Suffragii, cum Indulgentiam concedens non remittit poenam, sed offert Deo pretium ex thesauro meritorum et Satisfactionum Christi et Sanctorum, ut ipse remittat poenam iustitia sua debitam, ibid. § 5. n. 458. Indulgentia promittit animabus in purgatorio detentis, ibid. n. 459. et 460. solv. ob. ibid. n. 463. et seq. sed per modum Suffragii tantum, non vero per modum absolutionis iudicialis, ibid. n. 461. Quò Indulgentia defunctis promittit 1<sup>o</sup> debent specialiter in forma conceptionis ad illos extendi; 2<sup>o</sup> verisimilius est Indulgentias infallibiliter valere pro iis defunctis, pro quibus specialiter applicantur à fidelibus, idque propter pactum cum Christo iustum, et propter promissionem Christi absolute factam Petro et eius Successoribus Matth. 16. ibid. n. 462. Ad fructum Indulgentiarum consequendum requiritur 1<sup>o</sup> Status gratiae saltem cum ultimum opus completum, ibid. § 6. n. 466. 2<sup>o</sup> integra executio omnis boni operis à Pontifice praescripti, ibid. n. 467. 3<sup>o</sup> ad consequendam plenariam omnium peccatorum etiam venialium requiritur detestatio illorum omnium, et depositio affectus ad quolibet eorum, ibid. n. 468. 4<sup>o</sup> iuncta quoddam proportionem et sollicitudo satisfaciendi Deo per Satisfactiones congruas peccatis ac facultati poe-

nitentis proportionatas ita, ut ea proportione hujus sollicitudinis tanquam dispositionis ad indulgentia effectum necessaria percipiatur major vel minor Indulgentia fructus: verum alii aegant tale propositum requiri, ibid. 469. Indulgentia sine justa causa eaque rationabili concessa irrita sunt et nulla, ibid. 57. n. 470. bona causa justa et legitima concedendi Indulgentias sunt 1<sup>o</sup> haec generalis, ut scilicet cunctorum fidelium augetur devotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalescat; 2<sup>o</sup> Magnitudo doloris et acerbitas tristitia in poenitente ob diutius dilatam ejus cum Ecclesia revivificatorem; 3<sup>o</sup> ardens studium exsequendi poenitentiam injunctam, cujus intuitu tempus poenitentiae interdum fuit contractum; 4<sup>o</sup> Difficultas exsequendi poenitentiam injunctam, seu propter longinquum iter, seu propter infirmitatem; 5<sup>o</sup> Infidelium conversio; haereticorum extirpatio; pax et tranquillitas in republica Christiana; bellum sacrum ad recuperandam terram sanctam; Basilicarum constructio; pauperum, viduarum, Ministrorum Ecclesia sustentatio, p. ibid. n. 471. Ad valorem Indulgentiae requiritur causa proportionata Indulgentiae illius, quae conceditur, nempe major causa pro majori Indulgentia, ibid. n. 472. Ceterum ad proportionem causa cum Indulgentia non requiritur, ut opus injunctum sit in se valde meritorium vel satisfactorium, difficile ac poenale, et laboriosum; sed ut sit medium aptum atque utile ad consequendum finem, cujus gratia conceditur Indulgentia, ibid. n. 473. Idem ibid. n. 474. et seq. Multiplex est Indulgentiarum divisio: dividuntur quippe in plenarias et partiales; temporales et perpetuas; in eas, quae dicuntur Jubilaei, et eas, quae ad instar Jubilaei conceduntur, ibid. 58. n. 479. et seq.

Infamia est obnoxa notitia cum vituperatione et reprehensione, To. 4. Tr. 4. p. 3. c. 4. §. 3. n. 334. Generatim duplex est, Juris scilicet, quae oritur ex Jure seu lege civili aut canonica, quae certis quibusdam actionibus vel officiis infamia notam innot; et facti, quae oritur ex delicto gravi et notorio, propter quod reus apud graves et honestos viros male audit, ibid. Nulla poena a Jure Ecclesiastico infligita praecise ac directe inducit infamiam saltem quoad effectus civiles, bene autem indirecte; inducit autem directe infamiam quoad effectus spirituales, ibid. n. 335. Nec etiam quavis multa aut poena a Jure seculari imposita infamiam reddit, nisi crimen, propter quod reus damnatur, infamiam habeat ipso Jure annexam; sed debet esse gravis, ut ignominiose traduci, numeralis publicis circumduci, reprehendi a Jure in Auditorio; neque enim munda admonitio ab eodem Jure etiam in Auditorio facta infamiam inducit, ibid. n. 336.

Infernum. Vox Infernum in varia significatione usurpatur quod Scripturam sacram, aliquando pro Sepulchro, aliquando pro loco damnatorum, aliquando pro acerbis et maximis doloribus, aliquando pro extrema humilitione, aliquando pro inferioribus et profundioribus terra partibus, quae limbum vocamus, ad quas contra Protestantes tenebatur descendisse animam Christi post mortem, ut inde animas Patriarcharum, Prophetarum, et aliorum Sanctorum Veteris Testamenti expectantes beatam spem et adventum gloriae magis Dei liberaret, to. 2. Tr. 3. c. 5. §. 2. n. 151. Infernum aeternum damnatorum locus est etiam locus materialis subterraneus; utrum autem sit profundissima terra pars, non ita

aperta exprimit Scriptura; probabilius tamen et communior est sententia affirmans, *ibid.* To. 2. c. 1. §. 5. n. 68.

6.

Infideles. Utro infidelium Principi abini politicae Subditorum possunt ab ipso impediri; et etiam, ob justam causam, tolerari; si vero huiusmodi infideles non sint in Subditis, eorum vitio tolerare debet, nisi prejudicium afferant Subditis his, *To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 1. n. 339.* Infideles baptizati, sive haeretici sive apostata possunt cogi ad fidem Catholicam suscipiendam, et servandas leges Ecclesiasticas; non baptizati vero discrete compelli non possunt ad eam amplectendam; possunt tamen Principes vetare infidelibus Subditis cultum idololatricum; item cogere illos ad audiendam fidei doctrinam negando illis jus habitandi in suis provinciis, vel exigendo ab eis majus tributum |; justum tamen | quam ab aliis, nisi fidei doctrinam audiant, vel negando eis privilegia, p. aliis concessa: Ecclesia quae potest per Principes Christianos compellere infideles, ut non impediant predicationem et propagationem fidei; *ibid.* n. 335. Cum infidelibus non licet communicare in eorum ritibus, sacrificiis, orationibus, cultu superstitioso, p. *ibid.* n. 336.

Infideles publici et manifesti non sunt de Ecclesia, etsi sint baptizati: occulti vero, si sint baptizati imperfecte duntaxat sunt de Ecclesia; nullatenus vero, si non sint baptizati, *To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 5. n. 346.* Uis. Haeretici. Gratia.

Infidelitas est carentia fidei. Triplicem dividitur, scilicet in Infidelitatem specificam sumptam, Haereticam, et Apostaticam: Infidelitas specificam sumpta est carentia seu privatio fidei in eo, qui fidem seu baptismum nunquam accepit: Haereticus est carentia fidei in eo, qui ea parte recedit à fide, quam amplexus fuerat in catechumenatu vel Baptismo: Apostaticus est privatio fidei in Catechumeno vel Baptizato, qui totaliter abiit fidem et eius autorem Christum. Ad

7.

Infidelitas haec dividitur quatuor peccati contra fidem species, nempe Athesimus, qui quis nullum agnoscat Deum, ne quidem falsum, *To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 1. n. 327.* Infidelitas haec dividitur in duas triplicem est, negativam scilicet, privativam, et positivam: prior est carentia fidei in eo, qui de fide nihil unquam audivit; haec peccatum non est, sed poena peccati duntaxat, *ibid.* n. 328. Infidelitas privativa est carentia fidei in eo, qui vel fidem seu Evangelium non vult audire, vel sufficienter proposita non assentitur, vel non inquirat quando sufficienter est proposita ita, ut teneatur inquirere, quamvis nec positive dissentiat, nec errorem fidei aut Evangelii contrarium afferat; est peccatum mortale, *ibid.* n. 329. Infidelitas positiva est privatio fidei in eo, qui Evangelium sufficienter audivit, et ei positive contradicit, vel errorem eidem contrarium afferendo, vel alio modo; est peccatum mortale contra fidem, *ibid.* n. 330.

Infinitas vi nominis est carentia termini et finis: negativum quid sonat, attamen humanam eamque positivam arguit in Deo perfectionem, *To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 2. n. 54.* |; Uis. Deus.

Inimicus. Inimici ex charitate diligendi debent, *To. 3. Tr. 3. c. 4. §. 4. n. 286. et 287.* Charitas seu amor inimico debitus plura exigit ex parte nostrae, *ibid.* n. 288. et seq. Specialia benevolentia signa et beneficia non tenemur prestare inimicis perse loquendo, *ibid.* n. 291. bene autem per accidens et ob quasdam circumstantias, *ibid.* n. 292. Tenemur inimico veniam petenti non solum offensam remittere, sed etiam

151

benevolentia et reconciliationis signa exhibere saltem ut proximis  
ibid. n. 293. et 294. Tenemur iniuriis in necessitate sive spirituali,  
sive corporali spirituali, p. ibid. n. 295. Qui alterum injuste offen-  
dit, tenetur veniam petere, ibid. n. 296. Non tenemur iniuriis  
remittere satisfactionem debitam, ut honoris, fame, p. ibid. n. 297.  
at cavendum ne in hujusmodi injuriarum actionibus appetitus pro-  
prio vindicta subrepat, ibid. n. 298. Equam ad arbitrium pro-  
dentem satisfactionem ab iniurioso oblatam acceptare tenemur ex  
charitate, ibid. n. 299. Vindicta seu redditis mali pro malo priva-  
ta auctoritate facta semper est illicita, ibid. n. 300.

Injustitia. Injustitia nomen valde late sumitur, scilicet pro omni legisra-  
tione, que boni peccatores cujuscunque generis longe in sacra Scriptu-  
ra vocantur injusti: vel stricte et proprie, prout nempe opponitur  
Justitia, stricte sumpta; que Injustitia, si consideretur ut habi-  
tus, defini potest mala voluntatis dispositio ex actibus injuriis  
orta et ad similes actus inclinans; si vero ut actus, voluntaria juris  
alieni violatio, Tom. 3. Append. ad To. 5. proem. n. 477. Objectum  
ipsius est jus alterius prout violatur, ibid. n. 478. Injustitia  
alia est contra Justitiam generalem, alia contra Justitiam par-  
ticularem: sed ratione materia est triplex pro triplici genere  
damnorum, que proximo inferri possunt in bonis animae, corporis,  
et in iis, que externa dicuntur, seu fama et honoris sunt, seu for-  
tura, ibid. n. 479. | Vid. Bona: |

Inobedientia formalis, scilicet et specialis, prima vana gloria filia,  
est peccatum, quo violatur preceptum Superiorum ex contemptu,  
sive quia preceptum est: est mortalis etiam in re minima. Vis-  
latio autem precepti non ex contemptu, sed ex alio motivo, puta  
ob delectationem, vel utilitatem, aut difficultatem est inobe-  
dientia generalis pertinet ad aliam speciem peccati, proinde  
vana gloria non deputatur: est mortalis vel venialis, prout  
preceptum, quod violatur, sub mortali vel veniali obligat, at-  
que etiam prout motivum graviter vel leviter malum est,  
cum actus participet malitiam finis, utpote per eum voluti, To.  
3. To. 5. p. 3. c. 1. d. 1. n. 261. Contra eandem eadem sunt adhi-  
benda remedia ac contra Superbiam, ibid. n. 262. | Vid. Super-  
bia: |

Inquietudo cordis est inordinata et annua applicatio mentis ad acqui-  
rendas vel conservandas divitias cum inani timore ne non acqui-  
rantur, aut ne amittantur: mortalis est, quando retrahit a  
spiritualibus vel aliis officiis, ad qua graviter obligamur; vel  
cum quis divina providentia diffidit: est filia avaritia, To. 3.  
To. 6. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.

Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.  
Insuperbia, quousque ad fidem pervenit, To. 3. p. 3. c. 1. d. 2. n. 267.

9.



159

*[Faded handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Inimicitia est formalitas juris, quia Donationes in acta publica referuntur, To. 3. Tr. 5. c. 3. §. 12. n. 445.

Inspiratio divina Sacrorum Scripturarum. circa eam quinque circumferuntur opiniones, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 4. n. 25. et 22.

Insula, quae in mari nata est, fit occupantis. Insula in flumine aut rivo nata pertinet ad eos, ad quos flumen vel rivus spectat, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 171.

10.

Intellectus, quomodo ad fidem seu fidei actum concurrat, To. 3. Tr. 5. p. 1. c. 3. §. 1. n. 70. | Vid. Gides, Actus humanus.

Intentio generatim est deliberatus voluntatis actus, quo quis vult aliquid facere, seu est deliberata voluntas faciendi aliquid, puta Sacramentum, To. 4. Tr. 1. c. 6. §. 2. n. 170. Dividitur in directam et reflexam; prior est ea, quae quis deliberata vult facere aliquid, puta administrare Sacramentum, seu facere quod facit Ecclesia, ad id ut administratio sit obiectum immediatum illius intentionis; reflexa est ea, quae quis reflectens super actionem, puta administrationem, iam directe intentam, novo et distinctiori modo vult eandem actionem seu administrationem ut est Sacramentum, vel ritus ab Ecclesia frequentatus, ibid. n. 171. Intentio directa duplex est, una operis, alia finis: Intentio operis est, quae quis vult simpliciter ipsam actionem seu administrationem Sacramenti, seu ceremoniam ab Ecclesia frequentatam, nec cogitat de ejus virtute aut effectu, qui est sanctificationis suscipientis, nisi forte eam existimat inutilem et superstitiosam: duplex est interior seu mental, et exterior; haec est ipsa actio deliberata facta, iuxta ritum ab Ecclesia praescriptum; interior est voluntas serio faciendi actionem exteriorem, et observandi ritum Ecclesiae; haec iterum subdividitur in actuales, virtuales, habituales, intentionales, absolutam, et conditionatam: actualis intentio est ea, quae quis actu vult conficere v. g. Sacramentum, ut baptizare; virtualis est actio, quae fit virtute praecedentis actualis intentionis non tamen revivente, nec per unquam temporis interrupta, sed mentaliter adhuc manentis, quaevis sine uba ad illam actualem intentionem attentione; habitualis intentio ea dici potest, quae nec praesens est, atque, licet per actum contrarium revocata non fuerit, null-

11.

153

totamen tempore fuit interrupta; Sumitur etiam alio modo, pro facilitate ac propensione voluntatis comparata per actus longius repetitos; hac intentio potest remanere in dormiente, ebrio, aut amente: Interpretativa est dispositio voluntatis, qua talis est, ut interpretemur aliquem consenturum aut facturum aliquid, si illud in mentem ejus veniret, vel de ea moveretur: illa intentio etiam interpretativa dicitur, qua quis rem aliquam vult non in se, sed in sua causa; sic interpretativam homicidii intentionem habet, qui sicens se in ebrietate placitum esse homines occidere, se inebriat. De absoluta et conditionata intentione vid. Sacramentum, ubi de forma Sacramentorum. Intentio finis est ea, qua quis intendit virtutem et effectum actionis hujusmodi, puta sanctificationem suscipientis Sacramentum, ibid. n. 172. §. VIII. Sacramentum.

Interdictum definitur Censura species, qua Ecclesia, vel omnino vel ex parte, Sacramentorum usum, divinarum officiorum celebrationem, et sepulturam Ecclesiasticam interdicit, aut propter aliquod grave facinus, aut propter indecentiam notabilem, To. 4. To. 7. p. 2. c. 3. §. 3. n. 259. Triplex generatim distinguitur Interdictum, locale, licet, personale, et mixtum: locale dicitur, quod cadit in locum, ac impedit, ne in eo divina officia, saltem publice, celebrentur, et ne quis in eo sepultura donetur; estque vel generale v. g. Regni, Provinciae, Civitatis; vel speciale, cuiusvis nempe Ecclesiae. Personale in ipsas cadit personas. Mixtum ex locali et personali constat, et dicitur affici tum locum tum personam, ibid. n. 260. Interdictum personale non debet fieri in Societatem propter privati hominis culpam, sed solum propter delictum communitatis aut Superioris. Haec vulgo in generali Interdicto licent: baptizare infantes, poenitentes reconciliare, Viaticum et Extremam Unionem moribundis ministrare, sed non publice. Interdicti generalis tempore potest Missa semel per hebdomadam in Parochiali Ecclesia celebrari, sed submissa voce sine campanarum sonitu, calculusis, qui sunt interdicti, clausaque Ecclesiae ostio, idque in Dominicis propter diei solemnitatem, et ut simul renoventur hostiae in gratiam agrotorum. Permittunt aliqui Canones in huius generalibus Interdictis, dum Ecclesia non sunt nominatim interdicta, ut in praecipuis anni festivitatibus officium divinum solenni ritu peragatur, ea tamen lege, ut interdicti extra Ecclesiam remaneant. Licet Ecclesia sit interdicta, possunt Clerici in ea, clavis januis orare et officium recitare, sed absque cantu et ceremoniis, atque ita, ut nihil extra Ecclesiam audiantur. Si Interdictum sit personale, quando nominatur populus, non censetur interdictus Clerus, licet nec Ecclesia. Si nominentur Ecclesia tantum, potest abibi populus, Missa et officii adesse, et Sacramentis participare. Si Ecclesia sit interdicta, Capella, Claustrom, et Cemeterium, si contigua sint, interdicta censentur. Interdicto autem sollemniter canonicis Ecclesia interdicta non censetur. Si interdicti Ecclesiam intrare paraverint dum in ea celebratur officium, et admoniti discedere nolint, cessandum est ab ipsa etiam Missa, nisi Quoniam iam incipit sit; tunc autem post Communionem Sacerdos ab Altari recedere debet, et Missam in Vestibulo complere. Servari non debet Interdictum, nisi legitime promulgatum fuerit. Interdictum, quod ab Episcopo latum est, promulgatum servare tenentur

12

13

1521

tur Regularum etiam Exceptis. Episcopi Interdictum levare non tenentur, nisi expresse nominentur. Si Laici Interdictum violant, peccant mortaliter: Clerici insuper sunt irregulares, si Ordinis sui Functiones obsecant. Qui personas nominatim interdictas in loco Sancto, aut non interdictas in Coemeterio interdicto sepelivint, ipso facto excommunicantur, ibid. n. 261. Interdictum locale, si ad certum tempus feratur, et cum aliqua conditione, ut v.g. si interdicatur Ecclesia, donec testum illius reparatum fuerit, cessat absque absolutione, si conditio imposita fuerit adimpleta, ibid. §. 4. n. 268. Ad Interdictum incurrendum sufficit culpa aliena, ibid. §. 5. n. 276.

Interim est formulare aliquod continens quosdam fidei articulos pronuntiatum ab Imperatore Carolo V. Augusta Vindelicorum in Imperii Comitibus annis 1548. cui ut Protestantos se submitterent, praecipiebat. Interim nuncupatum est, quia ad tempus tantum valere debebat, donec videlicet Concilium generale Religionis diffinitio sua comprehenderet: omnia fidei Catholicae dogmata comprehendebat, excepto, quod Protestantibus Ministris matrimonium, et Laicis sub utraque specie communionem permitteret. Illud improbatum fuit a Paulo III. plerique Protestantes, imò omnes, exceptis aliquibus civitatibus, quas Imperatoris minas timebant, haud acceptaverunt. To. 2. Tr. 4. c. 2. §. 6. n. 12. in not. marg.

Interpretatio, et Declaratio est explicatio alicujus praescripti, quod in aliqua lege continetur, quo si benigna sit, et aequa velut rigoris, quam lex habere videtur, remissio, Epykia nuncupatur, To. 3. Tr. 2. c. 2. §. 6. n. 58. Vid. Epykia, Lex.

114.

Interstitia sunt illa temporis intervallo, quae ex praescripto Ecclesiae diffuere et servari debent ab una Ordinis minus subiectione ad alteram alterius; nec enim plures Ordines simul et semel suscipi debent sine dispensatione, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 5. §. 3. n. 70. Jure antiquo longiora servabantur interstitia; at nunc jure novo de hac veteri disciplina multum remissum est: pro minoribus Ordinibus enim nullum determinatum interstitiorum tempus designatur, quamvis per interstitia conferri eos debere statuantur; à Subdiaconatu ad Diaconatum annis, et ab hoc ad Sacerdotium itidem annis interstitiorum deputantur; à quibus tamen Episcopus propriis plenam dispensandi potestatem habet, ibid. n. 71. Superiores Regulares non possunt suos Religiosos ab illa interstitiorum lege dispensare, ibid. n. 72. Instituta fiere interstitia tum ut qui Ordine aliquo initiatus est, ipsius dignitatem, officia, pondus cognoscat frequenti istius Ordinis functionum exercitio; tum ut animum Ecclesiasticum altius imbibat, et ad Ecclesiae regulas et mores se componat; tum denique ut longò virtutum usu probetur, ibid. n. 73. Licet minores Ordines una cum Subdiaconatu propriis Episcopus ex legitima causa simul et una die conferre possit, tamen solus Papa concedere potest, ut duo majores Ordines, Diaconatus scilicet et Presbyteratus una die conferantur, ibid. Bonam, quam incurvunt, qui non servatis interstitiis absque dispensatione ordinantur,

Instituto Libelli in p. vindicantur quodammodo. 151

Episcopo de commendam relinquit Concilium Tridentinum, ibid.  
Involuntio seu presumptio novitatum, septima vana gloria filia  
est, cum quis ex inani gloria presumit nova excogitare: est  
mortalis, si fidei, bonis moribus, pudicitia adversetur, vel pa-  
riet scandalum, aut grave damnum proximo. Contra eam  
eadem adhibenda sunt remedia ac contra Superbiam, To. 3.  
To. 6. p. 3. c. 1. §. 1. n. 265. | Vid. Superbia: |

Invidia est tristitia seu vehemens moeror de bono alieno, quatenus vi-  
detur imminere gloriam vel excellentiam nostram, quia ac-  
pe in eo bono a proximo nostro equamur vel superamus. ad  
eam revocatur gaudium de malo alieno, quatenus id bonum in-  
videntis aestimatur: mortalis est ex suo genere. Invidia  
suntta pro habitu est vitium inclinans ad talem tristitiam, et ad  
praedictum gaudium, To. 3. To. 6. p. 3. c. 1. §. 6. n. 319. Invidia seu  
tristitia de bono alieno potest contingere quatuor modis; 1<sup>o</sup> cum  
quis dolet de bono alieno, quantum ex eo sibi vel aliis damnum  
timet: talis tristitia est licita, si inde timeas malum injuste in-  
ferendum; sensus est ibidita: 2<sup>o</sup> cum quis dolet de bono alte-  
rius solum ex eo, quod sibi deest bonum illud, ita tamen, ut mi-  
nime cupiat alterum illo carere; et hoc non est invidia sed  
aemulatio, quae si sit circa bona spiritualia et honesta, laudabi-  
lis est; si autem sit de bonis temporalibus, potest esse cum cul-  
pa et sine culpa, prout bonum est dolenti proportionatum  
et necessarium vel improporionatum et superfluum, et pro-  
ut refertur ad bonum vel malum finem: 3<sup>o</sup> cum quis dolet  
de bono alterius, quia is eo indignus est; quae tristitia morta-  
lis est, si sit de bonis supernaturalibus, vel si quis Dei providen-  
tiam arguat, quod peccatoribus bona temporalia largiatur,  
et bonos affligat; nam est blasphemia: 4<sup>o</sup> cum quis dolet  
de bonis alienis, in quantum alter aequat aut superat ipsum  
in bonis illis; hoc est proprie Invidia, semperque peccatum,  
ibid. n. 320. Invidia filia sunt Odium, Detractio, Gau-  
dium in malis proximi, Sufuratio, ibid. n. 321. Invi-  
dia remedia praeter orationem sunt; 1<sup>o</sup> considerare te non  
ideo minus habere, invidiam invidenti nihil prodesse; p. 2<sup>o</sup>  
soepe gaudere de bono proximi; 3<sup>o</sup> ei gratificari ei, cui in-  
vides, illum laudare, orare Deum pro eius bono, et gratias Deo  
agere propter beneficia ab eo in ipsum collata, p. 4<sup>o</sup> hu-  
militas et contentus gloria ac honoris humani, ibid. n. 322.

Invocatio Sanctorum | Vid. Sancti: |

Involuntarium | Vid. Voluntarium: |

Ioahab Rex Iuda, To. 1. To. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 248.

Ioannes Apostolus | Sanctus: | cuius et unde oriundus, quibus Evange-  
lium suum predicavit, To. 1. To. 1. p. 2. sect. 2. c. 1. n. 599. et 598.  
qua sustinuit, ibid. n. 599. et 600. quo anno et quibus ra-  
tionibus permotus scripsit Evangelium suum, ibid. n. 601.  
et 602. Nam historia mulieris adultera vere partem Evan-  
gelii ipsius constituat, ibid. n. 603. cur in aliquibus Graecis

151  
155

I. 145

161

156

VB. III

exemplaribus omnia sit, ibid. n. 608. Difficultates in eo occurrentes explanantur, ibid. 608. Tres etiam numerantur apud nos hujus S. Apostoli Epistola: prima ad Bartholomaeum Directa; quid contineat; ei semper adscripta fuit, ibid. c. 3. n. 676. An haec verba: tres sunt qui testimonium dant in caelo, p. c. 5. n. 7. vere S. Joannis sint, et ad hujus Epistola contentum pertineant, dubium aliquod extitit, et etiamnum apud quosdam existit, ibid. n. 677. nihilominus et S. Joannis Apostoli et ad ipsum textum pertinere dicenda sunt, ibid. 678. et seq. Solv. ob. ibid. n. 683. et seq. Secunda in scripta est ad Matronam quamdam nomine Electam: forte nomen istud Symbolicè adhibitum est ad Ecclesiam alteri Ecclesiae litteras Symbolicè adhibitum est, ibid. n. 688. Quid ipsa contineat, ibid. n. 689. Tertia ad Cajum scripta est; quid contineat, ibid. n. 690. Ambae haec sunt verae Joannis Apostoli, ibid. n. 691. Quo tempore scriptae fuerint, ibid. n. 692.

Joannes Chrysostomus: Sanctus! Quis; ejus Opera To. i. Tr. 4. c. 182.

Joas Rex Juda, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 239.

Joathan Rex Juda, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 242.

Job; Quis fuerit, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 351. Eius genealogia haec ma subiicitur, ibid. n. 356. Liber ipsius nomine in scriptus quid contineat, ibid. n. 357. Quis illum scripserit, ibid. n. 358. An illius scriptor religione Judaeus fuerit, p. ibid. n. 359. et 360. Est Canonius, et divinae auctoritatis, ibid. n. 361. et seq. Solv. ob. ibid. n. 364. et seq.

Joël Propheta; quis, et quo tempore vixerit, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 4. n. 322. Quid ipsius propheta contineat, ibid. n. 323.

Jonas Propheta; quis fuerit, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 4. n. 330. Quando floruerit, ibid. n. 331. Eius Liber quid contineat, ibid. n. 332. Quando obierit, est incertum, ibid. n. 333.

Joram Rex Juda, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 237.

Josaphat Rex Juda, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 237.

Josias Rex Juda, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 247.

Jove Quis; To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 209. ejus Liber, ibid. n. 209. et 205. Solv. ea qua adversus ipsum objiciuntur, ibid. n. 204. et seq.

Ira est ulciscendi libido seu auctor animi perturbatione inatati ad vindictam; vel brevius, est inordinatus appetitus ad vindictam: ex genere suo est peccatum mortale, nisi excuset defectus sufficientis advertentiae, vel materiae levitas, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 5. n. 316. filiae Irae sunt indignatio, Furor mentis, Clamor, Blasphemia, Contumelia, Maledictio, Rixa, Pugnae, Seditioes, Vulnera, Homicidium: quae omnia ex genere suo sunt mortalia, utpote contra Charitatem et justitiam, ibid. n. 317. Remedia Irae sunt

1509

considerare, quam sit injusta et pecciosa; orare; meditari  
mansuetudinem Christi; nihil unquam agere et loqui ex motu  
vel ira motu ira; omni cura impedire motum ira, et exitatum  
statim reprimese; exercere frequenter actus charitatis, man-  
suetudinis, patientis, humilitatis, p. ibid. n. 318.

Dionysius Martyr / Sanctus / Luis; ejus Opera, To. 1. Fr. 4. c. 1. S. 2. n.  
39.

Irregularitas. Impedimenta, qua homines reddunt inhabiles ad  
Ordines suscipiendos vel exercendos, vulgo Irregularitates appel-  
lantur; quia sunt quaedam deviationes à regula, qua condi-  
tiones et qualitates Ordinandorum prescribit. Irregularis quip-  
pe dicitur ille, qui ad regulam compositus non est. To. 4. Fr. 7.  
p. 3. c. 4. n. 318. Irregularitates alia sunt ex jure Divino,

Defectus scilicet Baptismi et Sacris; alia ex Ecclesiae Statutis.

Irregularitas ex jure Ecclesiastico dicitur Impedimentum Ca-  
nonicum, quo vir baptizatus redditur inhabilis directe ac pri-  
marie ad Ordines licite recipiendos, et consequenter ad eorum  
functiones obsequandas, ibid. S. 1. n. 319. In dubio juris nemo cen-  
sendus est irregularis; at in quolibet probabili dubio facti debet

aliquis se gerere irregularem, ibid. n. 320. Irregularitas di-  
viditur 1<sup>o</sup> in eam, qua est ex defectu, et eam, qua est ex deli-  
cto; prior est ea, qua fundatur in aliquo defectu absque propria

culpa; altera est, qua fertur propter indecentiam fundatam in pro-  
pria culpa: 2<sup>o</sup> in totalem et partialem; prior est ea, qua peper-  
tuo excludit à quolibet Ordine suscipiendos vel exercendos; partialis ve-  
ro est ea, qua vel non durat in perpetuum, vel non omni Ordinis mi-  
nisterio privat, sed aliquo tantum. Ad inveniendam Irregularita-  
tem ex delicto requiritur 1<sup>o</sup> ut delictum sit grave et mortale; 2<sup>o</sup> ac-  
tus extenuis; non tamen necesse est, ut delictum sit cum contuma-  
cia contra Ecclesiam, ibid. n. 321. Triplex est effectus Ir-  
regularitatis; 1<sup>o</sup> impedit susceptionem Ordinum et Tomus (Eccle-  
sialis); 2<sup>o</sup> privat usum Ordinum, omnium quidem, si sit totalis, quo-  
rundam vero duntaxat, si sit partialis; 3<sup>o</sup> inhabilem reddit ad  
quodlibet Beneficium recipiendum, si nempe sit totalis, ita, ut  
colatio sit ipso jure nulla et irrita, ibid. S. 2. n. 322. Irregulari-  
tas totalis procedens ad electionem Beneficii inhabilem reddit ad exer-  
citiuum jurisdictionis ordinariae huius Beneficii amens, non autem  
delegata: qua autem supervenit Beneficio obtento non privat  
usum jurisdictionis ordinariae, si sine usu Ordinis exerceri potest.

Qui Irregularitatem, quam forte inveniit, violat, peccat graviter,  
nisi excuset necessitas, ibid. n. 323. Novem numerantur species Irregu-  
laritatis ex defectu, scilicet ex defectu animae; ex defectu corporis;

ex defectu natalium; ex defectu fama; ex defectu aetatis; ex defectu  
obligationis; ex defectu Sacramenti; ex defectu levitatis; et ex defec-  
tu libertatis, ibid. S. 3. n. 324. Irregularitatem ex defectu animae  
triplex animi defectus inducit, scilicet defectus rationis usque; scientia,

qualem sacri Canones requirunt, et defectus fidei confirmata, ibid.  
n. 325. Quantum ad Irregularitatem ex defectu corporis primis Ec-  
clesiae saeculis defectus corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

erent, ibid. n. 326. Irregularitas ex defectu corporis, modo ex delicto non essent, Irregulari-  
tatem non inducebant: sed saeculis sequentibus, cum scilicet reperi-

450

quit charitas, nec ea esset virtus in iis, qui corpore vitiosi erant, qua de-  
formitatem illius vinceret, Ecclesia post quartum saeculum hanc Irregula-  
ritatem induxit, ibid. n. 328. Irregularitas igitur ea defectu corporis  
inducitur, si idae talis sit, ut vel impediat decentem Ordinis executionem,  
vel notabilem deformitatem inducat, aut scandalum, honorem, vel con-  
tentum persona generet. Ejusmodi corporis defectus quatuor modis sunt  
generis; 1<sup>o</sup> enim Irregularis est, qui ex tali defectu inhabilis redditur ad mu-  
nus Sacerdotale; 2<sup>o</sup>, qui honorem et scandalum generat; 3<sup>o</sup>, qui cum nimia  
difficultate et indecenter munus Sacerdotale peragit; 4<sup>o</sup>, qui notabiliter  
est deformis: in dubio nimis deformitas aut indecentia Irregularitatem in-  
ducit, standum est Episcopi iudicio, ibid. n. 329. Vitia corporis occulta Ir-  
regularitatem non inducunt, nisi talis defectus ex propria culpa ortus sit,  
et nisi quis sit Hemaphroditus, ibid. n. 330. Ex defectu natalium  
Irregulares sunt omnes filii illegitimi, cuius natum ex Matrimonio nullo  
ob impedimentum dirimens, sed tamen bona fide unius saltem partis in facie  
Ecclesiae celebrato, ibid. n. 331. Quatuor modis tolli potest haec Irregulari-  
tas 1<sup>o</sup> per solemnem Religionis professionem, quoad Ordines duntaxat, non  
vero quoad Oraturos et Dignitates sive intra sive extra Religionem; 2<sup>o</sup>  
per subsequens Matrimonium, dummodo tempore conceptionis filiorum  
parentes fuerint habiles ad contrahendum Matrimonium, nec habuerint  
aliquod impedimentum dirimens; 3<sup>o</sup> per legitimationem, qua a solo  
Summo Pontifice emanare debet; 4<sup>o</sup> per dispensationem, quam solus  
Papa concedere potest ad Majores Ordines, et Beneficia curata, aliasque  
Dignitates: quoad Minores Ordines et Beneficium Simplex, quod non re-  
quirit sacros Ordines, potest Episcopus dispensare, ibid. n. 332. Ir-  
regularitas ex defectu fama, est idem ac Irregularitas ex infamia, ibid. n.  
333. Generatim duplex est, una Juris, altera Facti: Infamia Juris  
oritur ex Jure seu Lege Civili aut Canonica, qua certis quibusdam  
actionibus vel officiis infamia notam imponit; Infamia facti est ea, qua  
oritur ex delicto gravi et notorio, propter quod verus apud graves, et ho-  
nustos viros male audit, ibid. n. 334. Irregularitas ex infamia  
facti tollitur absque dispensatione per eam vita emendationem,  
qua maculas prioris vite non solum coram Deo sed etiam in opinio-  
ne hominum detulerit: Irregularitas vero Juris non tollitur per  
solam poenitentiam, sed imper requiritur dispensatio Papa, quan-  
do infamia est Juris Canonici, Principis vero temporalis, si infamia  
lata sit Jure Civili, ibid. n. 338. Irregularitas ex defectu eta-  
tis incurritur ab iis, qui ea aetate non sunt, quam Canones prescribunt,  
scilicet pro Subdiaconatu annum 22<sup>um</sup> pro Diaconatu 25<sup>um</sup> pro  
Presbyteratu 25<sup>um</sup> et pro Episcopatu 30<sup>um</sup> quos tamen annos in-  
choasse sufficit: a defectu aetatis dispensare solus est Papa, ibid. n.  
339. Irregularitas ex defectu obligationis ea dicitur, qua  
oritur ex obligatione aliqua, qua quis tenetur: duo autem sunt ho-  
minum genera, qui hanc Irregularitatem contrahunt, scilicet Curia-  
les, qui nempe in Curia Principum Saecularium aliquibus officiis obli-  
gati detinentur; qui tamen, si, deposito officio, liberi sint, ordinari  
possunt, nisi mutilationi aut homicidio se se immiserint, vel infame  
aut vile ministerium in Curia caecerint: et obligati ad rationem,  
donec, deposito onere et rationibus redditis, liberi sint, ibid. n. 340.  
Irregularitas ex defectu Sacramenti oritur ex Bigamia, sive Matri-

159

monis plures cum variis Incessive uxoris contracto ac consummato, ibid.  
 n. 341. et seq. | vid. Bigamia | Causa, quibus Eccl[esi]a nota fit ad hanc ex  
 Bigamia irregularitatem Statuendam tres esse videntur, 1<sup>o</sup> Incontinen-  
 tia, qua se iterata Matrimonio prodit; 2<sup>o</sup> ob defectum Sacramenti, quia  
 bigamus perfecte non significat neque representat unionem Christi cum  
 Eccl[esi]a, qua unius est cum una; 3<sup>o</sup> quia qui amorem suum a defuncta  
 uxore ad alteram transfert, videtur cupiditate magis et carnali affectu du-  
 ci, quam benevolenti animo; de tali proinde timendum, ne Eccl[esi]am sibi  
 desponsatam minus diligat, quam ejus dotem et amplitudinem, eamque  
 respiciat, si clarior altera et magis dotata se offerat, ibid. n. 343. In-  
 regularitas hac tolli non potest nisi per dispensationem Summi Pontificis,  
ibid. n. 344. Irregularitatem ex defectu lenitatis contrahit is, qui vo-  
 luntarie et proxime, licet iusta, concurrit vel physice, vel moraliter, vel  
 negativè ad necem vel mutilationem alicujus, ibid. n. 345. Hoc hunc  
 lenitatis defectum Irregularitatis causam esse voluit Eccl[esi]a, quod Cle-  
 rici esse mitis et mansuetos, p. maxime deceat, ibid. n. 346. In causa  
 sanguinis proxime ad mortem vel mutilationem alicujus concurrere, adeo  
 que Irregularitatem contrahere censentur ex Jure Canonico Accusator,  
 qui non satisfactionem dimittat, sed vindictam petit; Advocatus seu  
 Procurator, qui Accusatori patrocinantur; testes; Scriba seu Notari-  
 us; Judex, qui sententiam pronuntiat; Denique Conifes, qui eam  
 exequentur, et in omnes, qui operam suam ipsi prestant, p. ibid. n. 347.  
 ut hi omnes incurrant Irregularitatem ex defectu lenitatis requiruntur  
 1<sup>o</sup> ut mors vel mutilatio rei de facto sequatur; 2<sup>o</sup> ut cooperatio ad  
 mortem sit voluntaria saltem in Receptione officii; unde qui coope-  
 rantur causa sanguinis v.g. accusando, testificando, p. quando ad hoc  
 obligantur lege charitatis, vel obedientie, vel justitie, non incurrunt  
 Irregularitatem; 3<sup>o</sup> ut cooperatio sit iusta, si enim injusta foret,  
 Irregularis foret, Irregularis foret non tam ex defectu lenitatis, quam  
 ex delicto homicidii, ibid. n. 348. Clerici jurisdictionem temporalem  
 habentes non incurrunt Irregularitatem, quando leges penales fe-  
 runt contra malefactores in genere, vel quando Clericum degra-  
 datum tradunt Judici seculari, tametsi Reus subinde pena capi-  
 tis mulietur, vel Officialibus suis mandant, ut de homicidio aut  
 alio crimine inquirant, ibid. n. 349. Medici at Chirurgi, qui artis sue  
 regulas servati vel consulunt, vel exequentur mutilationem, Irregu-  
 laritatem non incurrunt, nisi ex gravi culpa eorum homo deformetur,  
 vel interiret; in dubio se ut Irregularis gerere debent, ibid. n. 350.  
 Clerici extra casum necessitatis sub Irregularitate prohibetur mutilatis-  
 nem vel adustionem membri alicujus imperare vel exequi, ibid. n. 351.  
 Qui pugnant in bello evidenter injusto, atque in eo militant, fiunt  
 Irregulares, etiamsi propriis manibus non occiderint nec mutilave-  
 rint, pariter et ii, qui in bello iusto propria manu occidunt vel mu-  
 tilant; sed non, nisi dubitent, ibid. n. 352. Irregularitas  
 ex defectu libertatis contrahitur 1<sup>o</sup> à Conjugatis, qui sine consensu uxoris  
 cum castitatem vorant, atque ad Ordines promoveri non possunt; 2<sup>o</sup>  
 à servis, hoc est, Manicipiis, qui sui potestatem non habent, nec ordi-  
 nari possunt, nisi prius à Dominis suis libertate donati fuerint, ibid.  
 n. 353. Irregularitatum, que ex delicto nascuntur, quatuor sunt species, nempe  
 ex delicto hæresis, ex iteratione Baptismi, ex indubitata Ordinis susceptio-  
 ne vel un, et ex homicidio voluntario, ibid. §. 4. n. 354. Irregulari-



tas ex delicto heresis contrahitur ab Hæreticis, Apostatis, Schismaticis, et eo-  
rum factoribus, ibid. n. 355. Irregularitas ex iteratione Baptismi sunt,  
qui rebaptizant, aut rebaptizanti ministrant, item qui voluntarie et  
extra casum necessitatis ab Hæreticis se baptizari sinit; non tamen ii,  
qui sub conditione sive expressa, sive tacita, Baptismum iterant, ubi  
scilicet graviter dubitatur de validitate Baptismi prius peracti, ibid.  
n. 357. Irregularitas ex indebita Ordinis susceptione vel usu contra-  
hitur 1<sup>o</sup> ab iis, qui furtive ac fraudulenter Ordines suscipiunt; 2<sup>o</sup> qui  
majori excommunicatione ligati eodem suscipiunt, ibid. n. 357. 3<sup>o</sup>  
qui interdicti vel suspensi Ordinem sacrum suscipiunt, si Officium Ordinis,  
sic suscepti, exercent, ibid. n. 358. Minor excommunicatione Irregulari-  
tatem non parit, ibid. n. 359. Irregularitatem etiam incurrit, qui si-  
enter et solemniter ministrat in Ordine sacro, quem non habet, ibid. n.  
360. et 361. eam quoque contrahit, qui ligatus aliqua censura, excepta  
minori excommunicatione, functiones Ordinum exercat, ibid. n. 362.  
Irregularitatem ex delicto homicidii contrahit qui homicidium volun-  
tarie perpetrat, ibid. n. 363. et 364. Item homicidium casuale mix-  
tum eam inducit, ubi scilicet quis vel debitam diligentiam non adhi-  
bit in providendo an mors vel mutilatio sequi posset; vel opus aliquod pe-  
riculosum tenere suscipit, sive quia satis peritus non est, sive quia tale  
opus ipsi prohibitum erat; unde mors secunda partim est casualis, par-  
tim voluntaria in causa, quam liberam et voluntariam posuit, ibid.  
n. 365. Ex homicidio pure casuali non contrahitur Irregularitas,  
nisi quis vacaverit rei illicita et periculosa, ibid. n. 366. Irregula-  
ris non est 1<sup>o</sup> qui voluit infirmum, ut commodius quiescat, vel bona  
fide ei præbet cibum, unde mors eam acceleratur; 2<sup>o</sup> qui in casu ne-  
cessitatis, ut salutem totius corporis consulens, membrum gangrenam vi-  
tium amputavit secundum artis regulas, unde tamen brevi mors  
secuta est, ibid. n. 367. Qui occidit ad vitæ defensionem cum mole-  
ramine inculpata tutata, non fit Irregularis, ibid. n. 368. Quæ  
ante septennium, si occidant, non incurrit Irregularitatem, si autem  
sint septennii majores, affirmant aliqui, negant alii, ibid. n. 369.  
Ebrius, qui in ebrietate occidit, etiam fit Irregularis, si illa sua ebrie-  
tas sit culpabilis, ibid. n. 370. Hæc, quæ hactenus de homicidio dic-  
ta sunt, pariter intelligenda sunt de mutilatione; in Jure enim mu-  
tilatio æquiparatur occisioni, ibid. n. 371.  
Summus Pontifex potest dispensare in omnibus Irregularitatibus pro-  
prie dictis, id est, quas Jus Canonium inducit, idque pro plenitudine  
potestatis sue; impedimenta enim naturalia, ut coecitas mentis et cor-  
poris, quæ improprie dicuntur Irregularitates, non sunt dispensationis  
materia, cum humanâ potestate tolli nequeant, ibid. S. 5. n. 372.  
Episcopus dispensare non potest in Irregularitatibus ex defectu, excepto  
defectu natalium et Sacramento, quantum ad bigamiam similitudi-  
nariam, ibid. n. 373. Jure novo Concilii Tridentini Episcopi dispensare  
possunt in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto dimittant, nec  
ad forum contentiosum deducto, excepta sola Irregularitate ex homi-  
cidio voluntario, quantumvis occulto, quoad suos subditos tantum, idque  
vel per se ipsos, vel per alios specialiter tamen et per expressum mandatum  
à se deputatos; non tamen possunt dispensare in ubi Irregularitate ex  
defectu aliquo, ibid. n. 374. Ad dispensandum ab Irregularitate re-  
quiritur omnino causa aliqua, ibid. n. 375. Cum nulla sit Irregu-

lantas propria dicta ante Baptismum, ut potè quæ est impedimentum  
Canonicum, cui non subjacent Infideles; Baptismus propria nullam delat  
Irregularitatem: attamen verum est, quod, licet Infidelis post Baptis-  
ma non sit Irregularis, Bigamus nihilominus maneat post Baptismum  
Irregularis, ibid. n. 376.

Irreligiositas est peccatum quod deus in se vel in rebus aut personis laicis inho-  
noratur. Quinque sunt illius species, scilicet Blasphemia, Tentatio  
Dei, Sacrilegium, Perjurium, et Simonia, de quibus vid. singulis ea-  
rum articulis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. sect. 2. n. 431.

Irrisio est actio, quæ factum alicujus seu ipsius vini aliorum exponit  
tur, atque in ridiculum trahitur; est species contumelia, necnon mor-  
talis, quoties fit ex animo graviter confundendi proximum, vel  
exprobratur sine justâ causâ grave peccatum, aut defectus infamis,  
vel derisus graviter contristatur, aut contumitur, To. 3. Append. ad  
Tr. 5. p. 2. c. 3. §. 1. n. 634. | Vid. Detractio |

Irrogatio Legis est cum Lex, etiamsi lata fuerit, sit nulla et invalida,  
antequam recipiatur. Lex humana irrogatur, vel cum propter con-  
trariam consuetudinem ab hominibus sapientibus et fidelibus exe-  
cutioni non mandatur, vel cum in Legislatores defuerint potestas  
aut voluntas. Nota non omne, quod illicitum est, esse irrogatum, li-  
cet aliqua illicita sint irroga, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. sect. 5. §. 4. n. 59.

Irrogatio voti alia est directa, indirecta alia: prior contingit propter votum,  
hæc vero afficit distantiam materiam voti, ipso voto illato et perma-  
nente; unde est potius suspensio executionis voti, quam illius extinc-  
tio, To. 3. Tr. 4. c. 3. §. 7. n. 150. | Vid. Votum |

Irrogatio Juramenti | Vid. Juramentum |  
Isaias Prophetæ; dicitur, et quando prophetium minus suscepit; quan-  
tum prophetaverit, et quo mortis genere obierit, To. 1. Tr. 1. p. 2.  
sect. 1. c. 4. n. 473. et 476. Liber ipsius quid contineat, ibid. n. 469.  
Valut divinus et Canonicus ab omnibus semper habitus est, ibid. n. 470.  
Solv. ob. ibid. n. 472. et 473.

Isidorus | Sanctus | dicitur, ejus scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 80.  
Judas Apostolus | Sanctus | dicitur, et quibus Evangelium annuntiavit, To. 1.  
Tr. 1. p. 2. sect. 2. c. 3. n. 693. quo mortis genere obierit, ibid. n. 694.  
Unica est ejus Epistola in Ecclesiâ habens auctoritatem; ad quos scripta  
fuerit et quo tempore, ibid. n. 695. An Canonica est veteres non-  
nulli habuerunt, cur; ibid. n. 696. Sed velut Canonicam Concilia, Pa-  
tres, ac universum omnes suscipiunt, ibid. n. 697. Unde Judas ea,  
quæ tum de Henoch, tum de Moysè in Ecclâ loquitur, habuerit, ibid. n.  
698.

Judices in Veteri Testamento. Qui post mortem Josuè deinceps usque ad Sa-  
lam primum Hebræorum Regem Israëlitis profuerunt, Judices sunt  
appellati, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 217. Quandoque à Deo creati,  
interdum vero à populo electi fuerunt, ibid. n. 218. eorum auctoritas  
Regum imperio hæud impar erat; quanto tempore duraverit, ibid. n. 220.  
eorum Chronologia, ibid. n. 221. Quis Judicum Libri auctor, ibid. n. 222.  
Solv. ob. ibid. n. 223. et 224.

Judicium de credibilitate fidei | Vid. Credibilitas, Fides |  
Judicium tenerrimum est mentis assensus sine sufficienti fundamento  
circa rem aliquam præstitus, qui, si sit una formidine oppositi, di-

itur opinio, si sine tali formidine, est et vocatur judicium formum, To. 3. append. ad Tr. 5. p. 2. c. 3. n. 761. Judicium temerarium, si verè tale sit, et fiat cum sufficienti advertentia, necnon circa gravem materiam versetur, est peccatum mortale etiam contra justitiam, ibid. d. 5. n. 704. Si verò tale non sit, sed mentale duntaxat contra proximum, potest aliquando vel nullum esse peccatum, vel veniale tantum; ut 1<sup>o</sup> cum temeritas non est notabilis; 2<sup>o</sup> cum deest sufficienti advertentia: immò nullum erit peccatum, si fiat ex sola mentis promptitudine; 3<sup>o</sup> cum deest materia gravis et sufficienti ad peccatum sive mortale sive veniale, ibid. n. 707.

Judith, duo fuerit; liber ejus nomine inscriptus quòd continet, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 294. et 295. à quo et quò lingua scriptus fuerit; quotque illius versiones, sint, ibid. n. 296. et 297. Duo tempore Bethulia, de qua loquitur liber ista, obsidibus contigerit, ibid. n. 298. Liber iste merito ab Ecclesiæ Canonibus et divina auctoritate censetur, ibid. n. 299. et seq. Sols. ob. ibid. n. 305. et seq.

Juramentum. Juramenti seu Injurandi nomen secundum hanc etymologiam à jure dictum est, To. 3. Tr. 4. c. 4. n. 170. Definitur Injuratio Dei in testam eorum, qua asseruntur aut promittuntur, ibid. d. 1. n. 171. Dividitur ex parte materia seu rei jurata in apertorium et promissorium; ex parte modi in explicitum et implicitum; in simplex et solemnne; in Judiciale, et extrajudiciale; verbale, et verè reale, ac mentum; in contestatorium, et excusatorium; in absolutum et conditionale; hinc et solonum; apertum et ambiguum, ibid. n. 172. et seq.

Beligionis, Apostolici, Cathari, Valdenses, et Wilefus negarunt juramenti usum licitum esse; idem etiam nunc sentiunt Anabaptista, ibid. d. 2. n. 179. Juramentum est actus religionis, eoque uti licitum est, si requirita ad illud conditions conveniant, ibid. n. 180. et seq. Sols. ob. ibid. n. 184. et seq. Conditiones ad licitè jurandum requirita alia se tenent ex parte jurantis; alia ex parte illius, per quem juratur, alia ex parte modi, quo juratur, ad quem etiam pertinet juramenti materia, ibid. d. 3. n. 191. Ex parte jurantis, spectatò jure naturali, ad licitè jurandum satis est, ut quis rationis usum habeat, et juramenti gravitatem non ignoret: at ad jurandum in Judicio necesse est 1<sup>o</sup> ut jurans jure non sit prohibitus jurare, prohibiti sunt pauci ante annos 14. atatis huius, perjuri, infideles, Judai, heretici non tolerati, infames, et qui victum ostiatium mendicant, ibid. n. 192. Juramentum interdictum Clericis; nihilominus in casu necessitatis vel magna utilitatis jurare potest Sacerdos, ibid. n. 193. Ex parte illius, per quem juratur, requiritur, ut, qui jurat, non nisi per Deum verum jurat, nihilque ei attribuat, quod à veritate alienum sit: in necessitate tamen, vel gravi utilitate licitum est petere juramentum ab eo, quem constat per falsos Deos juraturum, ibid. n. 194. Ex parte modi requiritur, ut jurans certò et prudenter credat illud, quod jurat, verum esse, atque non nisi ex necessitate, Christianà prudentià, et pro re gravi jurat, non de re licitè et honestè, ibid. n. 195.

Juramentum promissorium aliud est confirmatorium, aliud per se stans; prius supponit aliquam præviam obligationem; alterum verò nullam, ibid. d. 4. n. 196. In juramento per se stante unica obli-gatio reperitur obligatio, in aliis verò duplex aut triplex, ibid. n. 197. Juramentum de re bonè obligat, sicut, si sit de re malè, vel indifferenti, nisi hæc vergat in commodum tertii, ibid. n. 198. et seq. Juramentum non obligat si fiat ex errore, vel dolo circa rei substantiam, ibid. n. 201.

Juramentum sine intentione jurandi per se non obligat, obligat vero, si ad-  
sit intentio jurandi, quamvis absit intentio se obligandi vel implendi, quod  
juratum est, ibid. n. 203. et seq. In juramento promissorio, promissio fe-  
cta transit ad heredes jurantis, ipsa vero divini nominis invocatio ad fidem fa-  
ciendam ad ipsos non transit, ibid. n. 206. solv. ob. ibid. n. 207. et seq.

Regule circa juramenti interpretationem habent: 1<sup>a</sup> Quoties aliquis cer-  
tus est de intentione, quam in jurando habuit, tunc in foro conscientie  
nulla opus est interpretatione, ibid. s. s. n. 214. 2<sup>a</sup> Juramentum judi-  
candum est juxta naturam actus, cui adjungitur, ibid. n. 215. 3<sup>a</sup> Jura-  
mentum quoad obligationem suam scripta est interpretandum, quan-  
tum ejus materia et verba promissionis permiserint, ibid. n. 216. 4<sup>a</sup>  
Juramentum interpretandum est juxta conditiones, eadem ex communi pa-  
dentium sensu affixas, ibid. n. 217.

Causarum, quae impediunt, ne juramenti obligatio contrahatur, alia se-  
tenent ex parte materiae, ut si res, de qua juratur, sit impossibilis, aut  
penitentiam involvat, vel si sit de re prolixo otiosa; alia se tenent ex parte  
personae jurantis, et sunt duo, scilicet defectus libertatis, et resistantia  
legum, ibid. s. s. n. 218.

Causae, quae efficiunt, ut juramentum  
promissorium obligare desinat, quinque solent recenseri: 1<sup>a</sup> Notabilis  
mutatio materiae, ibid. n. 219. 2<sup>a</sup> Remissio seu condonatio, nisi ali-  
cui jurata fuerit promissio principaliter intuitu Dei, ibid. n. 220. 3<sup>a</sup> Com-  
mutatio; differt haec ab imitatione et dispensatione, quod Imitatio  
obligationem tollat absque ulla causa; Dispensatio vero obligationem  
quidem tollat, sed non sine justa causa; Commutatio autem non tollat  
omnino obligationem, sed sub eodem juramenti vinculo unam materi-  
am pro alia surrogat. Commutatio juramenti, quod in favorem al-  
terius factum est et ab eo acceptatum, nec a jurante, nec a superiore  
fieri potest etiam in aliquid melius. Juramenta in honorem Dei  
facta non possunt in quid minus mutari alia, quam superioris, auctori-  
tate. Summus Pontifex in tota Ecclesia, Episcopus vero quilibet  
in sua Diocesi juramenta in quid minus commutare potest, nisi  
habent sedi Apostolica reservata, ibid. n. 221. 4<sup>a</sup> Imitatio  
facta auctoritate illius, qui jus habet in alterum, ibid. n. 222. §: Vid.

Votum: 5<sup>a</sup> Dispensatio facta a superiore Ecclesiastico legitimam  
potestatem habente; quae non valet, nisi iuxta subit ejusdem con-  
cedenda ratio, si juramentum confirmet promissionem tertio iudam  
factam, nisi interveniat boni communis ratio. Promissio jurata ab-  
sente facta et nequam ab eo acceptata a superiore relaxari non po-  
test saltem sine gravi causa, ibid. n. 223.

Jurisdictio, alia est ordinaria, alia delegata; prior est quae competit perso-  
nae v.g. Episcopo, Baroni, ratione Status, ac numeris; altera quae con-  
ceditur ei, cui cura aliorum ex officio non incombunt, ut facultas  
praedicandi, excipiendi confessiones, ei concessa, qui Pastor non est.  
Aliquando delegatur jurisdictio simul cum dignitate ita, ut Delega-  
tus vice delegantis constitutatur, ut Praeses aut Praefectus in politicis,  
Vicarius generalis, Officialis, Coadjutor Episcopi in regimine  
Ecclesiastico; aliquando vero sine dignitate, ut si quis deputatur ad  
specialia quoddam officium, puta ad concionandum, p. To. 4. To. 7.  
p. 2. n. 174. et ibid. Tr. 5. c. 6. s. 2. n. 331. et seq. §: Vid. Potestas, Coe-  
tentia: 1<sup>a</sup> Quid sit Jurisdictio. ibid.

Jus. Juris nomen seu proprius modis sumitur: 1<sup>a</sup> pro arte Juris seu Juris-  
prudencia; 2<sup>a</sup> pro loco, in quo Jus dicitur; 3<sup>a</sup> pro Juris sententia;  
4<sup>a</sup> pro lege, quae est regula, qua diriguntur actiones, Justitia;

163.  
Prim. (u)  
pag. 153.



185

provincialium, quae quarto saeculo in Oriente celebrata fuerunt, sunt autem illae Neocaesariensis, Gangrensis, Antiochena, Amyriana, et Laodicea. Codex Africanus continet Canones, qui in Africa editi sunt usque ad annum 419. quo anno in Concilio Carthaginiensi probata sunt illorum collectio. Codex vero Occidentalis per quatuor priora saecula continebat solos Nicenos Canones; post quartum saeculum etiam complexus est decreta Conciliorum Orientalium, seu collectionem, quae apud Orientales dicebatur Codex universae Ecclesiae: eidem Codici postea inserti sunt supra memorati 50. Canones, qui dicuntur Apostolici, Synodi Sardienensis Canones viginti quinque; Concilii Africani Canones centum triginta octo; Constantino-politani I. Canones tres, Calcedonensis viginti septem; Decretales, Epistola Summorum Pontificum à Siricio usque ad Hormisdam. Circa annum 781. prodit alia collectio, quam Riculphus Moguntinus ex Hispania attulit sub nomine Isidori Hispalensis: complectebatur, praeter Codicem Dionysianum, decreta ad disciplinam Praetantia, quae Romani Pontifices usque ad Siricium tulisse dicebantur. Anno 1010. Burchardus eandem Romanorum Pontificum, qui ante Siricium vixerant, Epistolas Decretales novae suae collectioni inseruit; et anno 1100. Glosa Carnotensis Operi à se adomato multa ex Digestis, Codice et Novelis addidit, novisque Codicem composuit, qui tum ex Canonibus, tum ex Legibus Civilibus constat, To. 3. Fr. 2. p. 2. c. 2. s. 1. n. 267. Anno 1150. prodit Decretum Gratiani Monachi Benedictini Bononiensis. Addidit hic auctor Isidori Collectioni ea, quae ab ipso ne collecta fuerant, et praetera plurimum veterum Patrum loca laudavit. Opus istud in tres divisit partes: 1<sup>a</sup> Distinctiones 101. continet, in quibus agit de iure divino, de iure humano, de iis, quae pertinent ad mores componendos, et ad Ecclesiasticam disciplinam: altera complectitur causas 36. in varias quaestiones distributas, causa autem 36<sup>a</sup> inseritur Tractatus de poenitentia, qui quinque distinctionibus absolvitur: 3<sup>a</sup> pars, quae inscribitur De Consecratione, quinque distinctionibus perficitur, ibid. n. 268. Anno 1226. Gregorius Papa IX. promulgavit librum Decretalium seu Epistolarum, quas, variis de causis, Summi Pontifices ad diversarum provinciarum Episcopos miserant ab eo tempore, quo Gratianus suum Decretum publici iuris fecerat: collecta fuerunt à S. Raymundo Ordinis Praedicatorum, et in quinque libros divisa, quibus anno 1298. Bonifacius Papa VIII. sextum addidit constantem ex Epistolis Pontificum, qui à Gregorio IX. ad suam usque aetatem rebus Ecclesiae profuerant, necnon ex Decretis Conciliorum Lugdunensium, et ex pluribus aliis, quae ipse Bonifacius ediderat, ibid. n. 269. Anno 1317. Joannes Papa XXII. promulgavit Clementinas in quinque libros distributas Decreta Concilii Viennensis, cui ipse Clemens Papa V. praesederat, continentibus: iis idem Joannes Papa suas ipse addidit Decretales, quae Extravagantes dicuntur, quod extra Corpus Iuris vagentur; necnon multas alias Extravagantes, quae solent appellari communes, eo quod non unius

166

Dumtaxat, sed multorum Romanorum sint Pontificum, ibid. n. 270.  
 Multiplex est discrimen inter disciplinam, qua Jure novo inventa est, et eam, qua Jure antiquo obtinebat: nam Jure novum differt à veteri, 1<sup>o</sup> quòd potestas, qua in plerisque causis judicandis Synodi provinciales fovebantur, Jure novo ad solum Papam pertinent; 2<sup>o</sup> Beneficia, qua olim in ipsa ordinatione conferabantur, ab ipsa Ordinatione sunt distincta, et Clerici sub titulo patrimonii Majoribus Ordinibus adscribuntur; 3<sup>o</sup> Coenitentiarum publicarum rigor maxime temperatus est; dispensationumque Apostolicarum usus in Matrimonii, in votis, aliisque per multis rebus frequens factus est; Capitulis pariter concessa fuerunt exemptiones ab Episcopali jurisdictione, introductaque Monachorum et Ordinum sive Mendicantium, sive aliorum privilegia; 4<sup>o</sup> Multiplex Monachorum species, et Religiosorum Societatum diffusa per totam Ecclesiam multitudo, qua ab Episcoporum sollicitudine libera novis regulis et Institutis à Romano Pontifice reguntur, ibid. n. 271. |. Uid. Lex Canonica: |

Jus Civile. Nomine Juris Civilis intelliguntur Constitutiones, qua respiciuntur 1<sup>o</sup> in Codice Theodosii; 2<sup>o</sup> in Pandectis seu in libro Digestorum, qui nihil aliud sunt, quam collectio Coenitentiarum, quae ea veteribus Jurisconsultis amissa fuerunt; 3<sup>o</sup> in Codice Justiniani; 4<sup>o</sup> in libro Novellarum, qua et nonnunquam Authentica appellantur. Habita ratione solius Juris naturalis, Lex Civilis obligat statim atque subditis innotuit: Stando autem in Jure positivo, varia pro varietate nationum requiritur promulgatio: haec Leges Imperiales obligant nisi post duos menses ab eorum solemnium promulgatione facta in Metropoli, in qua quis degit: neque etiam vis legis absolute pendet ab acceptatione populi; id tamen non impedit, quin populus, hoc est, major et senior pars populi Principem humilissime monere possit, vel factum, quod Lex abeolata supponit, falsum esse, vel illius cum averta consuetudine oppositionem, vel impedimentum, quod majori provinciarum bono affect, exponere: quòd si Princeps intelligat, Legem à se latam à populo non fuisse receptam, eumque impositis poenis ad illius receptionem non compellat, tunc suo consensu Legi sua derogasse, et ab eà firmitatem abstulisse censendus est, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 3. n. 286.

Quemadmodum Theologo in multis auctoritate Juris Canonici peritorum vitandum est, ita et non in paucis, praesertim ubi de Justitia et Jure agitur, Juris Civilis seu Caesarei Consultorum placita sequi debet, To. 1. Tr. 4. c. 4. n. 125.

Jus Patronatus |. Uid. Patronatus: |

Justi. Non ex solis Justis et perfectis constat Ecclesia, sed etiam admittit habet imperfectos et peccatores, To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 2. n. 302. et seq. sol. ob. ibid. n. 305. et seq.

Justificatio. Nomine Justificationis hie intelligitur acquisitio justitiae, qua quis Deo gratus efficitur, To. 2. Tr. 4. c. 4. §. 2. n. 80. Non in sola peccatorum remissione consistit, sed interiorum in super hominis reformationem formaliter includit, fitque formaliter per donum aliquod internum et anima inherens, seu consistit in forma aliqua intrinseca, qua anima inherat, ibid. n. 81. In parvulis nulla ad eam dispositio requiritur: adultus vero non justificatur sine praevia sua dispositio-

ne, quaeumque tandem illa sit, ibid. n. 82. Fides, qua necessaria est ad justificationem, non est specialis promissionum fides, sed est dogmatica seu fides catholica, a sensu scilicet firmus ac certus rebus omnibus à Deo revelatis, ibid. n. 83. Sols. ob. ibid. n. 90. et seq. Sola fides non justificat, ibid. n. 84. Sols. ob. ibid. n. 93. et seq. Nemo potest, nec debet, saltem speciali revelatione, fide divina credere sibi remissa esse peccata, ibid. n. 87. Sols. ob. ibid. n. 98. et seq. Fides et iustitia semel habita amitti possunt, nec ad solos electos pertinent, ibid. n. 88. Sols. ob. ibid. n. 103. Justificatio seu iustitia, quae formaliter iusti sumus, non est in omnibus iustis aequalis, ibid. n. 89. Sols. ob. ibid. n. 104.

Justitiam Martyr (sanctus) Quis; ejus Opera, To. i. Tr. 4. c. 7. §. 2. n. 31.  
Justitia sumitur in scriptura pro complexione omnium virtutum: quod patres 1<sup>o</sup> pro Deo, ut est in se, id est, sine ordine ad creaturas; 2<sup>o</sup> pro virtute reddente alteri, quod suum est, seu debitum ad aequalitatem, To. 3. Tr. 5. proem. n. 29. Sic accepta Justitia definitur constant et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi; vel clarius et magis ad logicae regulas, virtus moralis firmans voluntatem ad perpetuo reddendum alteri ius suum ad aequalitatem, ibid. c. 1. §. 1. n. 30.

Dividitur ad aequitatem in commutativam, quae est virtus moralis firmans privatim ad reddendum alteri, quod suum est; Distributivam, quae est virtus moralis firmans inclinans communitatem, vel eam, qui ei praestant eamque representat, ad servandam debitam proportionem inter ea, quae distribuantur, et conditionem personarum, quae distributio respicit: haec duplex est, numerativa, quae in officiis et praemiis iuxta meritum distribuendis occupatur; et vindicativa, quae circa invocandas poenas iuxta modum culpa versatur; ad commutativam ab aliquibus reduitur; et legalem, quae est virtus moralis firmans voluntatem ad tribuendum Reipublicae debitum, scilicet procurando bonum Reipublicae pro bono privato: haec etiam duplex scilicet Nomothetica seu Imperans in Principe vel Magistratu et Superiore residens, quatenus actus suorum subditorum dirigit ad bonum commune; et Executiva seu Ministerialis residens in civibus et inferioribus, quando amore boni communis obediunt, et observant ea, quae legibus continentur, ibid. §. 2. n. 31.

Causa efficiens Justitiae est Deus, à quo omne donum descendit, et homo, quatenus Deo cooperatur: finalis est ipsamet Justitiae finis, seu actus Justitiae, per quos unumquodque ius suum tribuitur: formalis ipsa Justitiae definitio continetur: Materialis circa quam seu objectum illius duplex est, Materialis, quod est res vel actio debita et reddenda; et formale, quod est res vel actio prout strictè debita et ad aequalitatem reddenda: Causa materialis in qua seu Subiectum Justitiae, vel in quo Justitia residet, est ipsa voluntas, ibid. §. 3. n. 33. Nec ejusdem hominis ad seipsum, nec inter Deum et hominem, nec denique inter Patrem et filium reperitur Justitia propria dicta, ibid. n. 34. Idem dicendum videtur de servis respectu Dominorum suorum, ibid. n. 35. Nihil tamen obest, quin imperfecta et improprie dicta Justitia inter eos intercedere dicatur. Idem quoque dicendum de marito et uxore quia talibus; quia sunt una caro et veluti unum totum: attamen si considerentur ut persona distincta, inter eos Justitia intercedere potest, ibid. n. 36. et c. 2. §. 2. n. 93. Sols. ob. ibid. n. 37. et seq. Vil. etiam To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3.



160

§. 7. n. 76. et seq.

Nemo potest nec debet, salutem speciali revelatione, fide divina uideri, sibi remissa esse peccata, veramque iustitiam se habere, To. 2. Tr. 4. c. 4. §. 2. n. 87. Iustitia et fides bene habita amitti possunt, nec ad solos Electos pertinent, ibid. n. 88. Iustitia, quae formaliter iusti sumus non est in omnibus aequalis, ibid. n. 89. |: vid. Iustificatio:|

L.

Latitia inepta orta ex uapula, quae mouet ad cantiones obscenas, ad actus turpes, ad choras inhonestas, p. est mortalis, quando induit ad consensum, uel actum, uel delectationem mortalem, aut aliquid scandalum pariens, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 3. n. 277.

Laius dicitur à uoce graecâ λαός, quae latine idem sonat ac populus, To. 4. Tr. 4. p. 1. c. 2. n. 10.

Latria |: vid. Adoratio:|

Lectio S. Scripturae |: vid. S. Scriptura:|

Lectio turpis |: vid. Cantiones:|

Lectoratus est officium, quo traditur potestas legendi in Ecclesia Scripturam Sacram utriusque Testamenti, et Scripta SS. Patrum. Materia ipsius apud Graecos est impositio manuum; apud Latinos uero est traditio codicis, de quo lecturi sunt, qui ordinantur: forma apud Graecos est oratio, quam Episcopus manuum imponens fundit supra Ordinandum; apud Latinos uero sunt haec uerba: Accipite, et estote uerbi Dei relatores p. To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 3. n. 97. Officia Lectoris quinque numerantur 1<sup>o</sup> publicè in Ecclesia legere Scripturam S. utriusque Testamenti et Doctorum Orthodoxorum Scripta; 2<sup>o</sup> tradere fidei rudimenta siue catechumenis, siue Baptizatis rudioribus, eaque ipsi explanare; 3<sup>o</sup> olim Lectoris munus fuit Episcopo praedicanti eam Scripturae partem, quam ille expositurus erat, legere; 4<sup>o</sup> ad Lectorem pertinet diuinas laudes decantare, et praesae Organistis seu Cantoribus, qui prioribus Ecclesia saeculis et temporibus erant ueluti eius Coadiutores; 5<sup>o</sup> Lector antiquitatis etiam novos fructus benedictione conseruare, ibid. n. 98. Ex his perspicuum est Lectoris Ordinem antecellere Ostiariatum, cum Lectori competant munera honorificentiora quam Ostiario; Veteres prouidè Lectoratus Ordinem magis fecerunt, ibid. n. 99.

Lectoratum esse uerum Sacramentum affirmat S. Thomas et plures alii, ibid. c. 8. §. 10. n. 164. communior tamen sententia est illum non esse Sacramentum, ibid. n. 165. et seq.

Legatum est ultima uoluntatis dispositio, qua testator particulare donum ab hereditate selectum directis uerbis alii relinquit: Sumitur etiam pro ipso dono hic relicto, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 13. n. 457. Duplex est, particulare uel universale: Particulare est, cum alii designatum aliquod bonum legatur, ut Summa pecunia, tabula, uilla, p. Universale est, cum aliquis bona omnia sua legat, aut omnium bonorum partem, ibid. n. 459. Lege Iuris Romani à legato uersali detrahitur quarta pars, quae cedit heredibus, Falcidia dicta à Falcidio Tribuno plebis, quod ipse primus eam inuenerit: ab ea tamen immunita sunt legata ad pias causas, ibid.

Leo Magnus |: Sanctus; cuius opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 69.

169

Leviticum. Leviticus Inbula, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 67.

Leviticus tertius liber in veteri Scriptura hebraea: Leviticus nomen sortitus est à legibus et caeremoniis Sacerdotis, Levitas, et Sacrificia spectantibus, To. 1. Tr. 1. p. 2. lect. 1. c. 1. n. 198. Solo. ob. ibid. n. 197. et 198.

Lex. Legis nomen quidam derivant à verbo ligare, quod nimirum Subditos liget seu obliget ad aliquis agendum vel omittendum: alii volunt legem dici à legendo, quod scilicet plerumque scriptis mandatur: alii placet legem dici à legendo, id est, eligendo, quod scilicet multorum consultatione pra aliis medijs ad finem conducendis eligatur; vel, ut alii volunt, quod officiat, ne lateat quod pro ceteris agendum est aut omittendum. Lex nonnunquam etiam Jus appellatur, v. g. Jus naturae, Jus Canonicum, Jus Civile, &c. quia est quaedam justis actionum justarum; nam Jus justa quoddam derivatur à verbo Jubeo, et justa alios à nomine Justitia, To. 3. Tr. 2. proem. n. 2. Legis nomen dupliciter sumitur, latissime et improprie, et sic est qualibet regula seu mensura naturae, artis, et morum; et strictè ac proprie, sicque sumpta Lex definitur Ordinatio rationis communis et stabilis ab eo, qui curam communitatis habet unum voluntate obligandi et ad hoc, qui curam communitatis habet, ibid. n. 3. Adeoque Lex debet esse: 1<sup>o</sup> dispositio seu directio et regula Subditorum, ibid. n. 4. 2<sup>o</sup> rationalis, id est, honestae et rectae rationi consentanea, ibid. n. 5. et perpetua, id est, ut non expirat morte legislatoris, nec feratur cum eadem temporis praedefinitione, cujus lapsu cesset ejus obligatio, atque ut obliget Subditos non modo existentes sed et futuros, ibid. n. 6. 3<sup>o</sup> ferri debet toti communitati perfecta seu corpori Reipublicae, non communitati imperfectae, aut singulari alicui personae, ibid. n. 7. 4<sup>o</sup> ferri debet ab eo, penes quem est perfecta in alios auctoritas et jurisdictionis, ibid. n. 8. 5<sup>o</sup> qui eam fert debet velle obligare ad eam, ibid. n. 9. 6<sup>o</sup> ferri debet propter bonum commune sumtaxat, non privatim proprium aut aliquot privatorum, hujusmodi Lex enim est grave peccatum, ibid. n. 10. 7<sup>o</sup> debet promulgari; sive deum in se de iuris auctoritate, sive de ejus conditione, ut vocant, sine qua non, ibid. n. 11. 8<sup>o</sup> Lex differt à simplicii praecipio, mandato, et Statuto, ibid. n. 12. 9<sup>o</sup> debet esse honesta ex parte objecti, ibid. n. 13. Justa parte finis, potestatis, et secundum aequalitatem proportionatam, ibid. n. 14. 10<sup>o</sup> possibilis, seu de objecto possibili, ibid. n. 15. 11<sup>o</sup> Debet esse secundum naturam, id est, naturalem rationem, ibid. n. 16. 12<sup>o</sup> Debet esse secundum patriam consuetudinem nec non loco et tempore conveniens, ibid. n. 17. 13<sup>o</sup> Debet esse necessaria, id est, ex gravi et instante necessitate: Lex tamen sine instanti necessitate lata obligat, si ipsa valeat ad bonum commune, ibid. n. 18. 14<sup>o</sup> Debet esse utilis ad bonum commune, ibid. n. 19. 15<sup>o</sup> Manifesta, id est, clara, qua conditio est tantum ad bene esse legis, ibid. n. 20. Lex omnis necessaria obligat, ibid. n. 21.

Lex generali divisione dividitur in Divinam et humanam: Divina est ea, quae à Deo lata est; Humana, quae ab homine est sumpta. Lex Divina alia est Aeterna, alia Naturalis, alia positiva; positiva alia est Vetus, alia Nova; Vetus est ea, quam Deus Moyse dedit per Angelum, et per Moysem Israëlitis; Nova est ea, quae à Christo lata fuit omnibus hominibus, et per Apostolos promulgata. Lex Humana subdividitur in Ecclesiasticam, quae scilicet fertur potes-

quid. Exercit. 23. n. 320. et seq.

tate Ecclesiastica et Spirituali, ut Papa, Concilii, Episcopi; et in Civili, qua fertur potestate Saculari, ut Regis, Principis, p. ibid. n. 22.  
 Lex Aeterna improprie et late sumpta, ac prout se extendit ad creaturas irracionales, acque ac racionales dicitur Ratio Divina Sapientia movens omnia ad debitum finem, seu Ratio Divina Sapientia secundum quod est directiva omnium actuum et motionum, ibid. p. 1. c. 1. n. 24. Strictè vero et proprie sumpta, et prout se ad creaturas racionales duntaxat extendit, definitur Ordinatio et actus Divinae voluntatis, quo Deus ut auctor natura ab aeterno statuit, ut à creatura rationali, quam creatus esse, fierent ea, quae ex natura rei necessaria sunt ad vivendum decenter ac conformiter naturae suae intellectuali, et omittentur ea, quae naturam intellectualem dedecent; cum illius nulla ab aeterno potuerit esse promulgatio, quia nulla tunc existit creatura rationalis, cui promulgaretur; hinc in tempore completa est in ratione legis proprie dicta per recta rationis dictamen positivum, quo Deus, ut auctor natura positivè, et per modum imperii dicitur et praescribit creaturae rationali hoc et illud esse faciendum vel omittendum; hoc autem dictamen legem naturalem nominamus: hinc Lex aeterna non differt à lege naturali, nisi quod haec ei superaddat promulgationem in tempore factam per lumen naturae, ibid. n. 25. Lex aeterna existit, et potest, omnibus nota est; ab eà Lex omnis tanquam à causa derivatur; eique omnia creata sive necessaria sive contingentia et libera subijciuntur, ibid. n. 26.

Lex naturalis est Ratio Divina ordinatio ad bonum commune naturae rationalis à Deo ut auctore illius promulgata, et creaturam rationalem obligans, quae permanenter statuit ea omnia, quae sunt iuris naturalis, praecipiendo ea, quorum omnino, et prohibendo ea, quorum commissa naturam rationalem dedecet, ibid. c. 2. §. 1. n. 28. Abi breviter eam definiunt Lex aeterna radium creaturae rationali à Deo imperium dictantem et praescribentem, quid agere aut fugere debeat, ibid. n. 29. Lex naturalis prohibet, quid quid ex natura rei dedecet naturam rationalem, ibid. §. 2. n. 30. praecipit id omne, quod ex natura rei necessarium est ad vivendum conformiter ad naturam rationalem, ibid. n. 31. obligat in conscientia, ibid. n. 32. praecipua eius praecpta affirmativa, et ad quae cetera, quae ipso praecipit, referuntur, sunt Dilatatio Dei, animae nostrae, animae proximi, et corporis nostri, ibid. n. 33. praecptum ejus negativum, ad quod alia referuntur, est illud, quo prohibetur cupiditas, ibid. n. 34. Lex naturalis est omnino necessaria, ibid. §. 3. n. 35. Lex dicitur mutari propria, quando mutatur in se ipsa: mutatur autem in se ipsa vel quando desinit, sibi est quando desinit conducere ad bonum commune, aut etiam incipit ei esse contraria, vel quando ad aliquod tantum tempus lata est, quo proinde finito, eo ipso extinguitur, vel quando abrogatur à Superiore, aut quando contraria consuetudine praescribitur, aut etiam, si velis, quando restringitur per dispensationem proprie dictam, ibid. §. 4. n. 36. Lex naturalis proprie et in se ipsa mutari non potest, ibid. n. 37. Sols. ob. ibid. n. 38. et seq.

Nulla potestas sive humana, sive divina proprie dispensare potest in lege naturali, ibid. §. 5. n. 43. Sols. ob. ibid. n. 44. et seq. Lex naturalis in multis eget declaratione et interpretatione, ibid. §. 6. n. 50. Lex naturalis obumbrari quidem potest in his conclusionibus praesertim remotioribus, non autem ex hominum mentibus omnino deleri, ibid. n. 51. vid. Ignorantia. Lex divina positiva est, quae Dei ipsius auctoritate lata est et pro-

Prim (X)  
 pag 161.

mulgata scripto vel voce, ut pax homini mortali cum Deo immortali fieret, seu ordinata esset hominum in fide sub aeterna lege obedientia: Duplex est, ut supra dictum, Vetus scilicet et Nova, ibid. c. 3. n. 53. Quamvis Theologi communiter nomine Veteris Legis eos omnes 5. Scripturae libros, qui Veteri Testamento continentur, intelligant, attamen nomen istud hic strictius sumitur, atque per Legem Veterem intelligitur ea, quam Moyses à Deo acceptam promulgavit, et quae Pentateuchus seu quinque libri Moysis primum locum in Veteri Scriptura occupantibus continentur, atque Lex Mosaiica nuncupatur, ibid. sect. 1. n. 54. Capani, Marcionites, et manichei, p. dixerunt Legem Veterem non fuisse bonam sed omnino malam, ibid. 5. 1. n. 55. Sed propeperam, nam fuit bona, ibid. n. 56. Solv. ob. ibid. n. 58. et seq. Non tamen fuit perfecta respectu Legis Novae, ibid. n. 57. Solv. ob. ibid. n. 62. et 63. Cerdoniani et Manichei dixerunt, Deum Legis Veteris et Prophetarum non approbavisse Christum, sed malum Deum et unum de Principibus tenebrarum. Ptolomaeus Veterem Legem partim Deo, partim Moyse, partim Senioribus adscripsit, ibid. 5. 2. n. 64. Tota Lex Mosaiica seu Vetus, ab Exodus usque ad Deuteronomium inclusivè, est à Deo Legislatore, ibid. n. 65. Solv. ob. ibid. n. 66. et seq. Lex antiqua per Moysen data fuit Israelitis, ibid. 5. 3. n. 70. Moyse autem per Angelos, non vero per verbum divinum, quod in humana specie apparuerit, ibid. n. 71. Solv. ob. ibid. n. 72. et 73. Lex Veteris non omnibus hominibus data est, sed solum Israelitis, ibid. 5. 4. n. 74. In Veteri Lege erant praecipua moralia et caeremonialia: illa erant Lex naturalis, quae in Decalogo comprehensivè continetur; ista vero erant, quae praecipuis moralibus superaddita sunt, quaeque pertinent ad sacrificia, ad iudicia, ad purificationes, et ad alios ejusmodi ritus, ibid. 5. 5. n. 75. Omnes homines lege Veteri tenebantur quantum ad praecipua moralia, ibid. n. 76. non vero quantum ad caeremonialia aut iudicialia, sed solum Judaei, ibid. n. 77. Solv. ob. ibid. n. 79. et 80. Omnes homines poterant se adungere Judaeis seu Israelitis, et Legi eorum se subicere, ibid. n. 78. Lex Veteris tria praecipuorum genera complectebatur: Moralia, quae ad mores, juxta recta rationis normam exigendos conferunt; caeremonialia, quibus certus ritus ad Dei cultum praescribuntur; et iudicialia, quae certum modum praescribunt justitiae inter Judaeos seu Israelitas servandae, ibid. 5. 6. n. 81. Triplex fuit Veteris legis finis: primus et proximus per praecipua moralia, in iis, quae ad naturalem rectitudinem necessariam adriverendum conformiter ad naturam rationalem; per praecipua caeremonialia, in iis, quae ad cultum divinum; et per praecipua iudicialia, in iis, quae ad regimen politicum spectant, dirigere populum Judaicum: Secundus et principalis à Deo intentus finis, fuit spiritualis ac supernaturalis populi Judaici felicitas, tum in hac vita per sanctitatem morum, tum in altera: tertius fuit gloria Christi, ad quem venturum Lex Mosaiica disponebat, et quem magna ex parte praefigurabat per praecipua caeremonialia, et multa iudicialia, ibid. n. 82. Effetus Legis Veteris fuerunt, populum Judaicum dirigere in iis, quae pertinebant ad honestatem naturalem necessariam, ad cultum divinum, et ad regimen politicum; procurare spirituales et supernaturales ejusdem populi felicitatem, tum in hac vita per morum sanctitatem, tum in altera per aeternam beatitudinem.

tudinem; disponere ad Christum venturum, ubique profigere; obligare  
 Deo, quae praecipiebat vel prohibebat; aliqua permittere, ut libellum ve-  
 pudii, plerumque uxorum, p. vitare aliquos actus; constituere premia,  
 vel poenas sive temporales, sive etiam spirituales, ibid. n. 83. Lex  
 vetus omnino abrogata est, ibid. §. 7. n. 85. Solv. ob. ibid. n. 90. et seq. Ab-  
 rogata non fuit ante mortem Christi, ibid. n. 86. Solv. ob. ibid. n. 95.  
 Abrogata fuisse videtur in morte Christi, ibid. n. 87. Solv. ob. ibid. n.  
96. Quamvis in morte Christi fuerit abrogata, non tamen statim  
 fuit mortifera, ibid. n. 88. Solv. ob. ibid. n. 97. et seq. Quamvis omnino  
 certum non sit, quoniam tempore Lex Mosaiica coepit esse mortifera,  
 probabilius tamen est, eam coepisse esse mortiferam quadragesimo circiter  
 post Christi mortem anno, cum nempè Templum Ierosolymitanum à Ro-  
 manis destructum est et aversum, ibid. n. 89. Solv. ob. ibid. n. 103.  
 Lex positiva Divina Nova seu Evangelica, est, ut supra dictum, ea,  
 quae à Christo lata fuit omnibus hominibus et per Apostolos promulgata  
 tum viva voce, tum magna ex parte scripto, in iis scilicet libris, quos  
 Novi Testamenti Codices nuncupamus: unde habetur Legem Evangelicam  
 tum in Scriptura tum Traditione contineri, ibid. Sect. 2. n. 104. Di-  
 vina est, idemque Auctor est Christus: promulgata fuit, saltem in  
 Iudaeis, die Pentecostes; condita vero susceptiva; neque videtur obli-  
 gasse ante diem Pentecostes, quo solemniter fuit promulgata, ibid. n.  
105. et 106. Lex Evangelica dupliciter spectari potest subiect vel  
 in se praecise, seu prout est Christi dispositione et characteratum seu gra-  
 tiam largitione; vel in ligno, seu doctrina viva voce expressa, quae  
 nobis explicuit divitias suae donationis, quam deinde Apostoli tum in  
 sua commentaria magna ex parte retulerunt, tum etiam viva voce  
 suis posteris tradiderunt, ibid. §. 1. n. 107. Lex Evangelica seu Nova  
 praecipua indita est seu scripta in corde interiori, secundario vero scrip-  
 ta est tradita est exteriori; et sic sumpta definitur potest Gratia  
 per Spiritum Sanctum cordibus indita, quae creduntur et amantur, quae  
 Christus verbo tradidit, ibid. n. 108. et seq. Solv. ob. ibid. n. 111. et seq.  
 Lutherus et Calvinus docuerunt Christum nunquam obli-  
 gatum non Legislatoris, nec Legem Novam instituisse, sed solum Veterem  
 abrogasse, nihilque aliud nisi ad salutem esse necessarium, quam  
 fidem, per quam liberamur ab omni lege: Lex ergo Evangelica iuxta  
 ipsos, utpote Lex libertatis, aliud non continet praecceptum, quam fi-  
 dem, seu certam fiduciam in divinis promissis, adeo ut, stante ejus-  
 dem fiducia nullum peccatum quantumcumque grave, imputetur  
 tumque solummodo Christiani peccent, cum à certâ fiducia illâ ex-  
 cidunt, ibid. §. 2. n. 116. Praeter fidem dantur in Lex Nova ad-  
 haec alia praecpta, moralia et caeremonialia, ibid. n. 117. quamvis  
 in ea non dentur judicialia, utpote quae Christus institutura sua re-  
 liquit Eulera, ibid. n. 118. Juxta triplicem duntaxat generis  
 sunt legis Evangelicae praecpta; alia scilicet sunt fidei, ut praecp-  
 tum credendi mysterium SS. Trinitatis, Incarnationis Verbi, p. alia  
 moralia, ut sunt ea, quae in Decalogo continentur, quosque Christus  
 sua auctoritate firmavit, p. alia denique caeremonialia, quae  
 spectant in Sacrificiis et Sacramentorum, p. ibid. n. 119. Solv. ob.  
ibid. n. 120. et seq. Lutherus ex impia principio, quod Christus in  
 Nova lege nihil aliud nisi fidem, seu fiduciam in divinis promissis in-  
 stituerit, concludit fideles per Legem Evangelicam eximi ab obligatione  
 mandatorum divinarum et humanorum, ibid. §. 3. n. 127. Lex Evan-  
 gelica non eximit fideles ab obligatione mandatorum tam divinarum

quam humanorum, ibid. n. 128. et seq. Sols. ob. ibid. n. 131. et 132. Lex Evangelica differt à Mosàica 1<sup>o</sup> quia Lex Evangelica per se et primario non fuit scripta exteriori sed interiori per abundantem Spiritus Sancti gratiam altè insculpta hominum cordibus, et vivà voce exteriori intimata; at verò Lex Mosàica scriptò tradita fuit in tabulis lapideis: 2<sup>o</sup> quia Lex Evangelica ex se vim justificandi habet, necnon Sacramenta continet, quò vitè ea suscipientibus gratiam Sanctificantem ex opere operatò conferunt; Lex verò Mosàica ex se vim justificandi non habuit, nec habuit Sacramenta et Sacrificia, quò habuerunt vim conferendi ex opere operatò sive gratias actuales, quibusum homo se ipsum dispone- re potest ad justificationem, si impius est et injustus; vel majorem justitiam seu gratiam Sanctificantem, si jam pius est et justus; sed tan- tum habuit potestatem conferendi legalem quandam et ceremoniam legalem, atque tollendi legalem immunditiam, hoc est conferendi habilitatem et tollendi inhabilitatem quandam legalem ad cultum Dei externum; 3<sup>o</sup> quia Christus Veteri Legi nova præcepta addidit: 4<sup>o</sup> Lex Veteris et nova inter se differunt, quò sub diverso respectu una sit alterà Junior seu gravior, et levior, p. nam si ratio præse habeatur actuum exteriorum, Lex Veteris longè gravior est Lex Evangelicà, ibid. S. 4. n. 133. et seq. Sols. ob. ibid. n. 142. et 143. Si ratio habeatur ac- tum interiorum et exteriorum simul, ad quos se extendit, seu quos præcipit Lex seu doctrina et littera legis Evangelicæ, hæc longè gravior est Lex Veteri, ibid. n. 138. Lex Evangelicæ, si spectatur ut pec- tari debet, secundum id, quò est in eà præcipuum et essentiale, hoc est, quatenus est Lex Spiritus et gratia, non est omnis præmens portan- tem se, quemadmodum Lex Veteris, sed levans, reficiens, ac delectans, seu est Lex Veteri longè levior, ibid. n. 139. Sols. ob. ibid. n. 144. Ut ut varia sint hæc legem Novam inter et Veterem discrimina, harum tamen Primarum Legum Substantiam et essentiam non tangunt, sed eis sunt velut ~~accidentalia~~ <sup>accidentalia</sup>; unde Lex Evangelicæ secundum Sub- stantiam non est alià à Lex Veteri, et ab eà non differt nisi tanquam idem perfectum ab eodem imperfectò, vi e.g. à se ipso cum præ fuit, ibid. n. 140. et 141. Sols. ob. ibid. n. 145. et seq. Dantur in Le- ge Evangelicà consilia, quò prævidè necessitatem præse non imponunt, sed dant optionem. Quittamen hujusmodi Evangelium aliquò consili- um prætermittit, ut cupiditatibus suis indulgeat, carnis desideris leniat, prout dubiò peccat, ibid. S. 5. n. 161. Consilia Legis Evangelicæ alia sunt generalia et simpliciter dicta, quò sibi et omnibus quidem, quan- tum est de se sunt expedientia, sed non singulis; ac prævidè dantur toti corpori Euleris ita, ut ad singula ejus membra non dirigantur: alia sunt specialia et secundum quid, quò sibi et omnibus et singulis conveni- unt, atque singulis specialim dantur in Lex Evangelicà, ibid. n. 162. Hæc consilia Evangelicæ sunt veluti instrumenta duntaxat perfectio- nis vitæ Christianæ, non autem ipsa vitæ Christianæ perfectio, hæc enim consistit in observatione mandatorum, ibid. n. 163. Lex Evan- gelicæ ubi mutationi præse dicta Subjacta est, sed perdurabit usque ad finem seculorum, ibid. S. 6. n. 165. Sols. ob. ibid. n. 168. et seq. Lex Evangelicæ equidem non cadit sub dispensatio- nem divinam in præceptis, quò moralia non sunt, ibid. at materialiter cadit sub dispensationem humanam, ibid. n. 166. Sols. ob. ibid. n. 171. et seq. Nihilominus Legis Evangelicæ in-

temporalis cadere potest sub potestatem humanam, ibid. n. 187. Solv. ob. ibid. n. 176. et 177.

Prælati Ecclesiastici potestatem habent condendi leges Ecclesiasticas, ibid. p. 2. c. i. sect. i. n. 181. Solv. ob. ibid. n. 186. Principes secularis Superiorum non agnoscunt potestatem habent condendi leges civiles, ibid. n. 182. Potestas condendi leges sive civiles, sive Ecclesiasticas, non pendet à fide aut moribus Legislatoris, ibid. n. 183.

Quamvis potestas condendi leges Ecclesiasticas non pendat à moribus et fide Prælati Ecclesiastici, ibid. n. 184. tamen si talis Prælatum publicè et notoriè hæresim profiteatur, sitque publicè et notoriè hæreticus, namque externè hæresi propriè infectus, tunc, quia amittit omnem jurisdictionem, ipsius leges non valent, nec habet potestatem eas condendi, ibid. n. 185.

Potestas civilis non potest ferre leges de rebus spiritualibus, ibid. Sect. 2. n. 191. Solv. ob. ibid. n. 195. Materia propria legum Canoniarum sunt res spirituales, ibid. n. 192. Materia legum humanarum non sunt tantum actus externi sed etiam interni, hoc est, non solum actus externi, sed etiam interni subiacent humanis legibus, ibid. n. 193. Solv. ob. ibid. n. 196. et seq. Lex humana non potest se extendere ad actus præteritos, ibid. n. 194. Solv. ob. ibid. n. 200. et 201.

Omnes et soli adulti subditi tenentur legibus à potestate humana latis, ibid. Sect. 3. n. 202. Clerici etiam in conscientia obligantur legibus civilibus, quæ non repugnant sacris Canonibus vel officio Clericali, ibid. n. 203. Legislatores quoque tenentur his legibus quoad vim directivam, non autem quoad vim coactivam, ibid. n. 204. Subditi alicujus Principis sive secularis sive Ecclesiastici extra territorium illius degentes, tenentur legibus personalibus, necnon etiam, quæ ad bonum commune Republicæ, in qua sunt, spectant, ibid. n. 205. Peregrini et advena non tenentur patriis legibus localibus, modo non abint in fraudem; sed tenentur legibus et consuetudinibus locorum, ad quæ veniunt, vel in quibus diversantur, quamvis solummodo transiunt, et non commorandi intentionem habeant, ibid. n. 206. Varia colloraria ex dictis, ibid. n. 207. et 208.

Leges humanae tum Ecclesiasticae tum civiles subditos obligant coram Deo et in foro interiori conscientia, ibid. Sect. 4. §. 1. n. 213. Solv. ob. ibid. n. 214. et seq. Quoties quis legem humanam quamcumque, etiam leviam præcipientem, ex formali contemptu Legislatoris humani, ut præsumitur legislator est, adeoque formaliter sumti, infringit, peccat mortaliter, ibid. §. 2. n. 219. Lex humana sive Canonica sive civilis obligat sub mortali, quando materia, quæ præcipitur, est gravis, sub veniali vero, quando materia est levis, ibid. n. 220. In quibus capitibus cognoscatur, quod materia, quæ humana lege præcipitur, sit gravis, ibid. n. 221.

Lex naturalis obligat ad sui observationem etiam cum damno vita in iis circumstantiis, in quibus viget, seu jubet vel vetat aliquid, ibid. §. 3. n. 222. Leges humanae plerumque seu ordinariè non obligant cum gravi novermento seu damno, multo minus cum vita periculo, quod per accidens conjunctum est actui præcepto, ibid. n. 223. aliquando tamen per accidens cum gravi damno temporali, etiam vita obligant, quando scilicet actus præceptus omitti non potest sine contemptu legitima potestatis vel religiois, vel sine gravi scandalo, ibid. n. 224. et 225. imò aliquando etiam per se cum

Lex humana tum Ecclesiastica tum civiles subditos obligant coram Deo et in foro interiori conscientia, ibid. Sect. 4. §. 1. n. 213. Solv. ob. ibid. n. 214. et seq.

Quoties quis legem humanam quamcumque, etiam leviam præcipientem, ex formali contemptu Legislatoris humani, ut præsumitur legislator est, adeoque formaliter sumti, infringit, peccat mortaliter, ibid. §. 2. n. 219.

Lex humana sive Canonica sive civilis obligat sub mortali, quando materia, quæ præcipitur, est gravis, sub veniali vero, quando materia est levis, ibid. n. 220.

In quibus capitibus cognoscatur, quod materia, quæ humana lege præcipitur, sit gravis, ibid. n. 221.

Lex naturalis obligat ad sui observationem etiam cum damno vita in iis circumstantiis, in quibus viget, seu jubet vel vetat aliquid, ibid. §. 3. n. 222.

Leges humanae plerumque seu ordinariè non obligant cum gravi novermento seu damno, multo minus cum vita periculo, quod per accidens conjunctum est actui præcepto, ibid. n. 223.

aliquando tamen per accidens cum gravi damno temporali, etiam vita obligant, quando scilicet actus præceptus omitti non potest sine contemptu legitima potestatis vel religiois, vel sine gravi scandalo, ibid. n. 224. et 225.

imò aliquando etiam per se cum

periculo et damno, etiam vita, praesertim cum tale periculum alicui praesertim  
 cepto per se conjunctum est; sed tunc ad justitiam legis requiritur, ut res  
 praeserta sit gravis et necessaria ad conservationem, vel bonum statum  
 Republicae, ibid. n. 226. Lex humana vulgo triplex generatim  
 distinguitur, scilicet vel merè praescriptiva, vel merè prohibitiva, qua au-  
 tum aliquem praecipit aut prohibet nulla facta poena mentione; merè 7 qua transgressori infli-  
poenalis, qua non expressè praescripto aut non expressè prohibitione, ope-  
 ris alicujus poenam decernit in eos, qui opus illud egerint; et mixta,  
 qua praecipit aliquid faciendum vel omittendum, et simul poenam  
 transgressoribus imponit, ibid. §. 4. n. 227. Lex purè praescriptiva aut  
prohibitiva obligat sub reatu culpa, sive sit canonica sive civilis,  
ibid. n. 228. Lex poenalis mixta obligat sub reatu culpa ad actum  
 aut ponendum aut omittendum, qui aut praecipitur aut prohibetur,  
ibid. n. 229. Lex etiam merè poenalis obligat sub reatu culpa tum  
 ad subeundam poenam, tum ad ponendum actum lege praescriptum, tum  
 ad omittendum actum lege prohibendum, ibid. n. 230. et seq. Lile-  
 gem poenalem infringit non tenetur ad subeundam poenam ante latam  
 à Jure dictam, si poena in lege exprimatut prout ferenda tan-  
 tum; neque etiam, quando Lex continet poenam latam, sed qua ipsi-  
 usmet rei seu transgressoris actionem requirit, nisi forte ad Canoni-  
 cam aut religiofam disciplinam pertineat, ut jejunium, oratio, p.  
 aut nisi ipsius legis verbis significetur non esse expectandam Jureis  
 Declarationem. Quando Lex continet poenam latam in mera pri-  
 vatione consistentem, nec aliquam actionem requirentem, ut executioni  
 mandatur, nec quidquam Juri naturali repugnans continentem, ea  
 statim incurritur, nec non statim subiri debet. Idem dicendum de  
 privatione vocis activa aut passiva, quam Lex ipso facto incurrendam  
 decernit. Idem quoque de Beneficii Ecclesiastici titulo à proprie-  
 tate in Clerico, qui crimen admisit, propter quod Lex cum ipso facto esse  
 ille privatum decernit: sed tamen ipsa reus ante Jureis Declaratio-  
 nem non tenetur se ipsum abdicare possessione Beneficii, cuius titu-  
 lo est, nec debet restituere fructus ex eo perceptos, nisi officia  
 et onera Beneficio annexa exequatur; sed etiam fructus resti-  
 tuere tenetur, ut et si Lex expressè definiat non esse expectandam  
 Jureis sententiam, et reus et titulo Beneficii et possessione, et fru-  
 ctibus ex eo perceptis spolietur, et perceptos restituat: quod si autè  
 Jureis Declarationem reus aliquem jurisdictionis actum exerceat, va-  
 let actus ille, quamvis ex parte ipsius rei sit illicitus, ibid. n. 233. et 234.  
 Omnis ignorantia, qua excusat à culpa, excusat etiam à reatu seu de-  
 bito poena propria dicta; itam ab Irregularitate ex delicto. Ignoran-  
 tia excusans à culpa mortali sicut non excusat à culpa veniali, excu-  
 sat etiam à poena gravi legis: quod si poena sit levis et talis, qua  
 cadere possit in culpam venialem, tum ignorantia non excusans à  
 veniali, non excusabit ab illa. Ignorantia, qua non excusat à  
 culpa gravi, non excusat à poena, nisi in lege addatur verbum, quod do-  
 lum aut scientiam requirat. Ignorantia affectata aequiparatur scien-  
 tia. Ignorantia solus poena, licet inveniabilis, non excusat à poena,  
 qua saltem non sit censura. Qui ponit actum aliquem lege divina  
 et humana prohibentem, regulariter loquendo non excusatur à poena le-  
 gis humanae, si solam legem humanam inculpabiliter ignorat: Divinus  
 regulariter, p. nam excipiuntur censura, à quibus semper excusatur igno-

1750

7 qua transgressori infli-  
gatur



rentia legis Eclesiastica; item si poena sit extraordinaria minus debet, ibid.  
n. 235.

Lex, qua aliquid praecipit, quod praesumitur esse licitum, et tamen à parte rei est illicitum, non obligat in conscientia. Quando legislator in quovis casu singulari aliquid suspicatur, et ratione ejusmodi suspicionis legem generalem constituit, quia in singulis actibus ita praesumit, ea lex in conscientia non obligat eum, in quo praesumptio illa locum non habet. Quando legislator ea falsa praesumptione definitivè facti legem generalem constituit, si praesumptio sit falsa, lex, quam propter factum illud legislator condidit, non obligat. Quando lex fertur in casibus, qui ut plurimum accidunt, obligat in conscientia eum etiam, in quoratiolagis locum non habet, ibid. §. 5. n. 237. | Vid. Epythia, Dispensatio, Privilegium, Tolerantia, Derogatio, Abrogatio, Involutio, Consuetudo |

Lex Canonica dicitur Lex qua ab Ecclesia Pontificia ad promovendam fidelium salutem sanctorum, ibid. c. 2. §. 1. n. 266. | Vid. Jus Canonium |

Legum Canoniarum promulgatio requiritur, ut fideles eis teneantur. Non pauci docent leges Canonicas à Capà latis, at hoc, ut obligent, debent promulgari in singulis provinciis; alii timentur eas Romæ tantum promulgatas obligare in provinciis omnibus, ad quorum notitiam pervenerint; alii docent spectandum esse usum singularum Legionum, ibid. §. 3. n. 279. et 280.

Quidam Theologi timentur, novas leges Ecclesiasticas, seu quae de novo feruntur, non esse in usu, nec obligare, nisi cum acceptata fuerint ab eis, qui sanctorum Ecclesiarum particularium partem constituent, ibid. §. 4. n. 282. Alii tamen probabiliter contrarium propugnant, ibid. n. 283. et 284.

Circa quod observandum est, 1º id, quod de valore legis independentè ab acceptatione populoorum ajunt hic Theologi, intelligi debere de legibus absolute latis et cum intentione statim obligandi, quae intentio cognoscitur vel ex ipsius verbis, vel ex ejus modo agendi, vel ex usu. 2º Si lex promulgata non observetur à majori parte communitatis, tunc si legislator id sciat et taceat, censetur consentire, ut non servetur nec obliget.

3º Si legislator ignoret legem suam non recipi nec servari à majori parte communitatis, lex obligat, donec legitime prescripta sit, nisi lata fuerit sub conditione saltem tacitæ acceptationis. 4º Ut lex censetur recepta et vigere, sufficit consensus tacitus majoris partis subditorum, imò digniorum dumtaxat Reipublicae, quales sunt Praesides et Senatores: in dubio autem, an lex recepta sit, praesumi debet pro ipsa, ibid. n. 285.

Lex Civilis | Vid. Jus Civile |

Libellus est contractus, quo Emphyteuta aut Vassallus rem suam Emphyteuticam aut feudalem ab aliquo acceptam cedit tertio in Emphyteusim aut feudum, adeo ut sit veluti Subfeudum, vel Subemphyteusis. Qui rem ejusmodi accipit, dicitur Libellarius, To. 3. Tr. 9. c. 2. sect. 2. §. 3. n. 186.

Libellus republii | Vid. Matrimonium |

Libertas est vis sui dominativa cum activâ indifferentiâ ad agendum vel non agendum, quae dicitur libertas contradictionis; vel ad agendum oppositum, et dicitur libertas contrarietatis, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 6. §. 3. n. 196. | Vid.

Deus | Genentius libertas est exemptio et immunitas à subjectione et servitute. hinc triplex est libertas quatuorplex servitus, à quibus solvi et liberari potest. Quadruplex praecipue distinguitur, nimirum libertas à peccatò, quae hominem facit sanctum; à mi-

(M)

leria, qua beatum efficit; à coactione, qua sponte volentem, et à  
 necessitate, qua perfectè liberum reddit, nihilque aliud esse videtur,  
 quam ipsa voluntas humana, seu humana voluntatis facultas, per quam  
 ipsa in boni prosecutione et fuga mali à necessitate, tum externâ seu co-  
 actione, tum etiam nunquam internâ seu naturalis inclinationis,  
 est immunis, To. 3. Tr. 1. c. 1. s. 2. n. 46. Unde patet generatim dari dupli-  
 cem humanam libertatem, scilicet à necessitate externâ seu coactio-  
 ne, qua alio nomine libertas spontaneitatis et naturae dicitur, estque  
 immunitas ab omni violentiâ contra voluntatis propensionem ibatâ,  
 quamvis naturalem necessitatem inferat; et libertatem à necessitate in-  
 ternâ seu naturalis inclinationis, qua etiam electionis, indifferentia,  
vel arbitrii libertas dicitur, estque ea, qua omnem necessitatem tam  
 internam seu naturam, quam externam seu coactionis excludit, ibid. n. 47.  
 Libertas tam à necessitate internâ quam à necessitate externâ, alia  
 est, ut jam supra dictum, contradictionis, qua nempe quis potest po-  
 nere actum, et non ponere; alia contrarietatis, qua quis eligere potest  
 contraria, bonum et malum: Libertas contradictionis alia est speci-  
ficacionis, qua quis potest eligere hunc vel illum speciem actuum; alia  
exercitiâ, qua voluntas etiam necessariò determinata ad unum obiectum,  
 sit, indeterminata tamen manet ad hunc vel illum actum, potest-  
 que hunc potius eligere, quam illum, ibid. n. 48.

Homo lapsus non solum à necessitate externâ seu coactionis, sed à neces-  
 sitate internâ et natura liber est et immunis, ibid. n. 52. Solv. ob. ibid.  
n. 56. et seq.

Ad merendum et domendum in statu natura lapsa requiritur libertas  
 à necessitate internâ, nec sufficit libertas à necessitate externâ seu co-  
 actione, ibid. n. 53. Solv. ob. ibid. n. 64. et seq.

Essentia libertatis in genere non consistit in solo voluntario, sed ad  
 eam necessariò requiritur vera aliqua indifferentia, non quidem con-  
 trarietatis, sed contradictionis dumtaxat; quamvis indifferentia  
 contrarietatis etiam pertineat ad statum et libertatem hominis  
 victoris, ibid. n. 54. et 55.

Libertas Christi; vid. Christus;

Libri Legales Veteris Testamenti dicuntur ii, qui divinas leges conti-  
 nent; quinam sunt, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 1. n. 4. et p. 2. sect. 1. c. 1. n. 161.  
Libri Legales Novi Testamenti pariter sunt ii, in quibus gra-  
 tia lex à Christo promulgata exprimitur; quinam sunt, ibid.  
sect. 2. c. 1. n. 553.

Libri Historici Veteris Testamenti, sunt ii, quibus historia quæ varia  
 que in Veteri Testamento gesta continentur, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 2.  
n. 1. et p. 2. sect. 1. c. 1. n. 203. Unicus est Novi Testamenti Liber  
 Historicus, actuum scilicet Apostolorum Liber, ibid. sect. 2. c. 2.

Libri Sapientiales Veteris Scripturae; quot sunt, p. To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 3.  
n. 4. et p. 2. sect. 1. c. 3. n. 403; Legis Evangelicae Libri Sapientiales  
 seu morales, quot sunt, ibid. p. 2. sect. 2. c. 3. n. 615. Libri au-  
tam Sapientiales ii sunt in quibus vera tunc Veteris tunc Novæ legis  
 Sapientia, p. ibid.

Libri Prophetici, in quibus scilicet futura præmonstrantur, quot  
 sunt et quanam, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 1. n. 4. et part. 2. sect. 1. c. 4. n.

B

170

448. Unicus est Nova Legis liber Propheticus, nempe Apocalypsis, ibid. Sect. 2. c. 4. n.

Libri Hereticorum et Religionis contemptorum, quos Libertinos vocant,

|: Við. Heretici: |

Lignatio |: Við. Sylva: |

Lignum, quod Deus plantaverat in medio paradisi ab eventu lignum scientia boni et mali dictum est; quia salisset illud esse à Deo primum parentibus nostris, ut ipse experti sunt vera esse ea, quae Deus comminatus fuerat, et falsa, quae serpens promiserat, To. 2. Tr. 2. c. 2. §. 2. n. 82. Non fuit causa sed occasio deumtasat primi peccati primorum parentum, ibid. c. 3. §. 3. n. 93.

Limbus est locus subterraneus, ad quem Christi anima post mortem descendit, ut Veteris Testamenti Sanctos, qui ibi detinebantur, inde evertet et liberaret, To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 2. n. 181.

Locatio et Conductio sunt unus idemque contractus, quemadmodum emptio et venditio; qui quidem ex parte Locantis Locatio, et ex parte Locatarii conductio dicitur. Locatio est contractus, quo usus vel fructus rei aut personae ad certum tempus pro pretio traditur; conductio autem est contractus, quo accipitur idem usus vel fructus; qui accipit dicitur conductor, qui vero rem utendam aut fruendam dat, Locator, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 7. n. 387. Locatoris obligationes sunt 1<sup>o</sup> officium

debet, ut conductor re uti vel frui libere possit; 2<sup>o</sup> occultum rei locata vitium aperire; 3<sup>o</sup> impensas in re factas, necessarias nempe et utiles solvere, nisi aliter conventum sit; 4<sup>o</sup> rem ante tempus constitutum non repetere, nisi id exigant necessitas reficiendi domum, mali conductoris mores, solutionis defectus, &c. item si locator domo sua s. g. vere indigeat, &c. ibid. n. 388. Conductoris autem onera sunt; 1<sup>o</sup> ut re conductam non utatur nisi in usum pro quo eam conduxit; 2<sup>o</sup> tenetur de dolo, culpa lata et levi non sua tantum sed et sublocatorum et famulorum; 3<sup>o</sup> culpa locatorii etiam adnumeratur, si propter inimicitias ex sua culpa provocatas res locata à vicino ipsius vel alio damnnum passa sit, ibid. n. 389. Res locari non potest ei, qui eam abusus proari datur, ibid. n. 390.

Log. Species Cyati, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 144.

Lucas Evangelista |: Sanctus | Lucas, et quomodo ad Christianam fidem adductus fuerit; quod Evangelium intulerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 2. c. 1. n. 586. De genere mortis ipsius, ibid. n. 587. Lucas Evangelium suum scripsit, ibid. n. 588. Alia ei adhuc Opera tribuuntur, ibid. n. 589. ipsius Evangelium quidam S. Paulo Apostolo tribuunt, ibid. n. 590. explantur difficultates in eo occurrentes, ibid. n. 591. et seq.

Lucianus, Lucis fuerit. Novam Veteris Testamenti editionem seu versionem molitus est, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 7. n. 106.

Prim ij.  
pag. 169

Ludus. Quamvis loquens confundantur ludus, jocus, et ludus, differunt tamen, quia ludus proprie dicitur in factis, jocus in verbis, et ludus magis fit voluptatis gratia, quam spe ludi. Ludus ergo generatim sumitur, et prout jocus et ludus etiam complectitur. Definiri potest Exercitatio non seria ad animi defatigati quietem ordinata. alii,

quod ad idem redit, ludum generationem definiunt juvendum aliquod dictum  
vel factum ad animi relaxationem ordinatum, To. 3. Tr. 3. c. 3. sect. 2.  
§. 10. n. 415.

Ludere aliquando non minus honestum est, quam  
comedere, bibere, et dormire, quia illud, acque ac ista, est vita necc-  
sarium; et sicut virtus sobrietatis, quae Temperantiae species est,  
in hoc consistit, ut libet quis libere et honeste utatur cibo et potu,  
sic ad tenendum modum in ludis requiritur virtus aliqua, quae  
vocatur Eutrapelia, id est, urbanitas aliqua, ibid. ut autem  
ludus generationem sit licitus requiritur; 1<sup>o</sup> ut ludi genus nullo iure sit  
prohibitum; 2<sup>o</sup> ut non sit occasio peccandi, nec scandalum aut dam-  
num ullum unquam pariat; 3<sup>o</sup> ut modus debitus, decorum, et  
omnes debita circumstantiae serventur, ita ut congruat personae, tem-  
pori, loco, &c. 4<sup>o</sup> ut nec loquens nec dicens ludatur, quam exigat ne-  
cessitas reficiendi vires animi et cum expeditione addendi ad de-  
bita officia, ibid. n. 416.

Ludi varia sunt genera et species, ut Spectacula, seu Ludi Theatrales,  
Chorae; Sermones seu Confabulationes jocosae; itemque ludi, in qui-  
bus exponitur pecunia, ibid. n. 417. De Spectaculis, Chorae §. vid.  
Spectacula, Chorae:

Confabulatio jocosae et juvenda licita est, dummodo supra recensitis  
conditionibus ornata sit, ibid. n. 419.

Ludus, in quo exponitur pecunia, non modo Temperantiae species est,  
sed etiam, atque praecipue, ad Justitiae virtutem pertinet, necnon  
sub ejus objecto continentur, quippe cum sit species contractus, atque  
hunc proprie spectet. Ludus ergo sumptus pro contractu definitur  
certamen ad animi relaxationem institutum, quo ludentes inter se  
passisuntur, ut victori res aliqua, quasi praemii loco cedat. Tri-  
plici species seu generis est: meri industriosus, qui nihil aut fore  
nihil a fortuna et casu habet, ut ludus pila: alius meri pendens  
a fortuna, ut ludus taxillorum, multi Chartarum ludi, aliique  
quotquot alea nomine veniunt: alius denique mixtus, qui  
partim a fortuna partim ab industria pendet, ut sunt plures Char-  
tarum ludi, ibid. n. 420.

Jure naturali melius ex his ludis est prohibitus; at Jure Civi-  
li et Ecclesiastico omnis ludus alea, seu qui alea quidpiam admix-  
tum habet, sive est interdicitur, saltem si frequens sit, ibid. n.  
421. Hinc peccant mortaliter, qui alea deserviunt, id est, quorum  
professio est alea, item qui in domum suam ad ludendum commo-  
dant, et qui eos ludentes inspicunt, ibid. n. 422. Attamen haud  
grave peccatum, imò ne quidem veniale plerique consent alea mo-  
dicam exponere pecuniam recreationis gratia, et, praeter illas,  
quas supra recensimus, sub hinc conditionibus, scilicet, ut luden-  
tes eorum, quae exponunt, liberam habeant dispositionem, et  
id quod exponunt, perdere possint absque eo, quod desint suis offi-  
ciis; ut summa, quae ludis exponitur, sit modica secundum uni-  
usque facultatem et statum, nec major, quam opus sit ad  
animi solatationem, et ne ludus langueat, ut absit omnis fraus,  
ut absit inter ludores sufficiens aequalitas; ut absit coactio, ibid.  
n. 423. Ceterum licitum est pro precibus ludere, ibid.

179

100

n. 424. Qui hudo vetito seu alea ludens pro modico etiam mo-  
 dicum quid perdidit, tenetur solvere, ibid. n. 425. Solutio  
 lege specialis loci irritante contractum hudi, magna pecunie sum-  
 ma hudo vetito, jam acquisita, servata aliunde justitia, potest  
 retineri in conscientia, donec per sententiam Judicis exigatur  
 restitutio, ibid. n. 426. Qui hudo vetito seu alea ludit, et  
 notabilem summam perdidit, sistendo in jure naturali, tene-  
 tur solvere: at Jure Civili in conscientia non tenetur, sal-  
 tem si Judicem requirat pro debiti sui absolutione: tenetur  
 tamen, si juraverit se soluturum: Sed hic Standum est con-  
 suetudini recepta nec per Legem abrogata, ibid. 427.

Human gloria | vid. Deus |

Lux, quomodo ante Solam creata fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1.  
c. 1. n. 178.

Luxuria. est inordinatus appetitus vel usus venereorum seu voluptatis  
 venerea. In genere hoc est peccatum mortale, To. 5. Tr. 6. p. 3. c. 1.  
§. 4. n. 278. Dividitur in perfectam seu consummatam, qua  
 consistit in voluntaria effusione seminis; et in non consummatam  
 seu imperfectam, in qua non intervenit effusio seminis. Consum-  
 mata duplex est, alia naturalis, qua est voluntaria seminis effusio,  
 in qua servantur conditiones, quas postulat natura actus ad hominis  
 generationem apti et requisiti; alia non seu in naturalis vel  
contra naturam, in qua conditiones illae non servantur, ibid. n. 279.  
 Species luxuria consummata seu numerantur, sibi et Simplex for-  
 nicatio, Stuprum, Captus, Adulterium, Incestus, et Sacrilegium;  
 quarum quinque ultima habent specialem et notabiliter diversam in-  
 ter deformitatem hyperadditam luxuria, de quibus vid. hic singulis ca-  
 rum articulis, ibid. n. 280.  
 Peccata luxuria consummata contra naturam sunt 1<sup>o</sup> Molities, seu  
 potentia formaliter ac propria sumpta, qua est voluntaria seminis effu-  
 sio sine ulla concubitu, sive illud foras effundatur, ut in maribus;  
 sive intus defluat in matrice, ut in foeminis: 2<sup>o</sup> Inordinatus con-  
 cubendi modus, quo semen extra vas effunditur, aut effundendi pe-  
 riculum inferitur: est peccatum mortale etiam in conjugatis, cum  
 respicit generationem, ad quam semen ex sua natura ordinatum  
 est; et quidem gravius pollutione, cum ei hyperaddat inordinatum  
 congressum: est tamen inordinatus talis concubendi modus in con-  
 jugatis per se solum veniale grave peccatum, si diligenter aver-  
 tatur periculum effusionis extra vas; per accidens tamen, nem-  
 pe, quia plerumque est signum concupiscentiae mortalis, cum fit  
 ex sola libidine sine causa, sicut lethale peccatum; nullum au-  
 tem est peccatum, si fiat ex necessitate: 3<sup>o</sup> Sodomia imper-  
 facta, qua est commixtio maris cum foemina non servatis debitis  
 organo seu instrumentis naturalibus: 4<sup>o</sup> Sodomia perfecta,  
 qua est commixtio duorum ejusdem sexus, ut maris cum mare,  
 et foemina cum foemina; haec Sodomia, praeter malitiam mor-  
 talem pollutione graviozem, potest habere alias adjunctas, ut  
 Adulterium, si fiat a persona conjugata, vel cum illa; Sacrilegium,  
 si cum sacra; Incestus, si cum consanguinea aut affini: est di-

1691

versa species ab imperfecta: 5<sup>o</sup> Bestialitas, qua est conubitus cum bestia, sive ejusdem sive diversi sexus; est scilicet ceteris gravior: ad idem vocatur congressus cum demone in forma hominis vel bruti, qui, prater malitiam luxuria contra naturam, est etiam contra virtutem Religionis propter commercium et societatem cum capitali hoste Dei. Nota haec omnia peccata inter se species differunt; nam singula habent specialem et notabiliter diversam deformitatem caritati repugnantem; sunt etiam graviora aliis speciebus luxuria naturalis in ratione luxuria; aliqua tamen ex his speciebus luxuria naturalis possunt graviora esse culpa ex alia parte, prout libicit involvunt malitiam alterius species, contra justitiam, pietatem, religionem; nam simplex pollutio non est absolute majus crimen quam conubitus cum matre, vel cum Moniali, ibid.

n. 310.  
 Omnis actus luxuria in viduis et Sponsis est mortalis: itaque Sponsis solum licet amplexus et oscula honesta juxta morem patriae amoris honesti significandi et fovendi gratia, ibid. n. 312. In Sponsis ac viduis mortalis est voluntaria delectatio carnalis, seu delectatio appetitus sensitivi de copula futura aut praeterita, vel de copula apprehensa sub conditione, si adpet Matrimonium: sunt tamen qui docent posse à mortali excusari eos, qui absque venerea commotione apprehendunt actum conjugalem ut praeteritum vel futurum, approbantes, quod illum excuserint, aut excuturi sint; morientur nihilominus talem mentis apprehensionem, cum via possit esse sine delectatione venerea, esse statim rejiciendam, et nunquam accersendam, ibid. n. 313.

Species luxuria octo recensentur; quatuor ex parte intellectus, nempe coecitas mentis, precipitatio, inconsideratio, et inconstantia, qua sunt mortales, quando per eas preceptum aliquod in re gravi violatur: et quatuor ex parte voluntatis, scilicet amor sui immoderatus, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror et desperatio futuri saeculi, ibid. n. 314.

Remedia contra luxuriam sunt: 1<sup>o</sup> Oratio humilis et frequens; 2<sup>o</sup> Mortificatio et custodia sensuum maxime visus; 3<sup>o</sup> Sobrietas seu usus moderatus vini et cibi; 4<sup>o</sup> Vitatio occasionum; 5<sup>o</sup> fugatio; 6<sup>o</sup> Frequens confessio et communio cum debitis dispositionibus; 7<sup>o</sup> Carnis macerationes et jejunia, cilicium, catena ferrea, p. 8<sup>o</sup> Eleemossyna; 9<sup>o</sup> Assidua piorum librorum lectio, et meditatio passionis Christi, ac aternitatis; 10<sup>o</sup> Occurrente tentatione, cogitare Deum adesse praesentem justum peccati vindicem, et virtutis remuneratorem; 11<sup>o</sup> Initio tentationis fortiter resistere, p. 12<sup>o</sup> Nascentem voluptatis sensum praesenti aliquo dolore acuto extinguere, p. Haec remedia non tantum valent adversus carnis et luxuria vitium, sed etiam adhiberi possunt adversus quaecumque alia vitia et tentationes, ibid. n. 315.

M.

Machabaei, qui fuerint, et unde illorum nomen, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 369. et 370. Libri Machabaeorum, quare sic dicti, ibid. n. 371. Quatuor circumferuntur hujus nominis libri, quorum duo priora Canonici, posteriores autem duo apocryphi habentur

1691

102

ab Ecclesia Catholica, ibid. n. 372. et seq. Solv. ob. ibid. n. 386. et seq.  
Qua lingua primus Machabaeorum liber scriptus sit, ibid. n. 373.  
Luis eius auctor putatur, ibid. n. 374. quid contineat, et quam au-  
torum supputationem ineat, ibid. n. 375. Secundus, a quo scrip-  
tus sit, et quid contineat, ibid. n. 376. quam auctorum supputationem  
ineat, ibid. n. 377. Tertius quid contineat, et quare Machabae-  
orum nomine sit insignitus, ibid. n. 378. Quartus quid contineat, p.  
ibid. n. 379.

Manula anima, quam in ea relinquit peccatum, est ipsa Dei offensa, qua  
licet actu transierit, nondum tamen per Sacramentorum virtu-  
tem est remissa: eam peccatum habituale vocamus, To. 2. Tr. 6.  
p. 2. c. 1. §. 4. n. 373.

Magia nomen genericum dem est ac Sapientia seu Philosophia:  
specialius sumpta est ratio operandi mira, seu mirabiles quosdam  
et insolitos effectus, hoc est, qui habent causam latentem, sed crea-  
tam, ac potius que non superant naturales hominis vel Angelicivi-  
res. Et in hoc mira distinguuntur a miraculis, quod miraculorum  
causa sit supernaturalis, nec alia possit agnosci praeter Deum; mira  
vero potiantur ex naturali creatura virtute, sed occulta, et a sapien-  
tioribus deumtatem cognita, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. sect. 1. §. 4. n. 423.  
Magia duplex est, naturalis et superstitiosa: prior est ratio ope-  
randi mira per causas naturales occultas industria humana absque  
Damonis operi: quando causa idae latentes arte quadam deprehenduntur,  
est Magia artificialis huta et multipotente obnoxia.  
Si autem causa operantem lateat, nec possit etiam a peritioribus  
saplicari, prout de pulveris Sympatric effectibus narrant, pericu-  
lofissima est haec Magia naturalis, valdeque temendum, ne mira-  
biles illi effectus tacita Diaboli pacto et conventa potius dicendi  
sint, quam in occultam naturae virtutem referendi.  
Magia superstitiosa est ratio operandi mira ope Damonis, sive ex-  
pressi invocetur, sive impliciti tantum; ut cum quis ad aliquid faci-  
endum utitur rebus et mediis, qua nullam vim effectum proportio-  
nem habent, et natura legibus repugnant, ut cum hie pingitur  
figura, et alibi homo sentit dolorem, cum quis brevissimo tempore  
in locum valde remotum transferatur, p. Est species vana Observan-  
tia, ibid. n. 424. Tribus potissimum iudiciis colligitur Maggi-  
am esse superstitiosam et Diabolicam; 1<sup>o</sup> si opera excedant vim  
humanae naturae; 2<sup>o</sup> si ea adhibeantur, qua per se nullam ha-  
bere possunt efficaciam ad effectum ponendum, ut characteres, cer-  
ta figura, verba ignota, falsa, absurda, non cohaerentia, vel  
etiam sava tanquam per se efficacia, et, ut loquuntur, ex opere  
operato; 3<sup>o</sup> si ad efficaciam operis requirantur circumstantia  
vana et superflua, v.g. quod fieri debeat tali die, hora, numero,  
a mensulo inter fratres ordine natiuitatis septimo, p. ibid. n. 425.  
Magia, quemadmodum Divinatio et quavis vana Observantia,  
est semper de se mortale peccatum, ob commercium cum Damone,  
a quo sola ignorantia invincibilis excurat, qualis certe non est in  
rudibus, qui moniti aliis non abstant, vel qui in dubio ea exarent;  
imò aliquando est multiplex peccatum; unde Confessarii Magos in-  
terrogare debent, an non Damoni sacrificia et preces fuerint;

quod est idolatria; an non Deo aut Sanctis renuntiaverint, quod est Apostasia; an non in Deum aut Christi humanitatem convitia pronuntiaverint, aut Sacramentis, praesertim Eucharistia, indignè abusi sint, quod est Blasphemia et Sacrilegium, p. Nec obstat, quod quis testificetur se renuntiare omni pacto cum Damone; quia renuntiationis contraria ipsius facti non excusat, sed est mera illusio, ibid. n. 426.

Malachias Prophetas, quis fuerit et unde oriundus, To. 1. To. 1. p. 2. Sect. 1. c. 4. n. 548. et 549. Quaedam obicit, ibid. n. 550. omnium Prophetarum novissimus, ibid. n. 551. Liber ipsius mentionem facit ortus S. Joannis Baptista, et Sacrificii Nova Legis, ibid. n. 552.

Maledictio. Est peccatum mortale profere maledictionem gravem ex animo, ut malum grave eveniat: imò hinc valde malum grave ex se in imprecari, quamvis sine animo ut eveniat, saepe mortale est, live ratione gravis contumelia, spectata persona, cui maledicitur, qualitate, live ratione scandalosa. Potest esse veniale peccatum vel ob parvitatem mali, quod quis alteri imperatur, vel si ea levi motu, ludo, aut ex subreptione aliqua profertur, To. 3. To. 6. p. 3. c. 2. S. 5. n. 359. Maledictio gravis affusa in non subditum praesentem graviter charitati et justitiae repugnat, ideoque obligat ad satisfactionem: item maledicere creaturis irrationabilibus, quatenus sunt homini utiles est aequivalenter maledicere homini ipsi; maledicere illis, in quantum sunt creatura Dei, est Blasphemia; maledicere vero eis secundum se consideratis est otiosum et vanum, atque per se solum veniale; ibid. n. 360.

Maleficium est ratio operandi mala et noxia ope Daemonis, seu est Superstitio, qua quis ope Daemonis nocet alteri vel in se vel in suis. Est etiam species Vana observantia ne à Magia differat, nisi quod haec exercetur vel ad ostentationem, vel commodum proprium aut alienum, atque simpliciter Magia nuncupatur; Maleficium vero ad nocendum aliis fiat, triplicemque continet malitiam mortalem, scilicet contra Religionem, Charitatem, et Justitiam, To. 3. To. 6. p. 3. c. 4. Sect. 1. S. 5. n. 427.

Maleficium duplex est, Amatorium seu Philtorum, quo flectuntur homines ad amorem venerem, non quasi Daemon voluntatem cogat, sed quia humores commovet et phantasiam concutit, adeoque exponit ruina, nisi ad orationem, jejunium, et Sacramenta recuratur; et Veneficium, quo morbi, dolores, et mors inferuntur, quo referri potest Maleficium tum circa copulam carnalem, tum circa infantes etiam baptizatos, quibus nocent Striges et Lamiae, ut putat S. Augustinus. Utrumque Maleficium genus est grave peccatum, ac proter commercium cum Diabolo, prope amorem habet Haerem, Apostasiam, Sacrilegium, p. ibid. n. 428. Maleficium tollere licet 1º remediis naturalibus, qua patuntur ex herbis et pharmacis Medicorum; 2º remediis supernaturalibus, ut sunt oratio, jejunium, confessio, Eucharistia susceptio, aqua benedicta usus, reliquia Sanctorum, frequens nominis Jesu et B. Virginis Mariae invocatio, Signum Crucis, p. 3º remediis moralibus, quo nomine intelligimus ea, quibus dissolvi potest pactum, per quod Daemon homini nocet, quod fit amo-



verendo aut destruendo signa magica, ad quorum presentiam Diabolus  
 nocuumentum infert, Summodi haec remedia nullam Maleficii ratio-  
 nem habent; nam tollere Maleficium per aliud Maleficium nulla-  
 tenus licet, nec providè petere à Maleficio etiam paratò, ut Malefi-  
 cium per aliud Maleficium tollat, *ibid.* n. 429. at licitum est pe-  
 tere à Maleficio, ut tollat Maleficium modo licitò, quamvis pro-  
 babile aut etiam moraliter certum sit, illud ab ipso illicitò poti-  
 us, quam licitò modo destructum iri: aliud tamen est, si huius-  
 mus Maleficium nullum licitum destruendi Maleficii modum co-  
 gnoscere, vel etiam dubitamus, nimirum talem licitum modum nova-  
 rit; tunc enim non possumus sine peccato Maleficii dissolutionem ab  
 ipso petere, *ibid.* n. 430.

Malitia actuum humanorum | Vid. Actus humanus |

Manasse Rex Juda, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 245.

Mancipium | Vid. Servus |

Mandans | Vid. Cooperatores ad damnandum |

Mandatum non prout active, quod nomen sonare videtur, sed prout passivè  
 sumitur est officium gratis susceptum in gratiam et com-  
 modum alterius; sive est obligatio aliquid agendi in commodum  
 alterius gratis suscepta, s.g. negotium aliquod gerendi, aliquid  
 emendi, p. Non potest esse nisi de re licitò, et re integrè sol-  
 vitur morte mandantis, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 8. n. 401. obli-  
 gationes Mandatarii sunt: 1.º ut alterius negotium diligenter et uti-  
 liter gerat tanquam proprium; 2.º ut negotium susceptum con-  
 ficiat; 3.º tenetur saltem de dolo et culpa lata, si mandatum in  
 solius Mandantis utilitatem gratis suscepit; de levi, si id etiam  
 cedat in suam utilitatem, vel si se obtulerit, cum alius diligen-  
 tior presto esset; de levissima vero si maximam diligentiam pe-  
 miserit, vel hanc res ipsa exigat; 4.º non potest fines mandati  
 sui transire; unde non potest s.g. aliquid plus emere aut minus  
 vendere, quam ei prescriptum sit; 5.º non potest mercedem exi-  
 gere, nisi promissa sit, vel prius petierit, quocumque est potius huius-  
 modi opere, quam Mandatum; nec ei licet operam suam oculi-  
 tate compensare, alioquin tenetur ad restitutionem, *ibid.* n. 402.  
 Mandantis obligatio haec est, ut Mandatario praestet necessaria  
 ad Mandati executionem, et sumptus solvat, *ibid.* n. 403. Qui  
 vero absentis et ignorantis negotium gerit sine mandato perinde  
 Mandatarius tenetur negotium illius in se susceptum diligenter ad-  
 ministrare tanquam suum, et damna, ex sua culpa lata, imò  
 levi, saltem si alius diligentior negotium illud suscepturus fuisset,  
 absentis illata resarcire; absens vero tenetur ei impensas  
 et damna ex negotii administratione facta compensare, et  
 opere mercedem congruentem solvere, idque etiam si negotium  
 male succedat, modo negotii gestor prudentiam et diligentiam  
 debitam adhibuerit, *ibid.* n. 404.

Mandatum Apostolicum in Jure frequens, est illud, quo Papa signifi-  
 cat Ordinarius, ut certa auidam persona de Beneficiò provideat.  
 Ejusmodi mandata pro adiosis habentur, quòd Juri communi sunt  
 opposita, et Ordinarios Canonice potestatem plurimum coar-  
 cent. Mandata circa Beneficiòs, que nondum vacant, quaeque  
 littera expectative dicuntur, duxerunt Bonifacius Papa VIII. Con-  
 ciliò quòque Tridentinum Sess. 14. de Reformatione c. 19. omnes om-

nino Expectativas, omniaque Mandata de providendo penitus abs-  
tulit, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 2. §. 2. n. 273. | Vid. Vicarius generalis: |

Non Manifestans | Vid. Cooperatores ad Damnum: |

4 Manichaei haeretici, p.  
Enciclop. Theol. Enciclop.  
p. 8. l. n. 158.

4 Marcus | Sanctus | Evangelista, Quis, quando, ubi, et quo idiomate Evan-  
gelium suum scripsit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 2. c. 1. n. 578. et seq.  
Evangelium ipsius videtur esse epitoma Historiae seu Evangelii S.  
Matthaei; quamvis narrationis seriem, quam Matthaeus a c. 14.  
usque ad c. 14. v. 13. tenet, deserens, ut alium ordinem, eumque,  
quem ceteri Evangelista secuti sunt, tenet, ibid. n. 582. His-  
toriam suam a predicatione S. Joannis Baptista orditur, ibid. n. 583.  
Solum Mari Evangelium veteres Haeretici probabant. Quidam  
inter Catholicos Inadeum postremos illius versus ut apocryphos  
perperam rejecerunt, ibid. n. 584. Duo illius textus, qui diffi-  
cultatem aliquam involvere videntur, explanantur, ibid. n. 585.  
vid. etiam ibid. p. 1. c. 7. n. 107.

Maria Virgo. Beata Virgo Maria nec de condigno nec de congruo me-  
ruit Divinam maternitatem, To. 2. Tr. 3. c. 4. §. 1. n. 139. ipsius Vir-  
ginitas spectari potest vel ante partum, vel in partu, vel post  
partum: quorumque autem modo spectatur, suos habuit hos-  
tes, ibid. c. 5. §. 3. n. 165. Scit invicta veritas Catholica in Con-  
cilio VI. generali act. 11. his verbis expressa: Maria Virginitas an-  
te partum, in partu, et post partum Christi filii sui intameabi-  
lis, ibid. n. 166. et seq. Solus ob. ibid. n. 169. et seq. Nestorius  
dixit, sed falsè et haeretice, B. Mariam Virginem non esse  
Deiparam, ibid. §. 5. n. 189.

B. Virgo Maria, quamvis quatenus erat in lumbis Adae secun-  
dum rationem seminalem, quando transgressus est Legem, et  
in prima conceptione, prorsusquam anima rationalis inpen-  
deretur, si generationis sua peccato obnoxia, utpote via or-  
dinaria seminata fuerit, tamen à Christo redempta fuit, qua-  
tenus anima ejus in proximo sua creationis instanti fuit ornata  
gratia sanctificante, To. 3. Tr. 6. p. 1. c. 14. n. 106. et seq. Solus  
ob. ibid. n. 111. et seq. | Vid. Innocentiam Vindicatam Car-  
dinalis Sfondrati ad callam Trait. cit. |

Martialis | Sanctus | Quis, quâ aetate floruerit. Ejus scripta, To. 1.  
Tr. 4. c. 5. §. 2. n. 24.

Martyrium generatim est omnis poena in odium Christi inflita et cons-  
tanter tolerata: secundum quod est commune puerilis et adultis  
dus concurrere debent, poena scilicet et causa, nempe odium fi-  
dei: in adultis poenam inflitam in odium fidei, quam  
ibi profitentur, requirit voluntariam acceptationem mortis ex  
aliquo fine supernaturali, nempe aeterna beatitudinis possiden-  
da, p. To. 4. Tr. 2. c. 3. §. 2. n. 125. Martyrii mandatum, lau-  
dem ac meritum negarunt Gnostici, Valentiniiani, Tatiani,  
ibid. n. 129. | Vid. Baptismus: |

Masora Vox hebraica, Traditionem sonat, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 5. n. 160.

Masoreta. e nomine vocati sunt Doctores illi Hebraei, qui, additis  
punctis vocalibus, litteras vocales consonantibus adjuvandas  
significantibus sacri textus lectionem determinarunt, To. 1.  
Tr. 1. p. 1. c. 5. n. 160.

1006

Materiae Voti |; vid. Votum |

Matrimonium. Sacramenti Matrimonii notitia Ecclesiae Pastoribus,  
 usque omnibus, quibus animarum cura incumbit optime necessaria  
 est, To. 4. Tr. 8. Grosem. n. 1. Difficile, obscurum, et maxime im-  
 plicatum est hujus Sacramenti argumentum, ibid. n. 2. Apud  
 auctores Matrimonium quatuor potissimum nominibus nunquam solet;  
 1<sup>o</sup> Matrimonium à matre potius quam Patrimonium à patre, quia  
 prolis procreatio, cujus causa Matrimonium institutum est, in matre  
 non autem in patre videns fit, atque ad eam pertinet prolem alere et  
 educare; 2<sup>o</sup> Conjugium à communi jugo, cui vir et mulier se se  
 subiciunt, cum ad prolis generationem sibi invicem corpora tradunt;  
 3<sup>o</sup> Connubium à verbo Nubo seu Veles à velamine, quae in subjectis  
 vis signum sponsa caput obducitur, et quo insuper inmittitur debere  
 conjuges semper modestia et pudore, quasi obducto quodam velo  
 ea inter se tegere et obvelare, quae Christianam modestiam et pu-  
 dicitiam offendere possunt; et Consortium, tum quod ejusdem for-  
 tis seu fortunae participes esse oportet conjuges; tum quod inti-  
 ma debeat esse inter illos conjunctio; 4<sup>o</sup> Nuptiae ab eodem verbo  
Nubo seu Veles, à quod sponsa apud veteres, dum viris tradaban-  
 tur, capita nubere seu velare solent in signum pudoris et moder-  
 tia, ibid. n. 3. Matrimonium sic variis nominibus dis-  
 tinctum sub duplici ratione considerari potest, scilicet vel ut  
 est contractus, usque tum naturalis tum civilis; vel ut est Sacra-  
 mentum Novae Legis: et contractus naturalis seu ut officium  
 natura ad propagationem et conservationem humani generis  
 ordinatur; ut contractus civilis amicitias, affinitates, federa  
 inter civis amplificat, atque Matrimonii naturalem contractum  
 componit ac perficit politicis regulis, quibus Republicae paci, peren-  
 nitati, et felicitati contribuitur: utrumque contractum istum ad  
 longè nobilioram sortem et fortunam evehit dignitas et ratio Sa-  
 cramenti, quae Matrimonio ex Christi institutione accipit; Ma-  
 trimonium enim ut Sacramentum Novae Legis conjuges gratia enor-  
 nat, Ecclesiam ditat pia et fidei prolis educatione, concupiscentia  
 frantum injicit, ac remedium prouat, ibid. n. 4. Rursum Ma-  
 trimonium considerari potest vel in fieri vel in facto esse; in fieri  
 est actio, seu actualis contractuum legitimus consensus signis ex-  
 ternis expressis, quo sibi mutuo tradunt sua corpora; in facto esse est  
 vinculum seu nexus, quo sibi invicem astringuntur conjuges, atque du-  
 pliciter spectari potest, scilicet vel ut ratum duntaxat, vel ut consum-  
 matum; ratum est ipsamet actualis consensus legitimus verbis aut  
 aliis signis externis expressis, nondum senta carnali copula, con-  
 summatum est idem consensus senta carnali copula, ibid. n. 5.  
 Matrimonium quatenus est contractus naturalis et civilis deservi-  
 bitur Conjunctio maritalis viri et foeminae inter legitimos personas  
 individuum vita consuetudinariam seu societatem retinens, ibid. p. 2.  
 c. 1. n. 36. Plura in Matrimonio distinguuntur, ut mutuos mu-  
 tuorum consensus; externo pactio seu contractus verbis vel signis  
 expressis; mutua corporum traditio, estque Matrimonium in fieri;  
 nexus seu vinculum resultans ex illo contractu, estque Matri-  
 monium in facto esse; jus quod est in unoquoque ad alterum;

mutua obligatio ad reddendum debitum; usus denique et consummatio Matrimonii, ibid. n. 37. Effantia Matrimonii in facto esse non consistit in unet coniunctione corporum, sed in conjunctio-  
ne animorum seu nexu perpetuo, qui ex consensu interius et patris-  
ne exteriore inter virum et mulierem resultat, ibid. n. 38. et seq.  
Sols. ob. ib. n. 41. et seq.

Matrimonium ut ait contractus naturalis in officium naturae ex-  
pressam lege naturali originem trahit, quam Deus subinde lege po-  
sitiva confirmavit, ibid. c. 2. n. 53. unde in paradiso ante peccatum  
institutum atque initum jam fuit Matrimonium Admuni inter et  
Evan, illamque Imperatorum legem, quam ipsa natura dicitur, à  
Deo ratam et confirmatam fuisse, ibid. c. 2. n. 54.  
In Matrimonio duplex consideratur materia, una, ea quae constat con-  
tractus Matrimonialis, et quae proxima vocatur, et altera, iuris quam  
versatur contractus iste, et remota dicitur, suntque propria conjugum  
corpora; prior videtur respondenda esse in actibus contrahentium: for-  
ma vero Matrimonii videtur esse in his verbis posita: Accipis te in me-  
am, accipis te in meam, ibid. n. 55.

Ad ratum Matrimonium necessarius est consensus mutuus contrahen-  
tium, ibid. c. 4. n. 57. qui debet esse expressus ac publicus, et ab omni  
amore immunis, ibid. n. 58. et liber, non vi aut metu gravi injuste ab  
extrinseco extortus, atque sineus et non fectus, ibid. n. 59. Varia  
conditiones apponi possunt in Matrimonii contractu, quae tamen  
sponsalia dubitant spectant, non ipsum matrimonium, neque enim  
unquam licet sub conditione Matrimonium contrahere; conjugalis  
enim contractus fit per verba de presenti; nec licet exponere sacra-  
mentum variis ambagibus et periculo invaliditatis; dicuntur autem  
Matrimonio apponi, quia ad illud tendunt: harum aut conditionum  
alia sunt generales, quae in omni contractu includuntur, sive expri-  
mantur sive non; ut v. g. si quis dicat, Ducam te si viverimus, p.  
hae contractum non suspendunt, ut quae plane generales sint ac ne-  
cessaria: alia sunt speciales, et haec vel intrinseca, sine quibus  
stare non potest Matrimonium, ut v. g. si quis dicat, Ducam te,  
si non sis consanguinea mea, p. haec non suspendunt Matrimo-  
nium, quia necessario includuntur in contractu, ac perinde est,  
sive contractui apponantur, sive non: vel extrinseca; ex his  
alia sunt necessaria eventura, ut contraham tecum, si Sol ma-  
ne orietur, p. haec conditiones non suspendunt contractum, ac  
perinde se habent, ac si apponita non fuissent: alia sunt im-  
possibiles, ut contraham tecum si valem digito tetigeris, p. his-  
ce neque contractus conjugalis suspenditur, si quidem pro non ad-  
jectis haberi debent: Denique alia sunt vel de praeterito, vel  
de presenti, vel de futuro; si de praeterito vel presenti sint, at-  
que impleta, tunc stat Matrimonium, atque uti possunt con-  
trahentes, si vero dubitent vel ignorent eas esse adimpletas, tunc  
Matrimonio uti non possunt, sed expectare debent, donec cer-  
to hiant conditiones esse adimpletas, si sint de futuro et  
honestae, non invalidant contractum sed suspendunt usque  
ad conditionis eventum; si turpes, nec tamen substantia Ma-

107

Prim. Z.  
pag. 177.

15

Em

trimonii advenentur, pro non adjectis haberi debent, nec in con-  
 tractus habentur, ex supposito tamen, quod consensus sit  
 verus et sincerus; si vero autem ipsa Matrimonii substantia  
 seu bona, nempe fides, proles, et Sacramentum, videtur  
 nullum est Matrimonium, ibid. n. 60. Consensus in Ma-  
 trimonium in verbis aut signis exprimi debet, quae juxta consue-  
 tudinem loci, aut communem intelligentiam expriment con-  
 sensum de presenti, ibid. n. 61. Objectum primarium Ma-  
 trimonii et principale est conjunctio animorum cum potesta-  
 te ad mutuum traditionem corporum, ibid. n. 62. Ad vali-  
 de contrahendum Matrimonium necessario non requiritur con-  
 sensus parentum; attamen, ut licite contrahi possit Matrimo-  
 nium, ordinariè requiritur hujusmodi parentum consensus; possunt  
 tamen ducere, in quibus sine illo consensu parentum licite  
 etiam contrahi potest Matrimonium, ibid. n. 63. Vid. infra.  
 Tria distinguuntur bona Matrimonii, nempe Fides, quae est ea  
 justitia pars, quae conjuges promissis stare debent, in servanda  
 scilicet thori conjugalis fide ac integritate, ne ad alium vel aliam  
 accedant; Sacramentum, signum scilicet unionis sacra ac perpetuae,  
 quae est inter Christum et Ecclesiam; et Proles, id est, infans procreatus,  
 quae intenditur per Matrimonium; Fides Matrimonii unitatem, Sacra-  
mentum firmitatem et indissolubilitatem, Proles vero necessitatem  
 demonstrant, quae propriae sunt Matrimonii proprietates, ibid. n. 64.  
 Matrimonium potest esse indissolubile vel quoad vin-  
 culum, vel quoad thorum tantum, vel quoad utrumque simul;  
 item illius indissolubilitas potest considerari vel in gentilibus,  
 vel in Judeis, vel in Christianis; Matrimonium itam aliud est  
legitimum, quod scilicet contrahitur à personis nullo impedi-  
 to ligatis; aliud vatum, quod dicitur à Christianis; et aliud consum-  
matum, quod cum ipso seu carnali conjunctione perfectum est. Hum-  
anam firmitatis et perfectionis gradu conjugia ista inter se dis-  
 tent, ibid. §. 2. n. 66. Matrimonii vinculum firmum est, per-  
 petuum ac indissolubile, tum ex primaria sui institutione, tum  
 jure naturali, tum praecepto Dei positivo, ibid. n. 67. et 68. Solv.  
ob. ibid. n. 68. Verum et legitimum Matrimonium inter Inf-  
ideles contrahitur, ibid. n. 69. Matrimonium in infidelitate contra-  
 tum non dissolvitur per utriusque conjugis ad fidem conversionem, ibid.  
n. 72. Dissolvi autem potest etiam si consummatum fuerit, quoad  
 vinculum, 1<sup>o</sup> si alter infidelis velit habitare cum fidele; 2<sup>o</sup> si qui-  
 dam velit habitare cum fidele, sed non sine contumelia Creatoris seu  
 blasphemia divini nominis et fidei Christianae; 3<sup>o</sup> si pertinet ad  
 peccatum mortale, ibid. n. 73. eam quoque autem conjugem infidelis con-  
 sentiat pacifice et sine injuria Creatoris habitare cum fidele, pra-  
 cepto humano et Apostolico i. Cor. 7. v. 12. Fidele liberum non esse  
 videtur solvere Matrimonium et aliud contrahere, quando id fieri  
 nequit absque aliorum offensione et scandalis; quod praeceptum pro-  
 videri est mutabile, pro temporum scilicet et circumstantiarum va-  
 rietate, ibid. n. 74. Vinculum conjugale non solvitur per heresim  
 vel infidelitatem, ad quam post Baptismum conjuges deficiunt, ibid. n. 76.  
 namque Matrimonium fidele cum infidele promissum per professionem reli-  
 gionis Christianae dissolvitur; unde si uxor infidelis convertatur prius-

quam conjux fidelis ad secundas nuptias transierit, compellendus est fidelis  
ita ad eam recipiendam; si vero tunc jam transierit ad secundas nuptias,  
dissolutum est prius Matrimonium, nec motus uxor secundam ad priorem  
radia potest, nisi novum cum ea contrahat Matrimonium, ibid. n. 96.  
Libellus repudii, quo vinculum conjugale dissolvatur, non tantum Judais  
permittitur, et liber fuit à poenâ, sed etiam, Deo dispensante, licitus,  
et à peccato immunis, ibid. n. 97. et 98. Solv. ob. ibid. n. 119. et seq.  
Hanc repudii legem et licentiam ad alias nuptias convolandi Christus in  
nova lege penitus extirpavit ac revocavit, ibid. n. 99. Vinculum  
Matrimonii inter Christianos dissolvi non potest propter adulterium  
alterius conjugum, ibid. n. 100. et seq. Solv. ob. ibid. n. 124. et seq.  
Matrimonium ratum et non consummatum divinitus quoad vinculum  
per solennem Religionis professionem in Religione approbata, ibid. n.  
103. et 104. Solv. ob. ibid. n. 138. et seq. Verisimile est summum  
Pontificem non posse dispensare à vinculo Matrimonii rati non con-  
summati, ibid. n. 105. et 106. Matrimonium Christianorum ra-  
tum et consummatum solvi non potest per ingressum in Religionem  
sive per Monasticam professionem, ibid. n. 107. Constant est Ec-  
clesiæ doctrina Christianos conjuges aliquando licite posse separari  
quoad thorum et cohabitationem, salvo Matrimonii vinculo, ibid. n.  
108. et 109. Libellum, propter adulterium sicut causa divortii faci-  
endi legibus expressa, ibid. n. 110. Quodnam sit divortium inter  
separationem propter adulterium, et propter alias causas, et quomodo  
divortium ob adulterium fieri possit et debeat, ibid. n. 111. et seq.  
Adulterium ratione impudicitiae gravius est in viro quam in mulie-  
re, ratione injustitiae vero gravius est in muliere, quam in viro, qui  
cum soluta adulterat: simpliciter tamen et absolute gravius est adu-  
terium uxoris, quam mariti, ibid. n. 116. Estat naturale ac divi-  
num Matrimonii præceptum; adeoque initio generis humani ipsa  
Lege natura tenebantur omnes inira conjugia, non item post suffi-  
cientem humani generis propagationem, multo minus in lege Chris-  
ti, in qua liberum est nuptias celebrare, id quidem toti hominum  
communitati est necessarium, sed non singulis, p. ibid. n. 117.  
Nec jure naturali, nec jure divino positivo irritum est ac invalidum  
Matrimonium à filiis contractum insuis vel invitis parentibus, ibid.  
c. 6. §. 1. n. 146. Solv. ob. ibid. n. 152. et seq. Etsi antiquis Ecclesiæ  
Canonibus nulla et irrita fuisse Matrimonia filiorum defectu  
consensus parentum pluribus Theologis et Canonistis videatur, ta-  
men post Paulum XII. apud Latinos valuit et etiamnum adhuc valet  
Matrimonium à filiis familias insuis et invitis parentibus contrac-  
tum, ibid. n. 147. et seq. Neque etiam jure civili irrita esse  
possunt Matrimonia filiorum - familias insuis et invitis parenti-  
bus contracta, ibid. n. 150. graviter tamen peccant filii, qui  
sine causâ legitimâ insuis vel invitis parentibus Matrimonia con-  
trahunt, ibid. n. 151. Jure novo Concilii Tridentini irrita et nulla  
sunt Matrimonia clandestina, id est, ea, quæ clam et occultè, nullis  
testibus, nec Parochi presentibus, contrahuntur, ibid. n. 157. Unde  
i. nullum ac invalidum est Matrimonium, quod non contrahitur co-  
ram propriâ Parochi, id est, domicilio alterutrius contrahentium Paro-  
chis, vel alio Sacerdote digno Parochi seu Ordinarii licentiâ, et  
duobus vel tribus testibus: propriâ autem Parochi nomine intelli-

gitor Parochus Domicilii alterutrius contrahentium. Porro ad acqui-  
 sitionem jus Domicilii in aliqua parochia vis, qui in eadem Diocesi de una  
 Parochia transiunt in aliam, sufficit habitatio per sex menses; vis vero,  
 qui ab una Diocesi transiunt in aliam requiritur Domicilium unius  
 anni, *ibid.* n. 158. 2<sup>o</sup>. Matrimonium contractum coram proprio Pa-  
 rocho vel alio Sacerdote de licentia ipsius, in aliena parochia validum  
 est, *ibid.* n. 159. Valat etiam Matrimonium celebratum coram  
 proprio Parcho non dum Sacerdote, *ibid.* n. 160. Multis etiam vale-  
 re videtur Matrimonium contractum coram Parcho anoumuni-  
 cato, suspensio, irregulari, *ibid.* n. 161. Ea debet in contractu  
 Matrimonii esse Parochi presentia, qua ad moralem et humanum  
 actum sufficiat. In opinione illorum, qui dicunt contrahentes esse  
 Ministros hujus Sacramenti, valet Matrimonium etiam in ratione Sa-  
 cramenti, et si Parochus, aut invitus adductus esset, aut solennem benedi-  
 ctionem negasset: Qui vero volunt Parochum veri Ecclesie Ministri  
 partes hic sustinere, ac benedictionem esse formam veluti essentia-  
 lem hujus Sacramenti, ajunt eo in casu stare quidem Matrimonium  
 quoad contractum et vinculum, at non esse verum Sacramentum,  
*ibid.* n. 162. Qui coram Parcho et testibus Matrimonium con-  
 trahunt quidem, sed in se melius vel propter defectum consensus, vel  
 propter impedimentum aliquod dirimens occultum, non tenentur post-  
 ea, obtento impedimenti dispensatione novis contrahere coram  
 Parcho et testibus, sed sufficit, si consensus renovet verumque effi-  
 ciat; sed si impedimentum sit manifestum, digne ad evitandum  
 praesens vel verisimiliter futurum scandalum, *ibid.* n. 163. Va-  
 gorum, quibus nulla est sedes fixa, proprius Parochus est Parochus  
 loci, in quo contrahunt; ubi servanda est regula Concilii Tridenti-  
 ni Sess. 24. De reform. Matrim. c. 7. *ibid.* n. 164. Valat Matrimo-  
 nium inter absentes per Procuratorem iuratum, immo ad huc ha-  
 conditiones; 1<sup>o</sup> ut hujusmodi Procurator speciale mandatum habeat;  
 2<sup>o</sup> ut per se ipsum mandantis voluntatem enuncietur; 3<sup>o</sup> ut non sit  
 revocatus tempore, quo alterius nomine contrahit; 4<sup>o</sup> ut mandatum  
 illud sit ad contrahendum cum certa persona; 5<sup>o</sup> ut Procurator non  
 excedat terminos a mandante praescriptos; 6<sup>o</sup> ut contrahat ritu ab Ec-  
 clesia praescripto. Qui docent contrahentes esse Ministros Sa-  
 cramenti Matrimonii, tenentur hujusmodi Matrimonium esse verum  
 Sacramentum: at qui docent Sacerdotem esse Ministrum Sacramenti  
 Matrimonii, asserunt illud esse solummodo contractum naturalem  
 et civilem. Ad majorem igitur Sacramenti dignitatem et hincita-  
 tem necesse est, ut conjuges, cum presentes sunt, in facie Ecclesie pra-  
 sente et benedicente Parcho consensus prius per Procuratorem da-  
 tum renovent atque confirment, ne ulla esse possit fraudis ac doli  
 suspicio, *ibid.* n. 165. In nonnullis tamen casibus Matrimonia  
 sine presentia Parochi et testium contracta valida esse possunt, ut  
 1<sup>o</sup> quando contrahuntur ab incolis illarum regionum, ubi Concilium  
 Tridentinum non est promulgatum, aut ubi magnum fuit receptum;  
 2<sup>o</sup> ubi constat quidem decretum Concilii esse promulgatum, vel aliquo  
 tempore in parochia observatum, sed Ecclesia Parochialis proprio Pa-  
 rocho caret, Cathedralis Episcopo, aut Capitulo, qui alium Sacerdotem  
 ad id delegant, in illiusque alius ibi est, qui officio Parochi aut Episcopi  
 suppleat, tunc sufficientes duo testes solum; ut et 3<sup>o</sup> si Parochus et  
 Episcopus metu Haereticorum lateant, vel aufugerint, neque hiantur

ubi sunt, vel ad utrumque tutus accessus non sit, ibid. n. 166. In locis  
locorum, ubi viget Decretum Concilii Tridentini venientes ad locum, ubi  
non viget, nec promulgatum est, ibique habitantes valide contrahunt  
Matrimonium non servata forma à Concilio isto prescripta: at in  
locis locorum, ubi Concilium non est promulgatum, venientes ad locum,  
ubi est receptum, ibique habitantes, invalide contrahunt Matrimo-  
nium sine Baracho et testibus: Si vero habitatores alius loci, in quo  
Concilium fuit promulgatum, adeant loca, in quibus non est promul-  
gatum, anivò duntaxat ibidem clandestinè contrahendi, non vero  
in eis locis habitandi saltem per tempus lege prescriptum, quod est ad  
minimum unius anni, non valide contrahunt, ibid. n. 167.

Primo Eusebio Saulis fuisse Flaviani, qui Matrimonium tanquam  
quid malum et illicitum, atque à Dæmone induitum damnabant:  
posteriorum vero temporum Novatores solummodo negant illud esse  
Sacramentum, ibid. p. 2. c. 1. n. 169. et 170. Matrimonium est ve-

rum ac propriè dictum legis Evangelicæ Sacramentum, à Christo Domi-  
nò institutum, ibid. n. 171. et leg. Sols. ob. ibid. n. 174. et leg. Ma-  
teria proxima Matrimonii prout est Sacramentum, eadem esse vide-  
tur, ac ejusdem, quatenus dicitur contractus, scilicet consistit in actibus con-  
trahentium; forma vero in verbis, quibus Sacerdos nubentes conjun-  
git in Matrimonium, ibid. n. 187. et leg. Quidam valde commu-  
niter afferunt informat contrahentes esse hujus Sacramenti ministros,  
alii vero volunt esse Sacerdotem, ibid. n. 190. Utriusque senten-  
tia momenta proponuntur, ibid. n. 191. et leg. Matri-

monia à Catholicis cum Flaviansis iuxta ea se rata et valida sunt,  
quævis en illicita, ibid. n. 197. et 198. licita tamen fiunt per  
dispensationem Ecclesiæ, minime satis frequentia sunt, ibid. n. 199.  
Gratia sanctificans, qua per Matrimonium producitur,  
omnibus malis illis, qua per primorum parentum peccatum in nuptias  
invenit, medetur, atque necessaria omnino est ad apprehenda-  
tione Matrimonii bona fidei scilicet, proli, et Sacramenti, ibid.  
n. 200. et 201. Quinam sunt hujus Sacramenti ritus et ceremo-  
nia. Earum meminere antiqui Pontifices et Patres, neque  
damnantur à Novatoribus, ibid. n. 202.

Matrimonii impedimentum est id, quod obest, quominus Matrimo-  
nium licitè celebrari, aut celebratum valere possit, seu est id, quod  
Matrimonium jure redditur aut illicitum aut irritum: duo prorsus  
sunt Matrimonii impedimentorum genera, nempe simplicia seu  
simpliciter impedientia vel prohibentia, et dirimentia: pri-  
ora illicitum faciunt conjugium, impeduntque, ne duntaxat  
contrahatur, non vero irritant: dirimentia vero Matrimoni-  
um dissolvunt seu dirimunt, ibid. c. 4. n. 203.

Lutheris, Calvinis, ceterisque Novatores, qui in Matrimonio nihil  
nisi purè humanum agnoscunt, negant, quòd Ecclesiæ auctoritatem  
habeat statuendi impedimenta Matrimonii dirimentia,  
ibid. sect. 1. §. 1. n. 205. At nos tenemus Ecclesiam habere  
jus et auctoritatem statuendi impedimenta non solum impedi-  
entia, sed et dirimentia Matrimonium, ibid. n. 206. et leg. Sols. ob.  
ibid. n. 212. et leg. Ecclesiæ etiam habet auctoritatem dis-  
pensandi in impedimentis Matrimonii, ibid. §. 2. n. 218. et leg.  
Sols. ob. ibid. n. 224. et leg. Quanam conditiones requirantur,



992

ut ostenta in impedimentis dirimentibus dispensatio valeat, ibid. n. 222. | Vid. Lex. | Quando et quibus de causis circa Matrimonii impedimenta dispensatio sit concedenda, ibid. 223. | Vid. Lex. | Impedimenta simplicia seu impedientia tantum celebrationem Matrimonii olim jure veteri duodecim numerabantur, postmodum ad quinque restricta fuerunt, ibid. Sect. 2. n. 226. modo jure novo Concilii Tridentini tantum quatuor vigent impedimenta hoc versu comprehensa: Ecclesia vetitum, votum, sponsalia, tempus, ibid. n. 231.

Ecclesia vetitum, seu interdictum intelligitur prohibitio, quae Ecclesia alicui nuptias prohibet ob temporalem aliquam causam: duplex est, unum simpliciter prohibens sine ulla irritante clausula; althoum vero cum clausula irritante: prius illicitum duntaxat facit Matrimonium, alterum idem irritat, ibid. n. 227. per tempus feriatum intelligitur impedimentum temporis, quod non licet nuptias solemniter celebrare, sicut jure novo Tridentini, ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam, et a feria IV. Cinerum usque in Octavam Paschatis inclusive: ea hac voce solemniter, quam hic adhibet Concilium, quidam interpretantur non ipsas nuptias prohiberi, sed earum duntaxat solemnitatem, pompam sibi et apparatus, quos sponsi ad Ecclesiam ducuntur, quibus tamen alii obviant, ibid. n. 228. per sponsalia intelligitur impedimentum, quod nascitur ex sponsalibus cum aliqua vel aliquo initio, et nondum dissolutis, ibid. n. 229. per votum intelligitur votum simplex castitatis, vel ingrediendi religionem, quod quidem impedit, sed non dirimit contractum Matrimonium: aliter dicendum de voto solenni, istud nempe dirimit Matrimonium etiamnum jam contractum, ibid. n. 230.

Impedimenta Matrimonium dirimentia ante Concilium Tridentinum triginta tantum numerabantur, post illud vero quindecim omnino numerantur his versibus expressa:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,  
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen honestas,  
Amens, affinis, si clandestinus, et impos,  
Si mulier sit rapta, locus nec reddita tute.  
Hae socianda vetant connubia, facta retractant.

Ex his impedimentis quaedam sunt juris naturalis, quae hoc versu indicantur:

Mens agra, et conjux, vis, error, ineptia, sanguis.  
 alia vero juris Ecclesiastici duntaxat, quae his versibus continentur:

Ordo sacer, votum, necnon sponsalia firma,  
atque duplex crimen, quadruplex cognatio, raptus,  
Si Baptisma deest, ordo, testas, Parochusve.

His addi debet conditio, ut pote impedimentum jure Ecclesiastico duntaxat, non naturali constitutum. ab his impedimentis ante Concilium Tridentinum excludabantur Clandestina Matrimonia, et Cultus disparitas, immo non pauci Theologi contendunt, votum solenne castitatis non semper et ubique fuisse impedimentum dirimens Matrimonium subsequens, ibid. Sect. 2. n. 232.

Error circa Matrimonium generatim duplex esse potest, persona scilicet et qualitatis: prior est, quae circa personam fertur, atque una persona pro alia supponitur: error qualitatis est circa auctoris personam alius est conditionis, ut si liber putatur, qui est

193

servus; alius, qui proprie vocatur qualitatis, qui nempe circa mores,  
 nobilitatem et ignobilitatem versatur; alius fortuna, quo circa bo-  
 na externa seu possessiones erratur. Error qualitatis quandoque re-  
 dundat in errorem persona, et persona error reputatur, quando consensus  
 errantis directe fertur in personam illam, cui talis qualitas adhaeret,  
 et tamen offertur ei persona, cui talis qualitas non inest. Quando au-  
 tem directe in personam presentem, cum es tamen errore, quod existi-  
 metur s.g. filius Regis, fertur consensus, solum est error qualitatis,  
 ibid. §. 1. n. 333. Error circa divitias et qualitates persona etiam in  
 ordine ad consensum contrahentis duobus modis consideratur, 1.º concomi-  
 tanter, ita ut de illis qualitatibus nec cogitet, nec eas exigat, ut in  
 Matrimonium consentiat; 2.º antecedenter, ita, ut animus contra-  
 hentis in eas qualitates feratur, tanquam in conditionem, ex qua  
 pendere vult suum in personam consensum, ibid. n. 234. Error circa  
 personam invalidum reddit Matrimonium, ibid. n. 235. Error  
 circa divitias et qualitates nunquam irritat Matrimonium, nisi re-  
 dundet in errorem persona, ibid. n. 236. Error conditionis servi-  
 lis, cum ignoratur, dirimit Matrimonium; si quis sciatur, neque  
 etiam si amba persona servituti obnoxia contrahant etiam in  
 vitis Dominis. Servi item poena, qui ex sententia Judicis poena  
 mancipati sunt, ut damnati ad tirames, exilium, vel etiam  
 mortem, quam fuga delinaverunt. Impedimentum hoc erroris  
 Jure Ecclesiastico duntaxat constitutum est, non naturali, ibid.  
 §. 2. n. 337. Matrimonium post solenne continentiae votum  
 in Religione approbata, vel post susceptionem Majorum Ordinum  
 nullum est et irritum, ibid. §. 3. n. 338. Disceptant Theo-  
 logi inter se an istud voti solennis et Ordinis Sacri impedimentum  
 semper fuerit impedimentum dirimens Matrimonium; qui negant  
 hoc dicuntur ratione, quod illud Jure duntaxat positivo Ecclesias-  
 tico indutum fuisse dicant; et alii illud Jure Divino naturali  
 constitutum volunt, adeoque semper fuisse impedimentum; sed  
 quidquid haec de re sit, certum esse videtur à Saculo VI. jam univer-  
 salam fuisse legem per votum solenne dirimi Matrimonia post-  
 modum contracta, ibid. n. 239. Cognatio est propinquitas seu vinculum personarum aliquarum.  
 Triplex distinguitur, Carnalis seu Naturalis, qua Consanguinitas di-  
 citur, quasi sanguinis unitas; Spiritualis, qua vocatur Comparenter-  
 vitas; et Legalis, qua Adoptio nuncupatur, ibid. §. 4. n. 240. Co-  
 gnatio carnalis seu Consanguinitas definitur, quod sit vinculum  
 personarum, quarum una vel ab alia, vel amba ab eadem tanquam  
 à communi Stipite et proprio Stipite per causalem generationem  
 descendunt, ibid. 241. Distinguitur à Theologis per lineas et gra-  
 dus: per lineam intelligunt Seriem seu ordinem personarum ab  
 eodem Stipite descendentium, et per gradum, intervallum seu men-  
 suram distantiae consanguineorum inter se et à communi Stipite.  
 Duplex est linea, Directa scilicet, qua personas continet, quarum  
 una descendit ab altera; et indirecta seu collateralis et transver-  
 salis, qua est Series personarum, quarum una non descendit ab alte-  
 ra, sed qua ibidem descendunt ab eodem Stipite, ibid. n. 242. In  
 Jure Canonico tres statuuntur regulae pro computandis gradibus con-  
 sanguinitatis, una pro linea recta, duo pro collateralis: 1.ª, in

aliter, ille  
 in Matrim  
 1.º de  
 2.º de  
 3.º de  
 4.º de  
 5.º de  
 6.º de  
 7.º de  
 8.º de  
 9.º de  
 10.º de  
 11.º de  
 12.º de  
 13.º de  
 14.º de  
 15.º de  
 16.º de  
 17.º de  
 18.º de  
 19.º de  
 20.º de  
 21.º de  
 22.º de  
 23.º de  
 24.º de  
 25.º de  
 26.º de  
 27.º de  
 28.º de  
 29.º de  
 30.º de  
 31.º de  
 32.º de  
 33.º de  
 34.º de  
 35.º de  
 36.º de  
 37.º de  
 38.º de  
 39.º de  
 40.º de  
 41.º de  
 42.º de  
 43.º de  
 44.º de  
 45.º de  
 46.º de  
 47.º de  
 48.º de  
 49.º de  
 50.º de  
 51.º de  
 52.º de  
 53.º de  
 54.º de  
 55.º de  
 56.º de  
 57.º de  
 58.º de  
 59.º de  
 60.º de  
 61.º de  
 62.º de  
 63.º de  
 64.º de  
 65.º de  
 66.º de  
 67.º de  
 68.º de  
 69.º de  
 70.º de  
 71.º de  
 72.º de  
 73.º de  
 74.º de  
 75.º de  
 76.º de  
 77.º de  
 78.º de  
 79.º de  
 80.º de  
 81.º de  
 82.º de  
 83.º de  
 84.º de  
 85.º de  
 86.º de  
 87.º de  
 88.º de  
 89.º de  
 90.º de  
 91.º de  
 92.º de  
 93.º de  
 94.º de  
 95.º de  
 96.º de  
 97.º de  
 98.º de  
 99.º de  
 100.º de

194

linea recta ascendente et descendente tot sunt gradus, quot sunt generationes personarum, quarum una descendit ab alia, vel tot sunt gradus, quot sunt persone dempto stirpe, ibid. n. 243. 2<sup>a</sup> et ima pro linea collateralis haec est, si persone distant aequaliter a communi stirpe, quo gradu ab eo distant, eodem inter se distant, ibid. n. 244. 3<sup>ta</sup> et 2<sup>a</sup> pro linea collateralis, persone inaequaliter distantes a communi stirpe, eo gradu distant inter se, quo illarum remotior distat a communi et proximis stirpe, ibid. n. 245.

Jus Civile, quamvis quoad computationem graduum in linea recta cum Jus Canonico conveniat, tamen in linea collateralis discrepat, quod gradus numerat per personas, totque statuat, quot sunt persone dempto stirpe; Jus Canonico vero attendat ad distantiam personarum a stirpe, qua computatio optima est, ibid. n. 246. Omnis consanguinitas in quolibet gradu linea recta est et semper fuit impedimentum dirimens Matrimonium, ibid. n. 247. Consanguinitas in linea collateralis Matrimonium jure naturali dirimit in primo gradu, ibid. n. 248. In ceteris remotioribus gradibus jure Ecclesiastico dirimit, non naturali, dirimit Matrimonium, usque ad quartum gradum usque inclusive nec ulterius, in quibus tamen Ecclesia dispensare potest, ibid. n. 249.

184.

Cognatio spiritualis est affinitas seu propinquitas, qua jura juris Ecclesiastici dispositionem contrahitur ex administratione et susceptione Baptismi vel Confirmationis: est impedimentum dirimens Matrimonium jure Ecclesiastico dirimit, non vero naturali aut divino: induitur est propter reverentiam horum Sacramentorum, ibid. s. s. n. 250. Haec spiritualis cognatio jure novo Concilii Tridentini intercedit inter baptizantem et baptizatum, et patrem ac matrem baptizati; itam inter patrem et matrem ex una parte, et baptizatum necnon patrem et matrem baptizati ex altera. Idem de Confirmatione dicendum, ubi scilicet sicut consuetudo adhibendi patres, ibid. n. 251. ad hanc affinitatem seu istud Matrimonii impedimentum contrahendum requiritur, ut patres et matres habeant usum rationis, ut sint baptizati, ut in ipsa valida Baptismi administratione suscipiendum tangant vel teneant, vel immediate suscipiant de manu baptizantis, ut agant cum animo et intentione exercendi officium patris et matris, sicut in Ecclesia fieri solet: idem dicendum de patribus in Sacramento Confirmationis, ibid. n. 252. Unde non intercedit cognatio spiritualis inter eos, qui infanti domi jam baptizato nomen dirimitant imponunt, cum postea solemnes Baptismi caeremonia in Ecclesia adhibentur, ut et nec inter ipsos et baptizatum baptizati que parentes; sed dicendum, si in dubio de validitate primi Baptismi infans iterum baptizatur sub conditione, hoc enim casu, ubi de dubio primi Baptismi Matrimonium contrahi non debet; si vero infans sine solemnitate domi baptizatur, contrahitur cognatio cum baptizato, p. a patris et matris, p. ibid. n. 253. Cum infans per procuratorem seu mandatarium a sacro fonte levatur, ipse mandatarius, non mandans, contrahit affinitatem spirituales.

Contrarium sentiunt aliqui, unde pro majori securitate in tali casu adveniens Episcopus, ibid. n. 254. Cognationem spirituales etiam contrahunt Obstetrix et alii laici, qui etiam in necessitate baptizant: accipiuntur tamen pater aut mater, si in necessitate aliquot, maxime propter periculum mortis, propriam prole baptizaverint; sed si id ultra necessitatem faciant, et

tunc baptizans non potest petere debitum conjugale, bene autem  
reddere: excipiunt tamen aliqui, immo multi Doctores, si ignorantes  
Ecclesia prohibitionem, aut esse hanc poleam, id faciunt, ibid. n. 255.  
Quicquid carnaliter cognovit eam, cum qua spirituali cognatione conjunctus  
est, si dispensationem obtinere velit ad contrahendum cum ipsa Ma-  
trimonium, debet in hac supplicatione exprimere non solum cogna-  
tionis hujus impedimentum, sed etiam commixtum crimen, ibid.

n. 256.  
Cognatio legalis est ea, qua oritur ex Adoptione: Adoptio autem  
definitur persona extranea assumptio in filium aut nepotem vel  
in filiam aut nepotem cum jure ad hereditatem. Ea tali adop-  
tione, saltem si perfecta sit, id est, scriptis Principis facta, et per  
quam adoptatus transit in familiam et potestatem adoptantis, ori-  
tur cognatio, qua Matrimonium dirimit, ibid. § 6. n. 257. Igi-  
tur ratione cognationis legalis irritum est Matrimonium 1º inter  
adoptantem et adoptatum et posteros adoptati usque ad quartum gra-  
dum; 2º inter uxorem adoptantis et adoptatum, et recipim inter  
uxorem adoptati et adoptantem; 3º inter filios aut filias adop-  
tantis et adoptatum sive adoptatam; at hoc impedimentum cessat  
cessante Adoptione, id est, ex quo filii aut filiae adoptantis li-  
berati sunt ab ejus potestate per ipsius mortem, vel per emancipatio-  
nem, ibid. n. 258.

Affinitas est personarum conjunctio seu propinquitas orta ex cog-  
nata carnali, sive licita in Matrimonio, sive illicita extra Ma-  
trimonium, si cujus alter alterius consanguineus sit affinis, ibid.  
§. 7. n. 259. Triplex olim fuit Affinitatis genus, sed post Conci-  
lium Lateranense IV. can. 50. solummodo contrahitur Affinitas 1º  
inter virum et consanguineos mulieris à se carnaliter cognita; 2º  
inter mulierem et consanguineos viri, à qua cognita est, ibid. n. 260.  
et 261.

Eodem modo numerantur gradus Affinitatis, quo gra-  
dus consanguinitatis seu cognationis carnalis, ibid. n. 262.  
Affinitas dirimit Matrimonium. In quovunque gradu Affini-  
tatis linea recta prohibitum et irritum est Matrimonium.  
In linea collaterali, jure per Concilium Lateranense IV. indu-  
to, ad quartum gradum inclusive prohibitum et irritum est Ma-  
trimonium. Affinitas vero ex illicita, sed tamen ad genera-  
tionem idonea copula carnali orta jure Concilii Tridentini Sep.  
24. c. 4. non ultra primum et secundum gradum protenditur.  
Quod si contingat uxorem peccare cum sorore vel nepte sua  
uxoris, non quidem dissolvitur Matrimonium, sed ejus usus im-  
peditur ex parte peccantis, qui debitum petere non potest, non  
vero ex parte innocentis, ibid. n. 263. Bonè jure naturali et  
divino positivo Affinitas in linea recta dirimit Matrimonium,  
ibid. n. 264. In linea vero collaterali seu transversa et obliqua  
solum jure Ecclesiastico dirimit Matrimonium quod quid Novatores  
contra regeant, ibid. n. 265. Affinitas, de qua hic sermo non  
oritur nisi ex copula perfecta, idque etiam sine alterius partis  
consensu vel cognitione facta, ibid. n. 266.

Duo crimina Matrimonium dirimunt, adulterium scilicet et Ho-  
micitium. In quinquaginta potissimum casibus duo haec crimina Ma-  
trimonium dirimunt 1º si alter conjugum occidat alterum per-

195<sup>c</sup>

Ad. 185<sup>c</sup>

tertiam personam, sive adulterium interceperit, sive non; 2<sup>o</sup> si cum homicidio unius conjugum ex intentione Matrimonii contrahendi praesens adulterium cum superstite, etiam si superstes in homicidium non consenserit; 3<sup>o</sup> cum quis adulteratur et uxorem suam interficit vel avertit interfici; 4<sup>o</sup> cum quis suam propriam uxorem esse superstitem contrahit per verba de praesenti cum ea, cum qua nupsit sive ante sive post illum contractum; 5<sup>o</sup> si adulterium commissum sit antecedente aut subsequente sive ficta sive vera, ~~possessio~~ sive absoluta sive conditionata promissione futuri Matrimonii post obitum conjugis, eaque acceptata fuerit, ibid. §. 8. n. 267. Jura, quae loquuntur de uxoricidio sunt etiam intelligenda de matricidio. Ceterum impedimentum istud non naturali aut divino jure institutum est sed jure Ecclesiastico duntaxat ad deterrendos Liberos fideles ab his adulteriis et homicidiis, ibid. n. 268.

Cultus seu Religionis disparitas hic duntaxat ea intelligitur, quae intercedit baptizatum inter et non baptizatum. Jure naturali et Divino est impedimentum impediens seu illicitum sedens Matrimonium duntaxat; at jure Ecclesiastico est impedimentum dirimens et initium faciens Matrimonium, ibid. §. 9. n. 270. et 271.

Matrimonium verò Catholicorum cum Haereticis legitime baptizatis validum est, dummodo nullum aliud interveniat impedimentum: ordinariè tamen est illicitum ac prohibitum saltem jure Ecclesiastico, si non, prout contendunt celebres quidam Theologi, omnino jure naturali et Divino: tamen Ecclesia dispensare potest, et de facto dispensat in nostra Germania, ibid. n. 272.

Si quis violenter et contra proprium consensum ad nuptias cogatur, jure ipsa naturali nullum est ac initium Matrimonium Defectu consensu: Matrimonium tamen contractum ex gravi metu injustè incepto, sed non ordinatò ad ratorem hunc consensum, est validum. Nihil refert ad initium Matrimonium sive metus gravis ad ratorem duntaxat consentum in illud injustè illatus fuerit ab uno ex contrahentibus vel ab alio aliquo, etiam uno ex contrahentibus ignorante: quòd si unus ex contrahentibus alteri metum injustè iniecit, vel talis metus inieci concius sit, tenetur expectare, an qui metum passus est, velit de novo Matrimonium libere contrahere, tunc enim ipse tenebitur rati habere consensum. Qui per metum gravem injustè iniectum Matrimonium contrahit, nullatenus potest eo uti, donec cessante metu, de novo libere consentiat, ibid. §. 10. n. 273.

Ligamen hic est vinculum prioris Matrimonii legitime contracti, licet non consummati, quae durante secundum conjugum nullum est ac invalidum: unde non licet uni conjugum propter alterius absentiam etiam diuturnam, cum alio Matrimonium contrahere, nisi certissimis argumentis comprobata fuerit mors prioris conjugis, ibid. §. 11. n. 274. et 275.

Nomine Honestatis publica in Jure Canonico intelligitur propinquitas orta vel ex Sponsalibus, vel ex Matrimonio rato non consummato, quam quidem Sponsus contrahit cum consanguineis sponse, et vicissim Sponsa cum consanguineis Sponsi, ibid. §. 12. n. 276. Ex Sponsalibus validis tantum, oritur impedimentum publicae honestatis in primo gradu duntaxat, ibid. n. 277. etiam si mutuo consensu dissoluta sint, ibid. n. 278. Ex Matrimonio rato et non consummato oritur impedimentum publicae honestatis etiam usque ad

quartum gradum, idque quamvis Matrimonium illud invalidum sit, modo non ex defectu consensus, ibid. n. 279. Impedimentum autem istud jure Ecclesiastico dirimit Matrimonium dirimit, ibid. n. 280.

De impedimento (Candestinitatis, Vid. Supra.)  
Ipsa jure naturali ad contrahendum Matrimonium inhabilis est quis, quis perpetua laborat dementia vel furia: si vero amens contrahat tempore huiusmodi intervalli, valet Matrimonium, ibid. §. 13. n. 281.

Impotentia est inhabilitas consummandi Matrimonium seu ex defectu quodam naturali, seu ex maleficio proveniens. Hi laborant impotentia ex defectu naturali, dicuntur frigidi; qui vero ex maleficio maleficiati. Varias hinc hujus duplicis impotentiae species, ut 1<sup>o</sup> antecedens Matrimonium, vel eidem jam contracto adveniens; 2<sup>o</sup> perpetua, vel temporalis; 3<sup>o</sup> absoluta respectu cuiuscumque, vel respectiva respectu aliusque, ibid. §. 14. n. 282.

Per impotentiam, qua Matrimonio jam contracto supervenit, sive consummatum sit sive non, haud dissolvitur Matrimonium. Neque dissolvitur per impotentiam antecedentem temporalem; bene vero per impotentiam antecedentem perpetuam, sive absoluta sit, si respectiva, sive ex causa naturali pura interna, sive ex maleficio, ibid. n. 283.

Impotentia perpetua et antecedens jure non solum positivo sed etiam naturali dirimit Matrimonium: quod si dubium sit, an impotentia procedens Matrimonium perpetua sit an temporalis, triennium cohabitationis et experientiae conjugibus conceditur, quo tempore si duraverit impotentia, Matrimonium antea contractum nullum et irritum declaratur, ac proximè saltem thori separatio illis praecipienda est; liberum tamen illis erit invicem cohabitare, dummodo absit incontinentia periculosa. Quod si quis post dissolutum Matrimonium impotentia absoluta curata, nubdat cum altera, ea qua prolem suscipiat, hoc potius Matrimonium dissolvitur, et prius reintegratur, adeoque haec secundo relicta tenetur ad priorem redire, ibid. n. 284. Quamvis inter Steriles et Senes valeat Matrimonium, non tamen valet inter Eunuchos, ibid. n. 285.

Ad hoc impedimentum reducitur defectus aetatis puerorum: unde irritum est eorum Matrimonium, si puer ante decimum quartum, puella vero ante duodecimum annum aetatis completum nupserint, nisi constet molatiam, ut ajunt, supplerisse aetatem, seu quod sufficientes habuerint vires ad consummandum Matrimonium, ibid. n. 286.

Raptus est abductio personae seu volentis seu invita ad explendam libidinem, aut contrahendum Matrimonium, ibid. §. 15. h. 287.

Uterque Raptus est impedimentum dirimens Matrimonium, redituque Raptor inhabilis ad contrahendum Matrimonium cum raptâ, etiam si ipsa consentiat, nisi prius in loco tuto ac libero fuerit constituta, sive volentem sive invitam raperit, ibid. n. 288.

Tria, ut alibi diximus, sunt Matrimonii bona, scilicet fides, proles, et Sacramentum. Alia conjugum peccata directa pugnant contra fidem thori; alia contra bonum proles; alia denique contra Sacramenti dignitatem, ibid. c. 5. n. 289. Contra Matrimonii fidem pugnant 1<sup>o</sup> Adulterium, ad quod refer-

197

tur concupiscentia personae extranea, et quivis actus libidinosus in illud  
 tendens, ut tactus, oscula, et cogitatio morosa, ibid. §. i. n. 290. 2<sup>o</sup>. Volun-  
 taria pollutio, et à fortiori peccata contra naturam, ut Sodomis et alie  
 monstruosa ac execranda libidines, ibid. n. 291. 3<sup>o</sup>. Denegatio debiti  
 conjugalis, quæ ex natura sua est peccatum mortale, ibid. n. 292.  
 Potest tamen aliquando denegari tale debitum absque culpa saltem  
 gravi, 1<sup>o</sup>. Adulterio; 2<sup>o</sup>. omnino ebrio; 3<sup>o</sup>. morbo contagioso laboranti;  
 4<sup>o</sup>. si adsit proximum et evidens vita periculum. Ubi tamen ex  
 congressu cum viro e.g. lepra, morbo conitiali, laborante non immi-  
 net notabile vita aut sanitatis seu infectionis periculum, tenetur uno  
 reddere debitum petenti, ibid. n. 293.  
 Non peccat, qui ~~propter~~ vel quæ justis de causis aliquando dimittat  
 denegat debitum remissa petenti, aut dilationem facile conse-  
 denti citra periculum incontinentie, cum tunc non graviter con-  
 gatur; ut si ad lacram Synaxim accedere velit, non sat bene se  
 habeat, menstrua patiatur, uterum gerat, vel obiciat petenti,  
 quod frequentius et intemperantius petat, ibid. n. 294.  
 Licet et absque culpa vir ab uxore gravida petat debitum ob peri-  
 cum grave incontinentie, dummodo absit periculum perdendi fe-  
 tum etiam nondum animatum; si autem adsit tale periculum  
 semper est peccatum mortale; et si, sedulo tali perdendi fortum  
 periculo, absit grave periculum incontinentie talis peccat venia-  
 liter, ibid. n. 295. Idem dicendum de viro, qui ab uxore mens-  
 trua debitum petat, ibid. n. 296. eadem est ratio debiti, quod vir  
 petat ab uxore tempore præseni sui, ibid. n. 297.  
 Sedulo quovis periculo et alia inordinatione, unus conjugii ob-  
 lam voluptatem est semper culpa venialis, ibid. n. 298.  
 Conjuges per se loquendo non tenentur petere debitum, ac tenentur  
 per accidens, 1<sup>o</sup>. si alter, præsertim uxor, ex lignis vel dispositione  
 videatur petere hoc remedium, licet ex reverentia taceat; 2<sup>o</sup>. si  
 alioquin sit periculum incontinentie in conjuge; 3<sup>o</sup>. si inces-  
 sum sit ad forendum mutuum amorem; 4<sup>o</sup>. si proliis procreatio  
 necessaria sit ad evitandum grave damnum præsertim Religionis  
 vel Reipublice, ibid. n. 299. Licet etiam exigere unum conjugii  
 prævisè ad vitandam in se incontinentiam, ut pollutionem, adul-  
 terium, p. ibid. n. 300. Neque etiam conjuges tenentur sub  
 mortali aut etiam veniali abstinere ab usu conjugii, dum mulier  
 hætenis mortuos edidit filios; imò mulier talis lethaliter peccat,  
 si marito petenti debitum pertinaciter denegat, ibid. n. 301.  
 Oscula et tactus partium corporis honestarum inter conjuges in testi-  
 ficationem dimittunt mutui amoris conjugalis, nec ad copulam ordi-  
 nati, si fiant absque aliorum scandalo, et absit pollutio periculum,  
 sunt liciti: sed sunt peccatum lethale. Tactus etiam, et as-  
 pectus obsceni seu partium verendarum ex se ordinati ad copulam  
 conjugibus sunt liciti, si sine periculo pollutionis immediate referan-  
 tur ad copulam conjugalem, nec fiant prævisè propter voluptatem;  
 sed, si fiant cum periculo pollutionis, sunt mortales; veniales vero,  
 si sedulo hoc periculo fiant propter solam voluptatem, ut et si exer-  
 ceantur absque animo perveniendi ad copulam. Bonè conjugibus  
 graviter sunt illiciti tactus quidam vales infames, dum scilicet in-  
 ter membrorum tangens et tactum foeda nimis est disproportionis, ibid.  
n. 302. Conjuges si in absentia compatis se libidinosè tangat,  
 vel deliberata capiat delectationem veneream cogitatione con-

199  
sotii habiti vel habendi cum conjuge, etsi absque ulla pollutionis peri-  
culo, mortaliter peccat: quod si veri hujusmodi cogitationes etiam deli-  
berata, non ab eis durent, sed sint velut momentanea, absque spiri-  
tuum genitalium omnimoda commotio, non videntur esse lethales,  
ibid. n. 303.

In prole triplex bonum attenditur, scilicet ut amanter suscipiatur,  
benigne nutriatur, et religiose educatur. De peccatis, qua pu-  
gnant contra secundum et tertium illius bonum vid. Sup. ibid. n. 304.

Adversus bonum suscipienda prole peccant, et quidem mortaliter, con-  
juges 1<sup>o</sup> si habeant copulam extra vas debitum, aut cum effusione  
seminis extra illud, item si habeant copulam extra vas debitum  
etiam sine animo ibi consummandi sed evitandi duntaxat ad  
consummandum in vase debito, ibid. n. 306. 2<sup>o</sup> si servato quidem  
vase debito tamen non servetur naturalis situs cum periculo effu-  
sionis seminis extra vas: quod si, sedulo tali periculo, sine necessita-  
te non servetur naturalis situs, est solum veniale sed grave tamen.  
Sed qui extra periculum pollutionis hunc naturalem situm ex  
necessitate immutat, nullatenus peccat, ibid. 3<sup>o</sup> si impediant  
ne proles concipiatur, vel conceptam extinguant susceptum semen  
ejicientes, vel ejicere conantes. Multi tamen a peccato, mota-  
li saltem, excusant mulieres, qua proprium semen privatim effun-  
dunt ex necessitate, ut ipsa putant, cum scilicet postquam  
vir jam seminavit et retrocessit, vas nondum seminavit,  
manente interim valde imitata libidine, ibid. n. 307.

Peccant lethaliter conjuges, qui de industria actum conjugalem  
interrompunt absque seminatione integra ob periculum pollu-  
tionis, qui tunc nunquam abest saltem ab alterutro; item  
si in coitu vir de industria non seminat etiam consentiente  
uore, ibid. n. 308. Si actum illum caereant cum periculo  
abortus vel cum gravi novermento prole et valetudinis conjugum,  
peccant mortaliter; adeoque etiam ii, qui procurant abortum  
factus animati, aut si dubitatur de ejus animatione: at  
si factus nondum sit animatus, in extremo, quod matri immi-  
net, mortis periculo licet illum ~~ejicere~~ ejicere et abortum provo-  
care, ibid. n. 309. Peccat etiam mortaliter conjux, si debi-  
tum denegat procreanti, ca duntaxat ratione, ne numerosior  
familia gravetur; exiit, nisi ambo liberi in id consentiant,  
ibid. n. 310.

In percceptione Sacramenti Matrimonii peccant 1<sup>o</sup> qui cum con-  
suetudine peccati mortalis ad illud accedunt; 2<sup>o</sup> Sacramentum is-  
tud indigne percipiunt, qui ad illud prosequi desiderio alius boni  
temporalis accedunt: hinc multis videtur peccare mortaliter  
juvenis, qui dicit vultum sibi intente bonorum temporalium, qua  
illa pollicetur; 3<sup>o</sup> in Sacramentum graviter delinquant, qui  
ad illud tanquam ad profanum spectaculum accedunt, quique so-  
lemnitatem nuptiarum adornant pompis Satanae, ibid. n. 312.  
Conjugum rixa, dissidia, et caetera, qua turbant societatem  
conjugalem, repugnant sanctitati hujus Sacramenti, ibid. n. 313.



Coniuges etiam mortaliter peccant: 1<sup>o</sup> si cum affectu adulterino ad aliam personam, qua in ipso actu parens representatur vel optatur, vel etiam cum affectu fornicatio seu accedendi ad hanc, etiamsi haec non esset, actum conjugalem exercent; 2<sup>o</sup> si actum conjugalem exercent coram aliis; vel in Ecclesia: empe tamen, si in civitate alicujus obsequio vel hostium irruptione vires una cum uxoribus et liberis suis asylum quarant in Ecclesia, atque per aliquot septimanas in ea morantur, tunc enim quis in gravi et proximo incontinentiae periculo absque culpa debitum conjugale patere et reddere potest. 3<sup>o</sup> si ita frequens sit vel intempestivus actus conjugalis, ut impediatur temporum, quae orationi debentur, ut sunt dies festi, his enim diebus actus conjugalis damnabiliter exercentur, cum ex nimia frequentia hominem ita reddat carnalem, ut à coeno voluptatum, in quo volutari locet, emergere nequeat hiis diebus orationi consecratis: alius debitum conjugale exigere iisdem diebus, sedulo proximo incontinentiae periculo; est veniale duntaxat, reddere autem nullum, ibid. n. 367.

Matthaeus: Sanctus: Quis fuerit, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. 2. c. i. n. 555. Quando Evangelium suum scripsit, et quo idiomate, ibid. n. 556. et 557. Putant aliqui eum illud graeco scripsisse, ibid. n. 554. et 560. Sed sine sufficienti fundamento, ibid. n. 561. Quod in eo scribendo per oculis habuerit, ibid. n. 562. aliter rerum gestarum seriem dirigit ac ceteri Evangelista, ibid. n. 563. In eo motis genere occurrit, ibid. n. 564. Huius Apostoli nomina Graeca quaedam inscribuntur, ibid. n. 565. Solv. ob. contra libris ipsius auctoritatem, ibid. n. 566. et seq.

Maximus: Sanctus: Abbas et Martyr, Quis fuerit p. ejus scripta, To. i. Tract. 4. c. i. §. 2. n. 81.

Manimus: Sanctus: Taurinensis, Quis p. ejus Opera, To. i. Tr. 4. c. i. §. 2. n. 72.

Mediator dicitur, qui medius est inter partes dissidentes, ut eas reconciliet, à Latinis interdum Sequester vocatur, quia cum utraque inter se se contententium pars sequitur. Multis modis potest quis Mediatoris partes sustinere, 1<sup>o</sup> ut Intermedius ac Interpres utriusque partis; 2<sup>o</sup> tanquam Arbitrarius electus ad componendam litem; 3<sup>o</sup> ut Intceptor et Advocatus; 4<sup>o</sup> ut Sponsor, qui parti lesa pro altera, qua offendit, plene solvat ac satisfaciat, quo nomine praecipue Christus Deus Pater pro nobis satisfecit, To. 2. Tr. 3. c. 6. §. 7. n. 353. | Vid. Christus!

Medimus mensura genus lenos capiens modios seu amphoras duas, To. i. Tr. i. c. 8. n. 140.

Meditatio. Subtiliores meditationes sunt vitanda, ut, To. 3. Tr. 4. c. i. n. 12.

Melitho: Sanctus: Quis p. ejus Opera, To. i. Tr. 4. c. i. §. 2. n. 33.

Memoria Sanctis erecta | Vid. Sanctus!

Mendacium opponitur veritati, seu, ut alii loquuntur, veritati, estque laesiva contra mentem, To. 3. Tr. 5. c. 4. n. 464. Omne mendacium est intrinsecum et per se malum, ibid. n. 465. Non tamen omne mendacium est peccatum mortale, sed illud solum, quod perniciosum est, et graviter laesiva

num proximi, vel honorem Dei, aut grave scandalum parit, ibid.  
n. 468. |. Vid. Amphibologia: |

201

Mensis. Hebraei duodecim mensibus lunaribus annum concludunt, atque sin-  
gulis tribus annis unum intercalarem adjuvunt, ut annorum suorum pe-  
riodus cum Solis cursu constet, p. To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 159.

Mensura et vara varia memorantur in S. Scriptura. alia sunt mensurae  
variarum alia longitudinis, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 132. et 148.

Meratura |. Vid. Negotiatis: |

13

Meritum generatis est Operis dignitas ac valor in ordine ad praemium. Con-  
ditiones requisite ad praemium ex parte operantis haec sunt, ut sit liber,  
viator in statu gratiae sanctificantis; ex parte operis vero ut sit bo-  
num tum ratione objecti, tum ratione finis; deinde ut fiat ex impul-  
su gratiae actualis, To. 2. Tr. 2. c. 1. §. 2. n. 90. et Tr. 3. c. 6. §. 4. n. 298.  
Dividitur in meritum de condigno, et in meritum de congruo: prius  
est illud, cui merito iure merces debetur, ita ut sine iniustitia dene-  
gari non possit; alterum est illud, cui praemium conceditur quidem,  
sed ita, ut absolute denegari possit, hoc etiam actu aliquando dene-  
gatur, ibid. Tr. 3. c. 4. §. 1. n. 136. et c. 6. §. 4. n. 298. item Tr. 4. c. 4.  
§. 3. n. 107.

Meriti igitur, quod à mercede dicitur, nomine operis praemio et re-  
tributione dignum intelligitur; sicut à contrario demeritum vo-  
catur opus praemio et supplicio plectendum. Lutherani et Calvi-  
nista quodlibet verum ac propriè dictum meritum excludunt,  
ibid. Tr. 4. c. 4. §. 3. n. 105.

Datur meritum propriè dictum, seu bona iustorum opera vera  
ac propriè sunt meritoria, ibid. n. 106. Solv. ob. ibid. n. 112. et seq.

Multa conditiones requiruntur ad meritum strictè sumptum,  
sive sit de condigno sive de congruo tum ex parte merentis, tum  
ex parte operis meritorii, tum ex parte Dei remunerantis, ibid.  
n. 107. et 109.

Iusti per bona opera sua de condigno mereri  
possunt beatitudinem aeternam, ibid. n. 109. Solv. ob. ibid. n. 112.  
et seq.

Nemo potest nequidem de congruo mereri primam  
gratiam actualiam, sed bene primam gratiam sanctificantem,  
non quidem de condigno, sed de congruo, ibid. n. 110. Homo ius-  
tus non potest de condigno mereri perseverantiam, potest tamen  
de congruo eam mereri, ibid. n. 111. Solv. ob. ibid. n. 129. et seq.

Metreta genus vasis seu mensurae Graecis idem ac Batius, et Hebraeis idem  
ac Ephra, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 139.

Metropolita seu Metropolitani est Episcopus qui praesertim provincia sua  
Episcopis, et ab istis in foro contentiosè ad Metropolitanos fieri potest  
provocatio, p. To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 2. §. 9. n. 142. Et nomine veniunt  
Archiepiscopi, quia in eis praecipue locis, qui insigniores sunt, sedes  
habent, velut qui eam inobem incedere soleant, quae provincia  
ujusdam Metropolis, dicitur, Mater ac caput est, ibid. p. 2. c. 1. §. 1.  
n. 191.

Insigne Metropolitanum seu Archiepiscopum est pallium,  
quod cum Clemens I. Papa ornavit, voluitque, ut in curia praefereatur;  
prima pallii huius institutio etiam tribuitur Lino I. est vestis  
candida ex ovium lana, cui à fronte et à tergo duo fascia

202

pendent, et quae ad humeros circulum claudit, ac quatuor perquisis crucibus insignita est: hoc patrum dein etiam Episcopis insum fuit: coarctatur etiamnum Episcopo Ostiensi ex privilegio Marci Papa, qui an. Chr. 336. Ecclesia praefuit, quod ab eo Romanus Pontifex consecratur, ibid. n. 192.

Metus est futuri et instantis periculi causa mentis trepidatio, seu inquietudo ac perturbatio. Duplex est, gravis libet, et levis: gravis iterum duplex est; alius absolute gravis, qui idcirco dicitur cadens in vicium constantem, estque mali alicujus in se gravis et instantis vehementis opinio; alius relative gravis, estque timor mali alicujus, quod et si vicium constantem non commoveat, merito tamen formidandum videtur ceteris quibusdam personis: levis est ille, qui timetur malum leve, vel grave quidem, sed non verisimiliter impendens. Ad metum gravem refertur metus seu timor reverentialis, id est, timor habendi parentem aut Superiorem diu ac graviter inferos. Metus oriri potest vel ab intrinseco, vel ab extrinseco: extrinsecum autem illud vel est necessarium et naturale, ut naufragium, incendium; ~~et cetera~~ vel est liberum, ut homo; homo autem vel justis metum incutit, ut Judaei, qui Imperatori exilium minatur, nisi ei, quam corripit, certam pecuniam summam eroget; vel injusta, ut diu Licinius gladium intentat, nisi bursum porrigas. Metus cadens in vicium constantem minuit quidem voluntarium, sed non tollit, To. 3. Tr. 1. c. 1. §. 1. n. 24. Solw. ob. ibid. n. 25. et seq. item Tr. 5. c. 2. Sect. 2. §. 3. n. 206. n. 210. et 211.

Michaeas Propheta, Luis, quo et quanto tempore vaticinatus fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 4. n. 534. ejus Prophetia quid continet, ibid. n. 535. ubi sepultus fuerit, et quo mortis genere obierit, ibid. n. 536.

Millenarii seu Chiliasia Haeretici primi Ecclesia saeculi alios à Corintho Haesiarcha Corinthiani dicti, mille annos post resurrectionem in terrenò Christi regnò secundum carnales ventris et libidinis voluptates futuros homines fabulabantur, unde et Chiliasia, id est, Millenarii sunt appellati. alii non ita crassi, tunc, ac impuri, auctores et duce Bajia Hierapolitano in Asia Episcopo saeculi secundi scriptore, admittabant quidem in illo mille annorum regnò corporales voluptates non quidem illicitas et impuras, sed licitas et mulptas. In hanc sententiam abiere plures antiqui Patres, eo tamen discrimine, quod in isto mille annorum regnò, corporalis, etiam licitae, voluptatibus rejectis, solas spirituales animi delicias dumtaxat admitterent, quae ultima haec sententia usque ad tempora Concilii florentini Graecos aliquos occupasse videtur, atque etiam post illud eandem opinionem tueri videntur Auleni et Graeci Schismatici; apostate vero Calvinus eam adoptat, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 2. c. 4. n. et tom. 2. Tract. 1. p. 1. c. 4. §. 3. n. 100. | Vid. Anima justorum |

Miliare idem est ac mille, dicitur à mille passibus, adeoque est spatium mille passuum, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 3. n. 156.

Minor | Vir. Gilius-familias, Contractus |

Miracula Ecclesia Catholica à Deo confirmata habuit semper à primis huius saeculo miracula, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 2. n. 109. Dantur nota quaedam signa, et regula, quibus vera miracula dignosci possunt à falsis, ibid. n. 113. et To. 2. Tr. 2. c. 1. §. 6. n. 72.

Mirans | Aubertus | Quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 101.

Misericordia dupliciter sumi potest 1<sup>o</sup> pro affectu compassionis et tristitiae, qui in nobis excutatur ex aliena miseria; 2<sup>o</sup> simplicitate ac unde pro voluntate subveniendi aliena miseria, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 8. n. 78. Brevi modo sumta definitur Virtus, quae nos ex compassione inclinat ad subveniendum aliena miseria, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 4. n. 256. | Vir. Charitas, Eleemosyna, Dens |

Missa. Apud Latinos Eucharistia Sacrificium communis Missa vocatur, quae vox à missione seu dimissione originem ducit; quoniam cum ex poenitentibus quidam cum catechumenis et populo fideli ad Eucharistiam veniebant, nec eis omnibus licitum erat sacris ex integro assistere, sed post orationes super poenitentes, et eos, quae super catechumenos fiebant, successivi illi dimittebantur hac Diaconi voce: Exite catechumeni, p. et in fine mysteriorum populo fideli dicebatur: Ita Missa est. ut autem fideles et ipsi Catechumeni ac poenitentes Ecclesiam se frequentasse testarentur, Missa se admissis dicebant, id est, dimissos fuisse à Diacono: et ab hac commemoria Sacrificium Eucharistia nomen Missa retinuit, quod apud veteres Patres frequens est, adeoque perantiquum, To. 4. Tr. 4. p. 2. n. 355.

Quotquot ex Catholicis realem Christi praesentiam in Eucharistia negant et etiam negant, si et nostrum Missa Sacrificium velut noxium et sacrificium criminis injuriosum ab Ecclesia omnino removendum esse contendunt. Lutherani vero, qui realem illam praesentiam admittunt non ita facile se cum ipsis conciliari possunt: Philippus Melancton Lutheri apud se libi visus est invenisse medium efficax ad expurgandum Missa Sacrificium, si nempe dicatur, Christum non esse permanentem in Eucharistia praesentem, sed tantum transire inter et in ipso usu, quando sibi est sumitur, ibid. c. 1. §. 1. n. 359. Sacrificium Missa seu Eucharistia est verum ac proprie dictum Nova Legis Sacrificium, ibid. n. 360. et seq. Sols. ob. ibid. n. 365. et seq. Sacrificium istud non in sola mortis Christi commemoratione ac representatione veroni debet, sed in oblatione incommutata et mystica Christi realiter praesentis sub speciebus panis et vini, ib. §. 2. n. 373. et seq. Sols. ob. ib. n. 384. Christus potest existit sub speciebus panis et vini primi ac principaliter Deo in sacrificium offertur, species vero sacramentales non pertinent ad Sacrificium tantquam partes, sed tanquam conditiones, ibid. n. 378. Sols. ob. ib. n. 385. et 386. Essentia Missa Sacrificii non consistit in oblatione, quae fit vel ante vel post consecrationem, neque in fractione et comminatione huius Sacramenti, neque in sumptione, sive quantum fit à sacerdote, sive à populo; sed adaequate consistit in consecratione, ibid. n. 379. et seq. Sols. ob. ib. n. 387. et seq.

203

Prim. Bib.  
pag 193

204

Consecratio sub utraque specie est juris divini, atque ad essentiam Sacrificii Missae est necessaria, ib. S. 3. n. 391. Sols. ob. ib. n. 392. et seq. Incrementum Missae Sacrificium est verè propitiatorium et impetratorium, ib. S. 4. n. 400. et seq. Sols. ob. ib. n. 404. et 405.

Per Ministrum Sacrificii Missae hic universim intelligitur ille, qui illud offerre potest: per Subjectum verò persona designantur, pro quibus offerri potest, ib. c. 2. n. 406. Christus est verè et proprie principalis offerens in Missae Sacrificio, ib. S. 1. n. n. 408. et seq. Sols. Sacerdos, qui legitime ordinatus est, potest legitime et valide offerre Sacrificium Missae in personam Christi, ib. n. 411. Sacerdotes sunt Ministri Christi, Ecclesiae, et populi: Christi, cujus personam gerunt; Ecclesiae ac populi, cujus vota offerunt Des per Christum pro publica omnium salute intercedentes et offerentes Sacrificium. Sacerdotes excommunicati, suspensi, depositi, degradati, haeretici, aut schismatici, valide Sacrificium perficiunt, ib. n. 411. et 412.

Eucharistia à pluribus simul Sacerdotibus valide conservari potest, ib. n. 413. Non nisi semel per diem licet Missae Sacrificium offerre, excepto die Nativitatis Domini, nisi causa necessitatis aliud suadeat, ib. n. 414. Interdum, sicut persecutionis tempore, vel in coenobiis Missas, quas solitarias vocant, id est, sine ministro aliquo, qui Sacerdoti Sacrificanti assistat et inserviat, olim celebratas fuisse constat; at mos iste abrogatus fuit et prohibitus: porò nunquam, nec etiam in casu necessitatis mulierem ad hujusmodi ministerium adhibere licet, ibid. n. 415. Ecclesia, seu Fideles, qui sunt in Ecclesia et Sacrificio Missae assistunt, etiam suo modo illud offerunt, ib. n. 416. Licet offerre Missae Sacrificium, etiam, proster Sacerdotem offerentem, nubes adit, qui communicet, ib. S. 2. n. 418. et seq. Sols. ob. ib. n. 421. et seq. Missae Sacrificium ita offertur pro omnibus fidelibus Christianis, sive justi sint, sive peccatores: licet tamen non est illud offerre pro infidelibus, haeretici, et is omnibus, qui nominatim ac publice sunt excommunicati, nec tolerari, nisi invidetè, quamvis id etiam directe liceret, nisi obstant Ecclesiae prohibitio, ib. S. 3. n. 427. Quantum ad defunctos: licet pro mortuis in impietate ac ad aeterna supplicia damnatis preari, aut Missae Sacrificium offerre non licet; ita nec pro justis Des, jam fontibus orare, aut Sacrificium offerre fas est, ib. n. 428. at pia offertur pro justis, qui in igne purgatorio torquentur, ibid. n. 429. itam licet offerre Des in honorem Sanctorum, ut ipsi pro nobis ad eum intercedant, ibid. n. 430. Sols. ob. ib. n. 431. et seq.

Missae Sacrificium 1.º confert remissionem peccatorum mortalium et venialium quoad culpam, et poenam temporalem peccatis condonatis debitam, ib. c. 3. S. 1. n. 437. Idem tamen peccatorum remissionem quoad culpam non immediate, sed mediate tantum confert, quatenus eius intuitu conferuntur gratiae actuales, quibus quis excitatur et perducitur ad Sacramenti poenitentiae susceptionem vel in re vel in voto, cujus beneficio peccatorum horum veniam obtineat. Justis etiam prodest ad augmentum virtutis et gratiae sanctificantis, ibid. n. 437. Habet etiam vim impetrandi omnia beneficiorum etiam temporalium genera, quatenus ad salutem conducunt, et quatenus sunt media, quae divina providentia nobis suppeditat, ut eis utamur ad finem nostrorum ultimum consequendum, ib. n. 438. ut Missae Sacrificium specialiter uni prodest, et ejus effectum quis consequatur, re-

194

205

quiritur in Sacerdote intentio, quā Sacrificium pro eo offerat, ante con-  
 Secrationem: non est tamen necesse, ut hac intentio actu habeatur tem-  
 pore Missae, sed sufficit, quod paulo ante fuerit habita et non retractata: ut  
 autem is, pro quo offertur, recipiat gratias actuales, sufficit, si non habeat  
 voluntatem contrariam; at ut recipiat remissionem poenae temporalis,  
 requiritur status gratiae, et ut peccata, quorum poena remittatur, sint  
 iam antea quoad culpam remissa, ib. n. 439. Sacrificium  
 Missae effectus suos producit ex opere operato, non quidem ad modum signi  
 seu Sacramenti, sed per certam et infallibilem ex institutione Christi im-  
 petracionem, ib. S. 2. n. 441. et seq. Valor Sacrificii consideratur  
 quoad substantiam et sufficientiam ex parte rei oblata ut infinitus, fi-  
 nitus vero ex parte efficaciae, seu effectus et modi, quo nobis applicatur, ib.  
S. 2. n. 445. et seq. Unde Missa Sacrificii fructus specialis seu ministra-  
 rialis dividi potest, et consequenter minui vel augeri, prout pro pluribus  
 vel paucioribus tantum Missa celebratur: pro quo nota, triplicem val-  
 gē Theologis distinguunt fructum Sacrificii Missae, Generalem sibi est,  
 qui est huic Sacrificio antecedentium et illud devota mente audientium;  
 itam totius Ecclesiae simul cum Sacerdote offerentis: Specialem, quem  
 alii Ministerialem vocant, qui est illius, pro quo specialiter offertur:  
 et denique Specialissimum, qui est Sacerdotis offerentis, ib. n. 444.  
 Sacerdos, cui animarum cura incumbit, seu Parochus loquens celebrare  
 tenetur, atque saltem iis diebus, quibus Missa Parochiani interesse te-  
 nentur. De Episcopis specialiter dicitur Cap. ult. de priv. in 6. non  
 decernit illos ullam diem transire sine Missa absque rationabili cau-  
 sa, ib. c. 4. §. 1. n. 451. Tenentur etiam Sacerdotes liberi, et quibus  
 nulla animarum cura incumbit tum jure divino, tum Ecclesiastico non-  
 nunquam Missam celebrare, ib. n. 452. et seq. Quoties autem in an-  
 no celebrare teneantur, nulla lege divina determinatum est; dis-  
 ciplina, non fidei, istud caput est; quo frequentius eo melius: Saltem  
 diebus Dominicis et festis ad hoc teneri videntur. In Ecclesiis Ca-  
 thedralibus, Collegiatis, et Religiosorum quotidie sub mortali poenae  
 saltem ab uno, celebrari debet Missa, inque valet ex usu et consuetudi-  
 ne vim legis habente, vel ex fundatione. Jejunii dies excipiunt  
 Graeci, quibus non conveniunt, sed ex aservata Eucharistia commu-  
 nicant; et hoc vocatur ab ijs Missae parasanctificationum: usum  
 hunc Latini solā faciā VI. Majoris Hebdomadae, quae Parasceves di-  
 citur, tenent, ib. n. 454. In Dominicis privatis mysteria pri-  
 vatis Ecclesia temporibus perasta fuerit, secundo, crescente Sidelium  
 numero, extorta fuerit, etiam sub Imperatoribus Ethnicis, Oratoria,  
 fuisse autem persecutione, aq̄, solitudines, raras, stabula, car-  
 cere, cimetaria, ad sacros conventus peragendos Templi loco fuerunt.  
 Cetero vero per Constantinum Ecclesia data, tum Dedicacionum per  
 singulas urbes festivitas, et Oratoriorum vicinis extortorum conse-  
 crationes Christianis omnibus facta sunt; et ex eo tempore non nisi  
 in Ecclesiis, et capellis saltem benedictis Sacram actum est, ac etiam  
 sub mortali, ob materiae gravitatem, alio in loco celebrare nulli Sa-  
 cerdoti licet, nisi Episcopus ob justas causas dispenset, ib. S. 2. n. 455.  
 In Templis seu Ecclesiis pollutis aut violatis Officium divinum ac Mis-  
 sa Sacrificium celebrari amplius non potest, quo usque reconciliata  
 seu purificata fuerint: et si Ecclesia aliqua violata fuerit Sacerdo-  
 te celebrante, tenetur intermittere Missam, si nondum Canonem  
 inchoavit. Polluitur autem Ecclesia 1<sup>o</sup> ubi intra eam sepultus  
 est excommunicatus, denuntiatus, aut aliquis absque Baptismo de-  
 functus; 2<sup>o</sup> quando quis criminosè in eā occisus est, vel lethaliter

veneratus, aut ubi ex plaga subsequitur multa sanguinis effusio; 3<sup>o</sup>. Per  
quatenuncunque humani seminis voluntariam effusionem sive licitam  
sive illicitam: pollutata autem Ecclesia pollutatur simul et Altaria, nisi  
et cimiterium, si sit Ecclesia contigua. Ceterum Ecclesia non censetur  
polluta, si quid ex modo dictis contigerit supra Ecclesia, fornacem vel  
testum, vel in canalis adherentibus, in turri, vel in subterraneo spem  
qui non sit ad sepulturam, vel etiam, iuxta multos, in Sacristia, ibid.  
n. 456. Hoc etiam intelligenda sunt de Ecclesia exsecrata, seu qua  
consecrationem suam amittit, cum ejus parietes seu viminibus majorem  
sui partem destruantur aut corrumpantur, vel omnis earum curia aut  
saltem major pars simul auferatur, ibid. n. 457. Ecclesia viola-  
tis seu pollutata tollitur per eandem Ecclesia reconciliationem, ibid.  
n. 458.

Missa seu Sacramentum olim peractum fuit modo una modo  
altera hora: nunc autem solis horis matutinis, si noctem Nativita-  
tis Domini excipias, ibid. celebratur. Jure communi, praeter Missam  
primam Nativitatis Domini, Missa non debet inchoari ante auroram,  
nec post meridiem, nisi ob necessitatem conficiendi Eucharistiam pro  
viaticis. In pluribus locis ex consuetudine, vel tacita licentia, he-  
renis tempore in gratiam Opificum vel similibus una cum dimidia hora  
ante auroram Missa celebratur: per auroram intelligitur primo lucis  
inradiatio, quo, excepto tempore utriusque equinoctii, durat per horam  
cum dimidia, et aliquando per duas horas pro diversis mensibus; unde  
universim Missam inchoare licet duobus horis ante Solis ortum; sic  
enim adhuc ad initium aurora finitur: et cum religiosi gaudeant  
privilegio celebrandi una hora ante auroram, his licitum erit tri-  
bus horis ante Solis ortum Missam inchoare. Peccat venialiter,  
qui absque justa causa longius ante auroram celebrat, ibid. n. 459.  
Nulla supposita obligatione univique liberum est fructum Sacrifi-  
cii applicare pro suo libitu: ex triplici autem titulo oriri potest obli-  
gatio applicandi fructum Sacrificii, scilicet ex justitia, fidelitate, et  
obedientia, ibid. n. 460. quas obligationes per se loquendo sub mortali  
obligare affirmant non pauci Theologi, et certum videtur de obli-  
gatione ex justitia et obedientia; at obligatio ex fidelitate non im-  
fert nisi culpam venialem, nisi quis expresse intenderit se graviter obli-  
gare, aut oblatum stipendium accipere remerit. Insuper tamen  
obligatio Missam legendi, ibid. n. 461.

Licet stipendium justum pro celebratione Missae percipere, non qui-  
dem tanquam operis pretium, quod esset grande privilegium, sed in  
sustentationem operantis, ibid. n. 462. pro stipendium justum  
est ibid., quod lege vel consuetudine approbata constitutum est, ibid.  
n. 463. Cum datur stipendium, ut celebretur Missa tali loco vel  
tali tempore, pro tali causa, necessitate, p. hoc omnia ex justitia ho-  
vari debent, ibid. n. 464. Non licet anticipata dicere Missam pro  
eis, qui primum offerunt stipendium, ibid. n. 465. Qui primum  
stipendium pro celebratione Missae accipit, non potest, una parte  
sibi reservata, alteram dare alicui Sacerdoti, qui in ejus locum Sa-  
crificium offerat, sed integrum reddere tenetur, ibid. n. 466. Non  
etiam licet pro una Missa accipere plura stipendia, nec pluribus  
acceptis una Missa satisfacere, ibid. n. 467. 469. et 470. Qui  
ab aliquo stipendium accipit, ut Missam pro ipso celebrat, non ei li-  
cet ab alio quidquam accipere, ut ei in eadem Missa applicet eam  
fructus partem, qua ipsi Sacerdoti contingit, ibid. 468.

Sacerdotes, qui vel ex bonis patrimonialibus, vel ex pingui Beneficio  
commodam habent sustentationem, vel divites sunt, possunt nihilo-  
minus pro Missa celebranda, ad quam celebrandam alias non tenentur,  
stipendium accipere, ibid. 471. Sacerdos qui tot auget Missarum  
stipendia, ut eadem non nisi longo post tempore celebrare et persol-  
vere possit, graviter peccat, To. 3. Tr. 4. c. 2. s. 7. n. 89. proinde secundum  
communem penam omnium sententiam, cui omnino adherendum est,  
graviter peccat, qui tot Missis se onerat, ut eas intra duos circiter  
menses celebrare non possit, ibid. n. 90.

Omnes fideles rationis usum habentes, jure naturali, divino, et Ecclesiastico  
tenentur, si nullo excommunicationis aut interdicti vinculo ligati sint,  
sub mortali assistere Missa Sacrificio diebus Dominicis et festis, To. 4. Tr. 1. c. 1. s. 1. n. 472. et seq. Missa tota et integra est audienda: hinc  
mortale est sine justa causa excurrere omittere partem notabilem  
Missae, qualis est v.g. tertia illius pars; veniale vero si pars exigua sine  
causa omittatur. Quia multos peccat solum venialiter, qui ab  
initio Epistola vel Evangelii Missa usque ad illius finem interest; pec-  
cat vero mortaliter, qui tempore consecrationis, aut communionis Sa-  
cerdotis celebrantis abest, ibid. n. 475. Tota Missa ejusdem  
Sacerdotis est audienda; unde non satisfacit, qui plures partes  
simul a diversis celebrantibus audit, nec qui duas partes a  
duobus Sacerdotibus huc respice celebrantibus, ibid. n. 476.  
Singuli fideles tenentur Missa parochiali seu parochia ip-  
sorum intersse, p. ib. n. 477.

197. 1.

Quoad modum huius Sacrificii assistendi requiritur intentio au-  
diendi Missam tanquam actionem Sacram, qua Deo superius  
cultus deferatur, p. ibid. n. 478. Requiritur praesentia corpo-  
ris, ibid. n. 479. ut et moralis ac pia, ita, ut quis non solum cor-  
pore praesens sit, sed etiam animo pie intentus ad res divinas,  
ven in ipsum Deum per preces, oblationem Sacrificii, laudem,  
amorem, p. Hinc qui per notabilem Missa partem confabu-  
latur, vel voluntarie distrahitur, peccat mortaliter, nisi ali-  
am Missam postea audire statuerit: Satisfaciunt tamen,  
qui quomodocumque ministrant sacro, etsi occupentur quaren-  
dis a Sacristia necessariis; item qui occupantur pulcrandi organis,  
vel foliis attollendis, p. qui vero per notabile Missa tempus  
confitatur, non satisfacit precepto, ibid. n. 480. a peccato  
excurrantur, qui Sacrificio Missa non intererunt 1<sup>o</sup> ex impoten-  
tia non solum physica sed etiam morali, qualem habent illi, qui  
custodiunt castro, urbem, domum, gregem, p. infirmi, si non  
habeant in domo oratorium, in quo eam possint audire; 2<sup>o</sup>  
ex charitatis officio, ut si infirmus aget praesentia alterius,  
ibid. n. 481.

Sacerdoti sine ubi laudabili seu rationabili causa non licet Sa-  
crum celebrare ante persolutum officium matutinum; hanc vero  
obligationem gravem non esse, jam communiter tenent Docto-  
res, ib. c. 5. n. 482. Ceremonia, qua Missam praecedunt, alia  
sumuntur a personis, alia a locis, alia vero a tempore: ex parte per-  
sonae requiruntur vestes sacrae; ex parte loci Tempus, altaria,



200

Vasa sacra, lumina; ex parte temporis requiruntur ut Sacrificium celebratur ante meridiem et ante unum degustatum cibum, quia de primo dictum est, ib. S. I. n. 484. Prae numerantur vestes Sacerdotis, cum ad Sacrificium peragendum accedit, scilicet Amictus, Alba, Cingulum, Manubius, Stola seu Orarium, Casula seu Planeta, ibid. n. 485. et seq.

Vestes Diaconi et Subdiaconi Sacerdoti celebranti assistentium et ministrantium sunt pro Diacono, praeter Albam et Cingulum, Manubius, Stola, et Dalmatica; pro Subdiacono autem Alba, Cingulum, Manubius, et Dalmatica, ib. n. 492. et seq.

Ex parte loci caeremonia sunt Templum, Altare, vasa sacra Calix et Patena; linteamina Sacra, Corporale liliat, Pala, et Purificatorium; praeterea in Altari requiruntur tres magna ab Episcopo vel ab alio potestatem habente benedicta; Cera etiam in medio Altaris est collocanda, quae gerat imaginem crucifixi; necessarium quoque est lumen ex cereis candelis constans, Thus, Incensum, Misale, ib. n. 499. et seq.

Caeremonia, quae in celebratione Missae observantur, ad quinque capita revocari solent; alia enim referuntur ad Deum, alia ad Sacrificium; alia ad Sacerdotem celebrantem; alia ad populum; alia denique ad ea, quae in Missa recitantur, ib. S. 2. n. 502. Caeremonia, quae ad Deum referuntur tres sunt: Elevatio manuum, elevatio oculorum, et inclinatio corporis, aut genuum inervatio, ibid. n. 503.

Caeremonia erga Sacrificium sunt elevatio hostiae consecranda coram Domino, quae fit in offertorio, ostensio Sacramenti ad populum, et fractio ac communitio corporis et sanguinis Christi, item mixtio aquae cum vino, ib. n. 504. Caeremonia quae Sacerdos celebrans circa se ipsum adhibet sunt tussio pectoris, lotio manuum, ib. n. 505.

Caeremonia erga populum sunt salutatio per haec verba: Domine vobiscum, vel Pax vobis, et dimissio populi per haec verba: Ita Missa est. Quantum ad ea, quae in Missa recitantur et leguntur, nota duas esse partes Missae: prima est ab initio usque ad finem Evangelii; altera ab Offertorio usque ad dimissionem assistentium; prima pars dicitur Missa Catechumenorum; quia tunc post Evangelium Catechumeni pro vocem Diaconi dimittuntur; altera vocatur Missa Fidelium, quae in tres partes subdividitur: 1. est ab Offertorio usque ad consecrationem; 2. à consecratione usque ad communionem, et 3. à communionem usque ad finem, ibid. n. 507.

Ad Caeremonias, quae eo spectant, quae in Missa recitantur, etiam vocantur cantus, Organa, Musica, Instrumenta; item aqua benedicta aspersio, thurificatio, osculum, Signum crucis, ibid. n. 508. Caetera, quae in Missa recitantur, leguntur, et peraguntur, ibid. n. 510. et seq.

Missio. Missio in divinis definitur potestatis unius personae divinae ab alia processio adjunctum habens effectum temporalem aliquo modo pertinentem ad ordinem gratiae. Duae tantum personae mittuntur, scilicet Pater et Spiritus Sanctus; scilicet à Patre, et Spiritus Sanctus à Patre et Filio. Missio ista dependentiam et inferioritatem

198

tam non arguit in eo, qui mittitur, sed tantum originem et emanationem unius personae ab alia; non enim fit ex imperio, sed ex communicatione ejusdem naturae: duplex est, visibilis, quando scilicet persona missa in signo quodam sensibili exteriori apparet, qualis fuit Missio Verbi in Incarnatione, et Missio Spiritus sancti in Christi Baptismate, et die Pentecostes: Invisibilis vero Missio appellatur, quando persona mittitur ad collationem alicujus doni interni et occulti, ut cum mittitur Spiritus sanctus ad collationem gratiae sanctificantis, To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 4. §. 4. n. 434.

Respectu creaturae Missio est proscriptio à Deo per imperium ad aliquem effectum producendum: convenit Angelis, ibid. Tr. 2. c. 1. §. 3. n. 44.

Mina seu Mina moneta apud Athenienses et Hebraeos usitata, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 170.

Modius Romana mensura genus, quae fumenta, p. mensurabantur, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 171.

Mohatra, nomen Hispanicum, est contractus, quo quis pecunia indigens emit credito à Mercatore merces majori pretio, easque eidem vendit statim pretio viliori. Hinc est talis contractus, utpote invariatus, To. 3. Tr. 5. c. 3. sect. 2. §. 1. n. 284.

Molinos haeres Quietistarum parens, To. 3. Tr. 3. p. 2. c. 3. §. 1. n. 195.

Molities: vid. Salutis:

Moloch Deus Ammonitarum, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 243.

Monachus. Nomen Monachi graecum est, atque Auctor Hierarchiae Eccles. c. 6. Monachos appellari eos, qui rebus divisibilibus, id est, mundanis relictis, Manadi, id est, Divinitati soli placere contendunt; unde nomina Monachi et Religiosi sunt synonyma, suntque divina appellatio et titulus gloria et honoris, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 1. §. 3. n. 202. Monachi seu Religiosi Reipublica Ecclesiastica Hierarchis sunt annuenerandi, ibid. n. 203. et seq. | Vid. Religiosus.

Moneta variae fuerunt apud Antiquos, de quibus S. Scriptura facit mentionem, To. 1. Tr. 3. p. 1. c. 8. n. 123.

Monitio duplex est Canonica una, altera non Canonica: haec nihil est aliud quam lex aut sententia Superioris aliquid precipientis aut prohibentis sub poena censura: Canonica est ea, per quam auctoritate Superioris admonetur per sententiam reus personaliter saltem indeterminate, ut à culpa resipiscat, vel satisfaciat, nisi velit censuram incurrere. In omnibus censuris à Jure, iuris et ab homine pro culpis futuris non requiritur Monitio distincta ab ipsa lege vel prohibitione. Canonica Monitio, ut Censura sit justa, tria debet esse; interposito aliquorum, saltem duorum, vel trium dierum intervallo, nisi mali impendentis periculum, aut facti urgens necessitas aliud exigat, et non patiatur dilationem; tunc enim à Jure, unica facta Monitione, Censura infligi potest. Canonica Monitio ad reum personaliter ferri debet, si nihil obstat: quando vero vel ipse malitiosè latitat, latet est, si Monitio cum comminatione ad ipsius domum fiat, vel si

199.

ad ejus domum non pateat accessus, ad Ecclesia valvas, vel ad alium publicum locum affigatur, unde ad ipsos illius notitia pervenire possit, Sin autem per contraventionem non compareat, etiam absens censura iniri potest, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. §. 4. n. 266.

Monitorium dicitur Monitio simul et Mandatum Judicis Ecclesiastici, quo jubet eos, qui factum aliquod criminis novunt in ipso Monitorio expressum et denuntiatum, ejusque auctorem aut complices, ea, qua circa illud ad suam cognitionem pervenerint, teneri sub poena excommunicationis revelare. Non ab alio, quam ab Episcopo seu ejus Officiali Decano debent Monitoria, nec concedi nisi pro re gravi, et habito prius diligenti examine. Licet plerumque tria, singulisque hebdomadis una, primum fiat litterarum Monitorialium publicatio sub sola comminatione excommunicationis, expectare tamen non debent, qui sciunt factum aliquod revelandum, ut post elapsas tres hebdomadas sententia excommunicationis feratur, ac subinde in eos censurisque processus, ut ajunt, aggravetur et reaggravetur; sed quamprimum ad revelationem venire tenentur, iugiter sub poena inobedientiae erga Ecclesiam, nisi gravis causa, aut legitimum impedimentum a revelatione dispenset: excusantur enim ab ea, qui rationabiliter timerent, ne gravissimum sibi detrimentum aliquod ex revelatione subsequeretur. Si tamen ageretur de bono publico sive Ecclesiae sive Reipublicae, ad revelationem tenentur etiam cum sui damno. Excusantur etiam consanguinei et affines eorum ad quartum usque gradum, multo magis ipse accusatus. Tamen sub supra dicta poena excommunicationis tenentur et accusatus et complices ad satisfaciendum sacro, aut ad restituendum, si possunt. Neque etiam litterae Monitoriales eos ad revelationem obligant, qui factum novunt per confessionem, aut nisi res cognita verset in Ecclesia vel Reipublica perniciosam, per naturale heretum. Tenentur etiam ad revelationem extranei transientes, ipsique etiam a jurisdictione Ordinariae exempti, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. §. 3. n. 253.

Monopolium vox graeca unius venditionem latine sonat, estque conventio unius vel plurimum Mercatorum, ut soli, vel certo, quo voluerint, pretio mercem aliquam vendant, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 1. n. 298. publicum auctoritate constitutum licitum est, si fiat obstantem causam et justo pretio, ibid. n. 299. privata vero auctoritate constitutum prohibetur non solum jure et lege humana sed etiam divina naturali; nam est contra charitatem etiam, ne quis impediat commodum aliorum, p. contra bonum commune, cum multis noceat; contra justitiam commutativam: unde Monopola tenentur ad restitutionem, ibid. n. 300. qua quomodo fieri debeat, relinquatur viri prudentis iudicio, ibid. n. 301.

Ad Monopolium refertur 1<sup>o</sup> quando Mercatores supprimunt merces suas, ut inde earum pretium crescat; 2<sup>o</sup> quando aliquis congerendo omnes ferre merces induit earum varietatem et caritatem; 3<sup>o</sup> Si quis vi vel fraude impediat, ne merces aliunde advendant, unde vitent caritas, 4<sup>o</sup> Si Mercatores disseminant rumores subversos esse naves, quibus merces erant impositae, vel abinde eas perire, unde rerum pretium augetur; 5<sup>o</sup> Si opponatur fictus licitator, ut alter et verus licitator majori pretio emere cogatur; 6<sup>o</sup> Si multi conveniant, ut opus ab uno inchoatum, alter non perficiat; 7<sup>o</sup> Si artifices conveniant non docere artem suam nisi filios et nepotes, aut nisi certo pretio injusto, ibid. n. 302. Si en Monopolia aliorum Mercatorum raris facta sint

merces, licet Mercatori haud particeps Monopolii vendere suae portio  
per Monopolium constituta; sedis vero si variores non sint, ibid. n. 303.

Monothelita Pauli VIII. Haereticum, qui licet unicum in Christo personam duaeque  
naturas contra Nestorianos et Eutychianos tuerentur, donebant tamen  
unicam in illo voluntatem et operationem, divinam scilicet, specie; horum  
duces primarii fuerunt Sergius Episcopus, Cyrenaeus Antiochenus Patriar-  
cha, p. To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 7. n. 218. | Vid. Christus:

Montes pietatis, Hofpitalibus germanicis, quia horum montium Ministris  
debat dari pignus ab eis, qui pecunias mutuo accipiunt, in eorumdem ben-  
vilitatem. Sunt liciti; To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 2. n. 319.

Moralitas actuum humanorum | Vid. Actus humanus:

Mores sunt propensiones quaedam in bonum aut malum morale, quae vel nobis-  
cum natae, vel cum aliis repetitis actibus hominis propensionibus, et propensionibus  
hominis sunt compositae, et quae proinde actibus humanis sive bonis sive malis  
praebent originem, To. 2. p. 1. n. 1.

Mors civilis. Civiliter moritur 1<sup>o</sup> Religiosus, dum profatur Religionem aliquam;  
2<sup>o</sup> qui condemnatur morte aeterna appellationem aut per contumaciam;  
3<sup>o</sup> qui trisemibus aut enibus damnatur in perpetuum; sed si damnatur  
ad tempus, modo illud novem annis longius non fit, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 4. n. 281.

Motivum est id, quod operantem movet ad agendum. Operans autem movetur  
vel a clientum meritis, vel a fine, quem sibi proponit, p. To. 2. Tr. 3. c. 4.  
n. 138. Motiva credibilitatis sunt fundamenta et rationes, quibus crea-  
tura rationalis ad credendum impellitur et movetur; quomodo confe-  
rant ad fidem, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 3. §. 2. n. 71. et 72. Neoplatonic debent  
esse evidenter, ibid. n. 73. et 74. Quoniam sunt, et in quo consistant,  
ibid. n. 75. | Vid. Fides:

Motivum contractus aliud est intrinsecum ac substantiale, quod est id,  
in quod voluntas primario fertur, dum contrahit, ut in venditione ac-  
quisitionis rei vendita; et aliud extrinsecum contractui, est quae causa  
tantum impulsiva ad contrahendum, ut nobilitas, divitiae in Matri-  
monio, p. To. 3. Tr. 3. c. 2. Sect. 2. §. 3. n. 208.

Moses quis fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 1. n. 172. Auctor Pentateuchi, ib.  
n. 182.

Multiloquium, in quo invenitur stultitia est peccatum, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1.  
§. 3. n. 277.

Mundus definitur compages à coelo, terra, atque in naturis, quae intra ea con-  
tinentur, congmentata. à Deo creatus est atque in tempore condi-  
tus. Quot à creatione mundi usque ad Christi natiuitatem anni  
numerantur non conveniunt Scriptores Ecclesiastici. Quae aetates sep-  
tem numerantur, To. 2. Tr. 2. c. 2. §. 1. n. 78. Quoniam ordine  
aucta in mundo visibilia à Deo condita fuerint, ibid. §. 2. n. 79. Cur  
Eva educta fuerit à latere Adami, cum foeminae in aliis animalium  
speciebus non fuerint hoc modo producta, ibid. n. 80.

Mutatio legis, alia est propria dicta mutatio, alia impropria; prior fit, quando  
Lex in se ipsa mutatur; posterior vero fit per legis dispensationem  
aut etiam interpretationem, p. mutantur, lege tamen in se ipsa haud  
immutata, To. 3. Tr. 2. p. 1. c. 2. Sect. 1. §. 4. n. 36. et Sect. 2. §. 6. n. 164.  
| Vid. Lex:

Mutilatio dicitur vel totalis abscissio membri alicujus distinctam functio-  
nem habentis in corpore animato, ut oculus ad videndum, manus

66. 201.

212

ad palpandum; vel etiam in probabili sententia notabilis diminutio membri, ut abscissio unius digiti, praesertim ea majoribus. In Jure equiparatur occisioni, sive sit directe voluta, sive solum indirecte, sive physice, sive moraliter patrata, To. 4. Tr. 7. p. 3. c. 4. §. 4. n. 371. | Vid. Homicidium, Irregularitas ex Delicto Homicidii: |

Mutuarius | Vid. Mutuarius

Mutuator non potest factis pignoris sibi pro mutui asecuratione traditi ultra solum exigere et auferre, To. 3. Tr. 5. c. 3. §. 2. n. 348. et 349. | Vid. Mutuum: |

Mutus | Vid. Cooperatores ad Damnum: |

Mutuum secundum nominis etymologiam significat id, quod ex meo tui fit; secundum nominis usum aliquando limitatur pro re ipsa, qua mutus datur, frequentius augetur pro contractu, quo ea res alteri datur, sique limitum definitur Contractus, quo res numero, pondere, vel mensura constans traditur eo animo, ut statim fieri accipientis cum obligatione reddendi similem in specie et bonitate, post lapsum temporis, To. 3. Tr. 5. c. 3. §. 2. n. 304.

Obligaciones Mutuoris sunt: 1<sup>o</sup> ut moneat Mutuarius de vitio rei, siquod ei inuit; 2<sup>o</sup> ut non repetat mutuum ante tempus praefinitum; 3<sup>o</sup> ut non plus exigat, quam valeat res mutuata, ibid. n. 305.

Mutuarius vero ex natura Mutui tenetur: 1<sup>o</sup> reddere mutuum tempore statuto, vel quando Mutuator rationabiliter petat; quod si ex culpa sua non reddat tempore debito, tenetur compensare Mutuanti damnum inde secutum et luorum expensarum; tenetur etiam de omni casu fortuito, atque reddere rem ejusdem speciei et bonitatis, nisi contentus sit Mutuator, si ei pretium rei solvat, ib. n. 306. Secus si iusta speciali conventionem mutuata pecunia non potest exigere eadem in specie physica, sed solum eadem in valore, quem habuit tempore mutui, saltem si tempore mutui haec mutatio non fuit praevisa, nec spectata: in aliis vero rebus, in quibus per se spectatur et intenditur rei entitas, restitui debet in eadem specie physica, ibid. n. 307. Si sit dubium an res tempore restitutionis valitura sit plus vel minoris, licet parvis, ut reddatur par mensura rei aequa in se bona; sed si probabiliter sit rem tempore solutionis plus valituram, quam modo valeat, p. ib. n. 308. | Vid. Usura: |

N.

Naaman Syrus non permisit ab Eliseo adorare idolum per simulationem, sed solummodo se immovare, ut Rex coram idolo genuflectens illi inmitteretur, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 5. §. 3. n. 125.

Nabum propheta, quis et unde fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. §. 1. c. 4. n. 537. ejus propheta quid contineat, ib. n. 538. quo tempore vaticinatus fuerit, ib. n. 539.

Nativitas | Vid. Cultura: |

Natura humana quomodo in verbo subsistat, an modus ille possit explicari, To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 8. n. 231. | Vid. Verbum: |

Statu natura humana nomine intelligitur certa quaedam natura humana conditio in ordine ad finem suum ultimum secundum ordinationem divinae providentiae. Dividitur in statum viae, et in

Status patris: prior est in quo tenditur ad beatitudinem, estque eo-  
 rum, qui vitam mortalem agunt: Status patris est is, in quo posside-  
 tur beatitudo, Beatorum in coelis regentium proprius. Status via  
 duplex quoque est, unus qui de facto existit vel etiam nunquam existit;  
 alter, qui nunquam fuit, sed tamen videtur possibilis, ib. Tr. 4. c. 3.  
n. 18. Duo assignantur Status, qui existebant, scilicet natura  
 innocentis, in quo creatus fuit Adam sine concupiscentia sine igno-  
 rantia, exors mortis et miseriae, cum gratia et ordinatione ad  
 vitam aeternam; et natura lapsa per merita Christi reparata, in  
 quo nascimur post infantum Adami lapsum felicemque Mediatoris  
 reparationem, in quo etiam, sublato originali peccati reatu, om-  
 nes feri eius facultates ad agendam et virtutis exercitium in nobis  
 remanent, ib. n. 19. Status, qui de facto nunquam existit, sed ta-  
 men esse potest, triplex statuatur, ut 1<sup>o</sup> Status naturae integrae, in  
 quo homo esset sine peccato et gratia ordinante ad finem supernatu-  
 ralem, at non sine quodam auxilio naturali fundente nihilominus  
 meritis aut exigentia natura: quo immunis redderetur à disordina-  
 tis concupiscentiae motibus, seu quo posset impedire, ne appetitus sen-  
 sitivus contra rationem insurgeret. 2<sup>o</sup> Natura pura: hic Status  
 non aliter differet à statu naturae integrae, quam quod admitteret deor-  
 dinatos concupiscentiae motus, nullumque auxilium gratiae conceptum  
 ordinis naturalis, quod natura in officio contineri posset; 3<sup>o</sup> Natura  
 lapsa nec usquam reparanda, in quo scilicet post pravariatio-  
 nem Adami remansisset genus humanum, nisi Deus misericordiae  
 suae nostra miseria conluisisset per Christum, aut per aliquod aliud re-  
 medium, ut nos à peccato liberaret, ibid. n. 20.  
 Pelagiani olim negabant Adamum creatum fuisse à Deo in Status  
 naturae innocentis: id ipsum nunc negant Sociniani, ibid. 5. i. n. 21.  
 Sed contra ipsos est sententia Catholica, scilicet primum parentem  
 in iustitia originali conditum fuisse, ibid. n. 22. Sol. ob. ib. n. 34.  
 et seq. Iustitiam originalem cateraque gratiae dona ac beneficia  
 primis parentibus in ortu suo concessa debita ipsis et naturalia, non  
 vero supernaturalia et ipsis indebita fuisse asserunt post Lutherum  
 et Calvinum Baji et Jansenii discipuli et sectatores, ibid. n. 23.  
 at contra Catholici tuerentur ea supernaturalia et ipsis indebita fuisse,  
 nec ullatenus Deo posse creaturae sanae et innocenti debita ac naturalia,  
ibid. n. 24. Sol. ob. ibid. n. 38. et 39.  
 Lutherus et Calvinus agnoscunt gratiam Status innocentiae promissam  
 fuisse libero arbitrio, eamque gratiam sanitatis, quia primo homini  
 sans coacta fuit, cui potero assentiri vel resistere posset, nuncupant:  
 at Secus de gratia eidem nobisque omnibus eius posteris post lapsum  
 data sentiunt, ut quae iuxta ipsos hominis lapsi voluntatem necessariò  
 determinet, illamque gratiam medicinalem vocant, eò quod ho-  
 minem à peccati huius infirmitate sanat. Eos sequitur et Jansenius  
 Yprensis, ibid. n. 26. Catholici ultro fatentur Adamum in  
 Status innocentiae indiguisse supernaturali gratia auxilio, ib. n. 27.  
 necnon gratiam actualem hominibus lapsis necessariam, quae me-  
 dicinalis dicitur, differens à gratia Status innocentiae, non tamen  
 Deo, velut quod hoc hoc fuerit repudiabilis, illa vero necessitans,  
ibid. n. 28. Sed in alio discrimine istud reponunt, in quo tamen  
 assignandò non una omnium est sententia, ibid. n. 29. et seq.

1214

Statum naturae purae nedum possibilem, sed et existentem admissum Pelagianis; Lutherus omnino impossibilem statuit; Calvinus hujus status impossibilitatem repetit ea justitia, bonitate, et aequitate Dei, cui ad stipulati sunt Bajus, et Jansenius, à quorum opinione non discrepat quorundam Catholicorum sententia, qui volunt statum naturae purae habitam solius Omnipotentiae Dei ratione, esse possibilem, at impossibilem habitam ratione divinae justitiae, bonitatis, &c. Ceteri Theologi Catholici statum naturae purae possibilitatem propugnant sub omni respectu, seu habitam ratione tam Omnipotentiae, quam justitiae, bonitatis, sapientiae, et omnium aliorum attributorum Dei, ib. 5. 2. n. 40. et 41. Sol. 26. ib. n. 42. et seq.

In statu naturae lapsae et per Christum reparata datur gratia vere sufficiens, ib. c. 3. sect. 2. 5. 1. n. 187. | Vid. Gratia: |

Naturale. Duobus modis aliquid dici potest homini naturale, 1<sup>o</sup> quia ex propria et necessitate natura fluit; sic cogitare est naturale homini; 2<sup>o</sup> quia ad id natura propendit, quod ipsi consentaneum est; hoc sensu videtur homini naturalis dici potest, To. 4. Tr. 8. p. 2. c. 2. n. 52.

Necessitas. Libertati opponitur Necessitas: alia est coactionis, quae est vis alicui contra propriam inclinationem ibata; alia inclinatio nis, quae impulsio et motus interior ita determinans ad unum, ut voluntas ab eo abstinere non possit; haec duplex est, una naturalis inclinationis seu natura, quae scilicet menti congenita est, et provenit à principio intrinseco ad unum naturaliter determinante; alia inclinatio nis adventitia, quae oritur à motu accidentali, quo mens determinatur ab aliquo, sive immutabiliter, quod contingit in Beatis, qui ex visione Dei ad amorem ejus jugiter accenduntur; sive mutabiliter et transitorie, ut contingit in Systemate eorum, qui duas admittunt delectationes, terrenam scilicet et caelestem, quae susceptivae simul et invincibiliter ad malum et ad bonum trahunt, finguntur: Alia est necessitas specificationis, cum voluntas ita ad unam speciem actus determinatur, ut in speciem oppositam fieri non possit; sic Christus ita ad bonum determinatus erat, ut peccare non posset; alia exercitii, cum quis non solum ad hanc speciem actus, sed etiam ad hunc numerum actuum ita determinatur, ut non modo non possit ad oppositum fieri, sed neque etiam ab isto abstinere, sic Deus ad amorem sui necessario rapitur: Alia est antecedens seu absoluta, quae vel rationis et voluntatis unum antecedit, ut in motibus primo primis; vel consensus hunc ita exprimit, ut eum voluntas denegare nequeat; alia consequens seu hypothetica, quae liberam voluntatis determinationem sequitur: Alia denique est necessitas physica, cum voluntas ita unum vult, ut aliud velle non possit; alia moralis, cum eadem voluntas ita ad unum trahitur, ut non nisi cum magna difficultate, quae tamen actu et de facto vinci potest, in alium fieri possit; est ergo ea, quam etsi absolute superare voleamus, nunquam tamen superabimus, quia totas vires nostras non sumus adhibaturi, To. 3. Tr. 1. c. 1. 5. 2. n. 49. | Vid. Libertas: |

Necessitas fidei Christiana dupliciter consideratur, 1<sup>o</sup> secundum actum internum, 2<sup>o</sup> secundum actum externum, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 3. 5. 3. n. 108. | Vid. Actus fidei, Fides: |

Necessitas respectu salutis duplex est, media scilicet et precepti, ibid. n. 109. et 110. quomodo inter se differant, ib. 110. et 111.

Necessitas Spei |: vid. Spei:| Necessitas Charitatis |: vid. Charitas:|  
Necessitas proximi triplex est, extrema scilicet, qua est status, in quo  
persona aliqua adeo indigens est, ut periret de vita, nisi ei subven-  
iatur; altera gravis, cum scilicet quis tam notabiliter periret in  
vita, ut via eam sustentat, aut obnoxius est periculo inveniendi morbi,  
magisve incommuni morte tamen minoris; tertia nominatur  
communis, cum scilicet quis propter inopiam difficulter vitat.  
hae necessitates corporales definitiones ad necessitatem spirituales  
transferri, eique accommodari facile possunt, ib. p. 3. c. 4. §. 2. n. 221.  
et To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 1. c. 5. n. 513.

Necessitas etiam dividitur à Theologis in necessitatem strictam, sumtam,  
et latam sumtam: strictè sumitur, cum res ita existit, ut non possit  
non existere; late vero, cum deest et convenit rem ita esse, quo sim-  
pliciter congruentia aut convenientia potius dici debet, quam nec-  
essitas, To. 2. Tr. 3. c. 3. n. 104. Necessitas strictè sumta dividi  
solat in absolutam seu simpliciter talem, et hypotheticam; prior est  
independens à quacunque suppositione, posterior è contra ab ali-  
qua suppositione pendet, ibid. §. 2. n. 105.

Neuromantia Divinationis species, fit per motuos in speciem suscitatos, To. 3.  
Tr. 6. p. 3. c. 3. sect. 1. §. 2. n. 412. |: vid. Divinatio:|

Negotiatio seu mercatura est emptio rei cum intentione eam integram et  
inmutatam vendendi huiusmodi, To. 3. Tr. 5. c. 5. sect. 2. §. 1. n. 289.  
per se licita est, ibid. n. 290. est tamen pleisque hominibus adeo  
periculosa, ut facile alium persuadendum non sit, ut eam enascat,  
unde Clerici et Religiosi strictè est interdicta, ibid. n. 291.

Nehemias Prophetarum, quis fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 2. n. 277. Libri  
secundi Esdrae ductor, ibid.

Nestorius, quis fuerit. Docuit in Christo duas esse personas divinam unam,  
alteram humanam, To. 2. Tr. 3. c. 5. n. 179. |: vid. Christus:|

Nilus |: Sanctus:| Quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 64.

Nota, seu characteres Ecclesie, qua sunt, To. 1. Tr. 3. c. 2. n. 51. et seq.  
|: vid. Ecclesia:|

Notio. Notionis nomine intelligunt Theologi characterem et formam  
quandam peculiarem, qua persone Divinae dignoscuntur, et ab invici-  
cem distinguuntur, sic Paternitas, Filiatio, et Spiritus passiva  
dicuntur Notiones, quia expriment characteres et formas, qua non  
sunt communes tribus personis, sed unigue earum propria. Contra  
rectè à Theologis post S. Thomam quinque aspiuntur in Divinis  
Notiones; scilicet Immensibilitas, seu Improdueibilitas; Paterni-  
tas; Filiatio; Spiritus activa; et Spiritus passiva, seu proceptio,  
To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 4. §. 4. n. 433.

passiva

Numeri. Quartus Pentateuchi Liber Numerorum liber appellatur, quia  
illius priora capita tria Capita Hebraeos et Levitas enumerant, p.  
To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 1. n. 199. solv. ob. ibid. n. 200.

Obduratio cordis contra misericordiam, fit non compatiendo miseris et  
egenis, eis non opitulando, eos oburgando, debita dux à debi-  
tore exigendo, qui solvendo par non est, p. Mortalis est, quo-  
ties ex ea preceptum elemosinae vel charitatis graviter viola-  
tur. Est avaritia filia, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 2. n. 267.



18.  
216 Obedientia generatim definitur Virtus, quæ quis voluntati Superioris se accommodat. Duplex est strictè ac propriè sumpta, et minus strictè seu latè accepta: Strictè sumpta dicitur potest Virtus inclinans ad observanda Superiorum præcepta: ea iterum duplex est, generalis scilicet et specialis: generalis est virtus inclinans ad observandum quodvis præceptum ex quovis motivo bono, et sic obedire pertinet ad quamlibet virtutem, ex cujus motivo mandatum servatur: ei opponitur inobedientia generalis, quæ est vitium generale consistens in cujusvis præcepti violatione ex quovis motivo; est peccatum mortale in re gravi, veniale in levi, et includitur in omni peccato tanquam ratio generica: Specialis verò obedientia est Virtus inclinans subditum ad cœquenda præcepta Superiorum, quia præcepta sunt: ei opponitur inobedientia formalis, quæ est violatio præcepti, quia præceptum est: unde semper est mortale, etiam in re levi; quia est contemptus præcepti ac potestatis præcipiendi. Obedientia autem latè seu minus strictè sumpta est Virtus, quæ quis voluntati Superioris se accommodat, sive præcipiat sive non, To. 3. Tr. 5. c. 4. n. 463. |: Vid. Trait. de Statu Religioso, p. 1|

Oben. Nomine Obis et fictionis in materia Sacramentorum non intelligitur simulatio aliqua, sed idem est ac prava dispositio in susceptione Sacramentorum, quæ characterem imponunt. Oben autem seu fictio impedire potest vel valorem Sacramenti, si nec prava suscipitur sine dispositione ad ejus valorem requisita; vel solum effectum gratiæ. Certum est, sublato etiamnum directe impediante valorem Sacramenti non reviviscere Sacramentum, quia Sacramentum nullum fuit, quod autem non fuit, non potest reviviscere: Sic v. g. Baptismus collatus adultæ carenti voluntate illum suscipiendi nullus est, et semper manet nullus, etiam si intentio, quæ defuit, postea ponatur. Quoad Obicem, qui gratiam Sacramenti dimittit impedit, estque prava dispositio animi suscipientis Sacramentum, quæ gratiæ Sacramenti Oben et impedimentum quoddam obicitur, vid. Sacramentum. Oben ita triplex est, negativus scilicet, privativus, et contrarius; Oben negativus est inculpabilis carentia dispositionis necessaria ad gratiam recipiendam; privativus est culpabilis carentia hujusmodi dispositionis; contrarius seu positivus est quodlibet aliud peccatum mortale commissum eo instanti, quo suscipitur Sacramentum, To. 4. Tr. 1. c. 4. §. 3. n. 135. |: Vid. Sacramentum:|

Obiectum Virtutis alicujus est res ipsa, circa quam Virtus versatur. Est duplex Materiale, et formale quod et quo, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 2. n. 111. et p. 2. c. 2. n. 132.

Quodnam sit obiectum Virtutis fidei materiale, quodnam formale quod et quo |: Vid. Fides:|

Quodnam sit obiectum Virtutis Spei materiale, et formale quod et quo |: Vid. Spes:|

Obiectum materiale Charitatis quodnam sit, quodnam formale quod et quo |: vid. Charitas:|

Obligatio generatim definitur Vinculum, quo astringimur ad aliquid dandum, aut faciendum, aut patiendum, vel non dandum aut non faciendum. Duplex generatim est, alia, quæ fundatur in convenientia, diciturque antidotalis, et induit debitum non rigoro-

219

lum; talis est obligatio, qua quis tenetur in suum benefactorem gratus esse; alia qua fundatur in necessitate, et induit debitum ex precepto seu Charitatis aut Religionis, seu Justitia, qua est effectus contractus, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 2. §. 4. n. 223.

Obligatio ex Justitia triplex est, 1<sup>a</sup> naturalis tantum, qua nascitur ex solo jure naturali, et semper obligat in conscientia, quamvis in foro externo non det actionem; 2<sup>a</sup> Civilis tantum, qua parit actionem in foro externo ob aliquam presumptionem, quamvis in conscientia non obligat; 3<sup>a</sup> naturalis et civilis simul seu mixta, qua obligat tum in foro interno seu conscientia, tum in foro externo, in quo parit actionem, ibid. n. 224.

Obligatio ratione principii quadruplex est: aut enim est ex contractu, seu quam parit quilibet contractus, fitque quatuor modis, scilicet, verbis, litteris, consensu, aut quasi ex contractu, qua nascitur citra conventionem nascitur ex facto non turpi; ut cum quis negotia absentis gessit bona fide sine litteris ac mandatis, obligatus est ei Dominus, cujus negotia gessit p. aut ex maleficio, que oritur ex ipso maleficio v.g. furto, rapina, damno, injuria, p. aut quasi ex maleficio seu ex quasi delicto, quam v.g. Judex contrahit, qui per imperitiam male litem judicavit, vel ille, ex cujus canculo dejectum effunditque est aliquid, quod alicui transchenti novit, p. ibid. n. 225.

Obligatio Voti | Vid. Votum |  
Obligatio Beneficiorum | Vid. Beneficium |

Obolus moneta apud Antiquos usitata: alius erat Hebraeus, alius Aethiops seu Atheniensis, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 125.

Obreptio | Vid. Dispensatio |

Obscuritas fidei Christiana. Fides nec ex parte motorum credibilitatis, nec ex parte revelationis est obscura, sed ex parte objecti materialis, quod creditur, ita ut credi non possit, quod vel evidenter situr, vel videtur, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 5. §. 2. n. 98. et 99. Solv. ob. ib. n. 100. et seq.

Observantia vana. Vana observantia est Superstitio, qua ad effectum aliquem obtinendum adhibentur media vana, inutilia, et improporionata, vel, qua quis ex observatione eventus fortuiti actiones suas vane dirigat; ut cum quis certa verba profert, aut adhibet herbas in vigilia S. Joannis Baptista collatas, p. Non differt a Divinatione nisi quod haec ad cognitionem occultorum ordinatur, illa vero ad effectum externum vel opus observantis; quare que dicuntur de Divinatione, debent cum proportione accommodari vana Observantia, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. Sect. 1. §. 3. n. 420. | Vid.

Divinatio: |

Tres assignantur vana Observantiae species; 1<sup>a</sup> est Arumotoria, qua quis scientiam vult acquirere sine studio et per media inutilia, vana, et improporionata, v.g. per verba ignota, certas preces, aliquam potionem, p. 2<sup>a</sup> dicitur Observantia Sanitativa, cum quis homines aut animalia sanare, alit in eis aliquid operari conatur vana et inefficacibus mediis, puta si quis vulneribus mederi, sanguinem sistere, dolores mitigare, hominem telis aut ensibus impervium reddeere velit per certa signa, ceremonias inanes, ignota nomina, charactere impressionem; item si eos effectus produere intendat per media naturalia, aut etiam Supernaturalia, sed quibus veluti necessaria adjuvantur circumstantia quaedam frigida, aut inerta,

vel apocrypha; ut quod remedia componi debeant ex herbis tali die collec-  
tis, quod iumentis aperiaturo vena corda die alium Sanitodicta, quod  
quiescenda tali tempore precus tali numero et ordine recitentur, quod qui  
eadem tali tempore recitat, aut singulari gestat, non sit sine confessione  
mortuus, p. 3<sup>a</sup> est Observatio futurorum eventuum, qua quis  
ex eventu fortuito bonum aliquod aut malum sibi vel alius eventuum  
ominatur, et inde actiones suas dirigit, ut si quis pede ad limen offenso ma-  
lum aliquod sibi portendi credat, et ideo domum regrediatur; vel si quis  
credat aliquos dies esse infastos, itaque negotia omittat, alios vero fastos,  
quibus ea conficiat, ib. n. 421.

Non Obstantes. Ad Operatores ad Damnum:

Occasio peccandi alia est remota, alia proxima. Remota dicitur illa, ad quam  
intardum ex morali peccantis fragilitate aut libera malitia peccatum  
sequitur: proxima est, in qua quis constitutus, perpensis omnibus cir-  
cumstantiis, ordinariè in peccatum ruit; alia est, qua ex natura  
sua quemlibet in peccatum induit; alia quoque per accidens tantum, et ex  
infirmitate peccantis, qui in ea licet positus ita peccare consuevit,  
ut femè certum sit idem in eadem peccata lapsurum, si in illa perse-  
verat; alia demum occasio proxima est evitabilis, alia vero morali-  
ter vitari non potest, To. 4. Tr. 5. c. 9. §. 2. n. 512.

Occupatio dicitur de iis, qua melius fuerunt. Bona ergo, qua melius fuerunt, oc-  
cupari dicuntur, To. 3. Tr. 5. c. 2. §. 3. n. 97.

Occupatio animalium. Animalia manuta et domestica, etiam si Dominorum  
potestatem longius evaserint, occupari ab alio non possunt. Idem dicitur  
de ciuitatis, quamdiu presumuntur reversura, To. 3. Tr. 5. c. 2. §. 3.  
n. 99. et 100. Fera à nullo apprehensa sunt primi occupantis, nisi lex  
penaliaris, aut loci consuetudo obstat: eadem est ratio de feris, qua  
naturalem libertatem recuperarunt, ibid. n. 101.

Ochlogias Res Israël, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 234.

Ochlogias Res Juda, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 238.

Octapla Origenis. Quid sint, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 7. n. 109.

Odium generatum est aversio objecti. Duplex est, unum inimicitiae, quo  
alium ex eius displicentia malum volumus, quatenus eius malum est;  
alterum abominacionis, quo rem vel personam aversamus ut malum  
proiure, vel ut nobis et aliis malam, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 5. §. 3. n. 354.

Odium si generatum dicitur aliud est Dei, aliud proximi. Odium ini-  
micitiae erga Deum est peccatum omnium gravissimum: item omne odi-  
um abominacionis erga Deum est intrinsecè malum et mortale, nec ad-  
mittit levitatem materia, ibid. n. 355. et 356. Odium inimicitiae

erga proximum est ex genere hoc peccatum mortale, potest tamen esse  
veniale ex levitate materia: Odium vero abominacionis erga proxi-  
imum, si sine iusta causa et inordinate concupitur, est culpa gravis vel  
levis pro gravitate et levitate materia; intendendum tamen culpa va-  
cat, et est laudabile, dum licet non adversatur charitati, sed procedit  
ex amore benevolentiae erga Deum, vel ipsum, quem sic aversamus, vel  
alium proximum, servato debito charitatis ordine, ibid. n. 356.

Namquam licet optare, etiam inefficiter, et imprecari malum proximo, qua-  
tenus eius malum est, vel gaudere de eius malo ut tali, vel dolere de eius bo-  
no, ut eius bonum est; itaque ex genere hoc habet mortali, à quo tamen ex-  
lat defectus sufficientis advertentiae vel levitas mali optati, ibid. n. 357.  
licet tamen desiderare malum, affectu inefficaci, aliquod temporale

alteri, et de illo gaudere propter ejus bonum spirituale, aut propter bonum commune, et quatenus majora mala per illud malum impediuntur, ibid. n. 358. | Vid. Malebitis!

Officialis sic dicitur ab officio, quod Episcopus impendit in exercenda ipsius contentione jurisdictione, in qua necesse est intervenire auctorem, rem, et judicium. Ad unum Officialis pertinet cognitio causarum tum Civilium tum Ecclesiasticarum, tum etiam criminalium, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 8. n. 119.

Omnipotencia est virtus infinita, qua potest facere quod quod non repugnat, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 4. n. 80. | Vid. Deus!

Operatio. Operationes Dei ad entia tres omnino numerantur, seu tripliciter creatura a Deo providere intelligitur, creatione scilicet, conservatione, et immutatio concurrens ad singulas causarum secundarum actiones. Creatio dupliciter sumitur, 1<sup>o</sup> latius et improprie pro qualibet productione, que secundum Sapientiam de se ipsa dicitur Ex nihilo et ante secula creata sunt; 2<sup>o</sup> Strictius et proprie, pro productione scilicet ex nullo pre-jacente subiecto; sic sumta creatio definitur, productio totius entis ex nihilo. Conservatio est continuata vel productio, seu continuum influxus in effectum: creatura hujusmodi Dei influxum continuo indiget, ut conservetur. Conusus est ipsa creature actio, prout est a Deo tanquam primo motore et causa universali rerum omnium, sive promovet et applicat causas secundas ad opus, sive cum illis simultaneas concurrens, To. 2. Tr. 2. proem. n. 1.

Opinio a S. Augustino passim cum errore confunditur; at alio sensu opinio apud Theologos cum S. Thoma est actus intellectus, qui fertur in unum partem contradictionis cum formidine oppositi. Definitur etiam a S. Bonaventura Assensus unius partis unum formidine alterius, To. 3. Tract. 1. c. 4. §. 1. n. 204. in not.

Opinio alia est probabilis, alia improbabilis, haec est, que multis, aut levis et falsis duntaxat nititur motivis; probabilis vero, que gravibus, unde definitur Actus, quo mens, ob motuum grave, sed tamen fallibile, prudenter judicat aliquid esse licitum vel illicitum, ib. §. 4. n. 233. Opinio ad opinionem comparata alia est aequa probabilis, que subicit aequalibus motivis ac rationibus nititur de ea, que ipsi opponitur; haec convenientiam affert dubiam; alia probabilior, que subicit peccatis rationum pondere et auctoritatis gravitate verisimilior apparet, quam opposita: alia tutior, que nempe magis remoret a peccato peccandi; unde opinio tutior stat pro recepto, seu favet Legi, eoque hic et nunc obligare declarat; cum e contra opinio minus tuta favet libertati, quatenus negat hominem ulla, que hic et nunc obliget lege construngi, sed potius asserit, eum pro arbitrio, quod libuerit, eligere posse: hinc opinio tutior et probabilior multum a se invicem differunt; quia cum securitas opinionis desumatur ex distantia ejus a peccato, probabilitas vero ex majori veritatis apparentia, fieri potest, ut opinio minus probabilis sit tutior, et probabilior minus tuta. Alia est opinio communis, que subicit pro se habet decem aut octo auctores, non quoscumque, sed graves, non laxiores, et qui rem non cursim et perfunctorie, non alios, omnium instar, sequendo, sed ex professo et intus tractaverunt: Alia communior, quam major numerus post idem ac serium examen amplectitur. Alia denique minus communis, que subicit a paucioribus tenetur, licet gravibus nec laxioribus auctoribus, ib. n. 234. Non potest quis licite et sine peccato sequi opinionem libertati faventem in contrarium alterius opinionis stantis pro lege et simul probabi-

9 Omnisio. an possibilis  
sic omnisio libera  
absque omni actu.  
To. 3. Tr. 1. c. 1. §. 2.  
n. 55. Item Enar.  
cit. Theol. Exercit.  
14. n. 239. et seq.

P. 48. 00.  
pag. 209.

lionis, ibid. n. 236. et seq. Solv. ob. ib. n. 248. et seq.

Neque ex duabus opinionibus aequè probabilibus, quarum una favet legi, altera libertati, licet amplecti eam, quae favet libertati, sed teneri debet ea, quae favet legi, et quae proinde est tutior, ibid. n. 240. et 241.

Solv. ob. ibid. n. 261. et seq.

Ex duabus opinionibus licetum est eam sequi, quae libertati favet, modo sit altera notabiliter probabilior, ibid. n. 242. enimvero non licet sequi opinionem minus tutam, quae apparet solum paulò probabilior tutiore, ibid. n. 243. Bonè quantum et in quo gradu esse debeat illa notabilis eiusus probabilitatis, ut cuius opinio favens libertati contra legem teneri possit, non ita facile definiti potest, ibid. n. 244. Assignari tamen possunt quaedam regulae, quae sequantur illi, qui circa difficultatem aliquam suspensi manent et incipites, ibid. n. 245. Solv. ob. ib. n. 262.

Opera. Triplex est genus operum, alia scilicet sunt mortifera, peccata nempe mortalia, quae separant à Deo et charitatem excidunt, quae anima vivit: alia mortua, quae tamen ex objecto et fine bona sunt et per gratiam elicta, quia tamen fiunt sine habituali gratia seu charitate, quae anima viva est, mortua appellantur, talia sunt omnia bona opera in statu peccati mortalis facta: alia denique mortificata, quae ex gratia facta sunt ab homine iusto, priusquam lapsus esset in peccatum mortale, quae subsequente huiusmodi operibus vita omnis intercluditur, vis et energia obtunditur, To. 4. Tr. 5. c. 7. §. 2. n. 397.

Optatus | Sanctus | Luis, eius Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 44.

Opus bonum quod fit ex voto melius est eo, quod fit sine voto, et magis meritum, ceteris paribus, To. 3. Tr. 4. c. 3. §. 4. n. 123. Opus operatum p. 116.

Oratio Orationis nomen tripliciter sumitur 1<sup>o</sup> pro quolibet bono opere;

2<sup>o</sup> pro quovis pio animi motu in Deum; 3<sup>o</sup> pro petitione, quam quis facit apud Deum; hic sumta definitur petitio rerum desideratarum Deo facta sive immediata, sive mediante Sanctorum intercessione, ut aliquid ab ipso impetretur, To. 3. Tr. 4. c. 2. §. 1. n. 15. et 16. ad eam absolute requiruntur mentis attentio, et pia voluntatis affectio, ib. n. 17.

Duplex est, mentalis scilicet et vocalis, ib. n. 18. Mentalis iterum duplex est, Meditatio nempe et Contemplatio: prior est pia veritatis alicuius occulta aut cognita investigatio ad conquirendum devotionis fervorem, ibid. n. 19. Contemplatio est mentis in Deum suspensa elevatio aeternae dulcedinis gaudia degustans, ib. n. 20.

Oratio vocalis iterum duplex est, privata scilicet et publica: prior est quae fit à personâ privata et privato nomine; haec vero quae fit à communitate, vel Ministris publicis ad id deputatis communitatis vel Ecclesiae nomine et pro salute populi; est priorae praestantior, ib. n. 21. Evangelii Messaliumorum et Hilepharum circa orationem, ib. §. 2. n. 22.

Oratio sive vocalis sive mentalis est aliquoties ad salutem necessaria tum necessitate praecipi, tum necessitate medi, ib. n. 23. 24. et 25. Quaedam observanda sunt, ut Oratio mentalis seu meditatio potè fiat, ib. n. 25. et seq. Quamvis definiti non possit,

quo praescripto tempore et quoties orandi praeciptum obliget, certum tamen est sapius esse peccandum, nec sine salutis aeternae periculo illud Religionis opus din omitti posse, ib. n. 29. et seq.

Triplex est causa, quae praecipue ad praesidium orationis nos confugere compellit, scilicet, ut salutem nostram utiliter consulamus, in quibus sunt necessaria:

scilicet ut Deus misericorditer concedat peccatorum veniam cum gra-  
tia sanctificantis et virtutum donis; ut donis acceptis bene et fi-  
deliter utamur; et denique ut in eis usque ad finem perseveremus,  
qua adultis non conceduntur nisi instantes petentibus et pulsantibus,  
ibid. n. 31. et seq. Sols. ob. ib. n. 35. et seq.

Oratio tripliciter spectari potest, scilicet ut actus, hypernaturaliter bonus,  
ut actus laboriosus et penalis, et ut passivus est petitis, ib. §. 3. n. 39.  
Oratio si undequaque talis sit, qualis esse debet, triplicem habet efficien-  
tiam, merendi nempe, satisfaciendi et impetrandi, ibid. n. 40. et seq.  
ut oratio sit efficiens et infallibilis fiat, requiritur fides; Spes seu fir-  
ma fiducia, non presumptio; attentio et devotio; atque sit de re  
bona et qua ad salutem ordinetur, ib. n. 44. et seq. Rationes, cur  
Deus in nostris orationibus perseverantiam exigat, ib. n. 50. et seq.

Solus Deus orari debet tanquam auctor et principalis causa bono-  
rum omnium, gratia pariter et gloria, qua impensis per oratio-  
nem petuntur, ib. §. 4. n. 54. Sols. Deo et Christo Deo homini ea im-  
pendi debet oratio, qua cultum latra continet, sic enim alium  
propter Deum orare, manifesta esset idololatria, ibid. n. 55.  
licitum est ab hominibus, quamdiu vivant, auxilium interces-  
sionis orare ac petere, sedque eorum precibus commendare, ib. n. 56.

Recte omnino et utiliter invocantur Sancti, qui cum Christo in coelis  
regnant, ib. n. 57. adeoque non solum Christus De facto orat et inter-  
cedat pro nobis apud Deum, sed et Beati orare possunt pro nobis, ib.  
Quamvis damnati verè et proprie dicte orationis sint incapaces, nul-  
tis tamen videtur, animas in purgatorio igne languentes orare posse  
tum pro se ipsis, tum pro nobis. Iustitiam orare possunt et de-  
bitè, ib. §. 5. n. 58. Impii et peccatores lapsissime orant uti-  
liter; nec proinde eorum oratio est novum peccatum, ib. n. 59. et seq.

Sols. ob. ib. n. 63. et seq. Bona temporalia, et quibus abuti possu-  
mus, non sunt absolute per orationem petenda sed conditionate  
dumtaxat, ib. n. 64. at bona spiritualia, et quibus abuti non pos-  
sumus, sunt absolute et determinate petenda, ib. n. 65. Inter  
omnes orationes, quibus utitur Ecclesia, atque fideles adhibent,  
precipua est oratio Dominica, ib. n. 69. Cavendum proinde, ne  
orationem illam recitando aliud verbis, aliud opere et corde loqua-  
mur, ib. n. 70. Sols. ob. ib. n. 71. et seq.

Orandum est pro viatoribus hic in terris degentibus, sive justi sint,  
sive injusti; sive amici, sive inimici; sive fideles, sive non; ib. n. 84.  
item pro animabus in purgatorio, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 4. §. 4. n. et  
hic n. 85. Orationes... hinc animabus applicantur non per  
modum iudicii et absolutionis, sed per modum suffragii, ib. n. 86.  
pro pluribus defunctis facta oratio aequè omnibus prodest, ac si  
pro uno tantum fieret, si de eà agatur, prout est impetratoria;  
Sed si de eà agatur secundum quod est satisfactoria, ib. n. 88.  
Explositur Soti opinio, qui credit animas in purgatorio ultra  
decennium non torqueri, ib. n. 88.

Presbyter, qui tot Missarum stipendia, ut eandem non nisi  
longo post tempore celebrare possit et persolvere, graviter pec-  
cat, ib. §. 7. n. 89. proinde iusta communem penè omnium  
sententiam graviter peccat, qui tot Missis se onerat, ut eas intra

222

Duos uniter menses celebrare et legere non possit, ib. n. 90. Nec pro  
Beatis, qui sunt in caelo, nec pro iis, qui in inferno sepulti sunt, licitum est orare, ib. n. 91. et 92. Solu. ob. ib. n. 93. et seq. Quod de illa  
historia sentiendum, quae refert animam Imperatoris Trajani ora-  
tionibus S. Gregorii Magni ab inferno liberatam fuisse; item de illa,  
quae narrat Galionidam mulierem Ethnicam itidem ab inferni sup-  
plicio precibus S. Thekla prima Martyris liberatam fuisse, ib. n. 96.  
et seq.

Oratoria Sanctis creata |: Vid. Sancti:|

Ordo Charitatis |: Vid. Caritas:|

Ordo seu Ordinatio Sacramentum. à Sacramento Ordinis seu sacra Ministe-  
rum Ecclesia inauguratione Legis Evangelicae Sacramentum, Sacrificium,  
ceteraque omnia salutis animarum adjumenta et subidia omnia pen-  
dent ac derivantur, Te. 4. Tr. 9. proem. n. 1. et 2.

Ordo generali et latissima significatione pro debita et convenienti ratione  
quacumlibet dispositione limitatur. Strictius pro certo hominis statu  
qui ipsi cum multis aliis hominibus communis est. Ubi Ecclesiasticis  
nomen Ordinis significat id Ecclesiasticam Hierarchiam, in qua va-  
rii sunt Ordinationis gradus alii aliis superiores, destinati ad celebra-  
dum Sacramentum Eucharistiae, aut ejus celebrationi ex officio in-  
seriendum; 2<sup>o</sup>. et ad praesens institutum Ordo proprie significat actio-  
nem et specialem ritum, quo potestas confertur ad consecrandum corpus  
Christi, vel inseriendi Ministro consecranti; quo sensu aptius dicitur  
Ordinationis, quam Ordinis, Sacramentum, ib. p. i. c. i. n. 7. Graeci  
Ordinationem appellant Chyrotoniam, id est, manus extensionem  
et porrectionem; quia antiquitus Ministri Ecclesiae abigebantur per  
manus extensionem, et etiam per manus impositionem consecra-  
bantur, ac etiamnum adhuc consecrantur, ib. n. 8. Ordine  
ceptus recte definitur Sacramentum Novae Legis, quo spiritualis po-  
testas traditur ad sacrum corpus Christi consecrandum, et debiti ob-  
servanda munia Ecclesiastica, ib. n. 9.

Ordinationem seu Ordinem esse verum et proprie dictum Novae Legis  
Sacramentum negant Novatores, ib. c. 31 n. 24. verum ac pro-  
prie dictum Novae Legis Sacramentum est Ordo seu Ordinatio, qua  
sacri inaugurantur Ministri, ib. d. n. 25. et seq. Solu. ob. ib. n. 27. et  
seq.

Rejiciendi sunt illi, qui volunt sine Sacramento seu solo verbo hoc:  
Esto Sacerdos sacrum conferri posse Ordinationem; solus enim Christus  
sine Sacramento effectum Sacramenti Apostolis impertivit, potesta-  
temque debiti Sacramenta conficiendi et administrandi per solam  
suae divinam voluntatem et sine ritu aut signo sensibili, ib. c. 4.  
n. 31. Sola manus impositio videtur esse materia essentialis Saca-  
menti Ordinis; forma vero Oratio, ib. n. 32. et seq. Traditis autem  
instrumentorum cum verbis adjunctis est materia integrans dunta-  
xat, quae tamen absoluta retinenda est et adhibenda, ib. n. 33. et 37.

Explorenda est velati improbabilis opinio eorum, qui manus impo-  
sitionem confundunt cum actione manus instrumenta porrigen-  
tis, nec ab ea distinguunt, sed in ea includi ac contineri ajunt, ib. n. 38.  
Christus est auctor et institutor Sacramenti Ordinis seu sacra  
Ordinationis, ib. c. 5. d. i. n. 41. Solu. ob. ib. n. 42. Ordinarius  
sacra Ordinationis Minister et solus Episcopus, ib. d. 2. n. 44. et 45. Solu.  
ob. ib. n. 54. et seq. Non licet cuicumque promissum Epis-  
copo Ordinationem percipere, sed ab eo dubitant, qui proprius sit

10/11

Episcopus, ib. n. 46. qui triplex in Jure distinguitur Originis scilicet, Beneficij, et Domicilij, ib. n. 47. Boena ad versus eos, qui vel alienos ordinant, vel ab alienis ordinantur sine licentia proprii Episcopi habent; Ordinatibus ab exercitijs Ordinum suorum suspenditur (et Ordinatibus ab Ordinum collatione per annum, ib. n. 48. Cum licentia tamen proprii Episcopi quisque ab alieno Episcopo ordinari potest, qua scripto, quod littera dimissoria nuncupatur, impetrari solet vel a proprio Episcopo vel ab ejus Vicario generali, modo expressam ab Episcopo facultatem consecrationis ejusmodi acceperit. Capitulum Sede vacante non nisi anno elapso a die obitus Episcopi numerando dimissoria dare potest, nisi forte quis occasione Beneficij Ecclesiasticum recepti aut recipiendi sit coartatus. Dimissoria littera ha. ab Episcopo data, non extinguuntur per ejus mortem, ib. n. 49. Proprius Episcopus in foro externo cogi non potest, ut et Laico Clericalem tonsuram, et Clerico laicam Ordinationem conferat, sive iste Beneficium habeat, cui annexus sit Ordo, sive non habeat, sive sit omnium criminis reus, sive non, ib. n. 51. Proprius Regularium Episcopus est ille, in cujus Diocesi ipsi commorantur et degunt, sive fixam sedem habeant in Monasterio, in quo professi sunt, sive sedem et locum ad nutum Superiorum mutare soleant, ib. n. 52. Simplex Sacerdos, succedente Summi Pontificis vel Pateris dispensatione, potest conferre Tonsuram, Minores, et Subdiaconatum, ib. n. 53. Solv. ob. ib. n. 54. et seq.

Solus homo viator inque baptizatus capax est Ordinationis recipiendae, ib. n. 53. n. 64. Verisimilius videtur proinus nullam et invalidam fore Ordinationem, qua infanti bus ante rationis usum datur, ib. n. 65. Nemo licite potest ordinari per saltum, id est, suscipere Superiorem Ordinem, praetermissis inferioribus, licet valide id possit, excepto Episcopatu: qui taliter per saltum ordinatus est, est ipso jure suspensus ab exercitijs Superioris Ordinis illius per saltum suscepti; non potest suscipere Ordinem praetermissum, nisi cum eo dispensetur; sit Irregularis, si in Ordine per saltum suscepto ministrat, ib. n. 67. et seq. ut Ordines licite ac licite suscipiantur, interstitia ab Ecclesia praescripta servare oportet, id est, plures Ordines simul suscipi non debent sine dispensatione, ib. n. 76. Jure antiquo longiora servabantur interstitia; at Jure novo a susceptione Subdiaconatus ad susceptionem Diaconatus sufficit interstitia, et similiter ab uno a Diaconatu ad Presbyteratum: Minores vero Ordines passim simul conferuntur, quamvis etiam aliqua interstitia inter eos requirantur Concilium Tridentinum, ib. n. 71. et seq.

Vid. Interstitia:  
 Licet Minores Ordines una cum Subdiaconatu proprius Episcopus ea legitima causa simul et una die conferre possit, tamen solus Papa concedere potest, ut duo Majores Ordines Diaconatus scilicet et Presbyteratus una die conferantur, ib. n. 75.  
 Ut quis ad Subdiaconatum promoveri possit, necessarius est titulus Clericalis, ib. n. 74. [Vid. Titulus Clericalis:]  
 Nulla est et irrita Ordinatio, qua invito, reluctanti, et nullo modo consentienti conferretur, ib. n. 73. Valida est Ordinatio quoad substantiam et characterem haereticis et improbis data, ib. n. 79.  
 Mulieres sacra Ordinationis sunt incapaces, ib. n. 80. et 81.  
 Sacramentum Ordinis et gratiam sanctificantem confert accipienti-



224

bus debite preparatis, et characterem imprimit indelibilem cum legitimo ritu confertur; unde iterari nunquam potest, ib. c. 6. n. 83. Sola. Ob. ib. n. 84. et 85.

Ordines Ecclesiastici dividuntur in Majores et Sacerdos, et in Minores ac non Sacerdos, non quod hi etiam Sancti non sint et Sacerdos, sed quod non ita proxime accedant ad Sacram Eucharistiam.

214.

Ecclesia Latina Septem Ordines numerat; quatuor Minores, nimirum Ostiariatum, Lectoratum, Exorcistatum, Acolytatum, et Lectoratum; et tres Majores, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum ac Presbyteratum, additur modo communiter Episcopatus tanquam Ordo à Presbyteratu distinctus; iis velut quaedam ad Ordines initiandorum preparatio Tonsura Clericalis praemittitur. Ecclesia Graeca quatuor tantum universim numerat Ordines, Lectoratum scilicet, qui Minor est; et tres Majores cum Latinis, ib. n. 86. Igitur praeter Sacerdotium sunt adhuc plures Ordines in Ecclesia, ib. n. 87. Sola. Ob. ib. n. 88. De memoratis omnibus Ordinibus et Tonsura vid. Singulis eorum articulis.

Singulos Ordines esse Sacramenta contendunt Veteres Scholastici non pauci; at modo communior est sententia Sola, Majores, Episcopatum scilicet, Presbyteratum, et Diaconatum esse Sacramenta, ib. §. 10. n. 156. et seq.

Vocatio ad Ordines, prout est in intentione et secretis divinis, describitur Actus providentiae Supernaturalis, quo Deus aliquos pro aliis eligit preparatque doctus congruis ad Sacra ministeria dignè et laudabiliter obsequenda, ib. p. 3. c. 1. §. 1. n. 281. Dupliis generis sunt effectus Divinae hujus vocationis; alii quippe sunt ordinis naturalis, alii Supernaturalis; et iterum horum alii ipsum vocatum afficiunt, alii vero eos, ad quorum obsequium ipse vocatus destinatur, ib. n. 282. Existit haec Divina vocatio, ib. n. 283.

Ad Ordines suscipiendos, eorumque functiones ritè obsequendas Dei vocatio est omnino necessaria, ib. §. 2. n. 285. et seq. Hujus Divinae vocationis signa triplex sunt generis; alia quibus certo colligitur quodam à Deo non vocari ad Statum Sacerdotalem; alia admodum ambigua et dubia, ex quibus nihil certo definitur potest; alia indubitata, qua certo ostendunt Divinam vocationem, ib. §. 3. n. 290. et seq.

Divina vocatio, prout in executione spectatur, dici potest vocatio exterior et ministerialis; per illam quippe hominum ministerio is ex ordine laicorum assumitur et divinis officiis mancipatur, quem Deus ab aeterno ad ejusmodi munus elegit; tria autem in ejusmodi assumptione seu electione spectanda sunt; 1<sup>o</sup> postulatio, ut quis pro aliis assumatur ad munus Sacerdotale; 2<sup>o</sup> Suffragia et consensus in illum, qui postulatur; 3<sup>o</sup> Consecratio, qua quis actu et de facto constituitur Minister Ecclesiae, ib. c. 2. n. 298. Praeter internam Dei electionem necessaria est exterior, quorumque tandem modo fiat, ib. n. 297. et seq.

De fide est jure Divino non requiri consensum populi ad electionem seu Ordinationem Ministrorum Ecclesiae, ib. n. 300. et 301. Scientia est omnino necessaria in initiandis.

Suspenditur ad annum Episcopus a collatione Tonsurae, qui illiterato eam contulerit. Quia Scientia instruiti esse debent initiandi, ib. n. 302. Sanctitate vitaeque innocentia et morum probitate ornati esse debent, qui suscepturi sunt Sacerdos Ordines, ib. n. 303.

Ad vitam sanctitatem et innocentiam pertinet etiam coelibatus, Sacerdos perpetua continentia, qua in nostra Latina Ecclesia obstricti sunt, qui majoribus Ordinibus sunt

initiati, ib. n. 304.

Origenes, eius opera, et errores, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 38. 225  
Aquila, Theodotianis, Symmachi, aliisque duabus inestorum au-  
torum Graecis S. Scriptura editionibus Una Tetrapla, Hexapla, et  
Octapla conficit, ib. Tr. 1. p. 1. c. 7. n. 105. Vid. etiam Enchir. g. n. 158.

Oscula, aspectus, tactus impudici, imò Oscula, amplexus, et tactus par-  
tium corporis etiam honestarum alterius Sexus sunt culpa mortalis  
si extra coniugium fiant, ob delectationem veneream, qua potest  
ex illis sequi etiam ibi hitendo: idem dicendum de tactu partium  
proprie corporis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 305. Oscula, amplexus,  
et tactus etiam in partibus honestis ob solam delectationem meam  
sensibilem, et nondum actu veneream, sunt culpa mortalis inter  
personas diversi Sexus libidinis capaces, saltem si fiant cum mora  
vel repetitione, quamvis expressè delectatio venerea non intenda-  
tur, ib. n. 308. Amplexus, contactus manuum, oscula in fa-  
cie, si iuxta morem patriæ fiant urbanitatis, aut benevolentia  
honestæ causâ, non sunt peccata per se: si verò fiant ex aliqua  
vanitate, joco, levitate, petulantia veniali, sunt solum venialia  
peccata, modo absit omnis affectus libidinosus, et periculum peccati  
gravis tam in se quam in alio, nec habitâ ratione constitutionis per-  
sonarum, delectationem veneream multum excitant: Si autem  
ista sine causâ enervata et patrata sint longiora, aut crebro fi-  
ant inter personas libidinis capaces, sunt mortalia: unde admit-  
tens oscula morosa et crebra, aut indecentia, item tactus mamil-  
larum, peccat mortaliter, ib. n. 309. Oscula, amplexus  
ob delectationem veneream, tactus et aspectus impudici mor-  
tales supra dicti sunt ejusdem speciei mortalis ac actus consum-  
matus, seu concubitus, ad quem hæc natura referuntur, quam-  
vis actus iste non intendatur, ib. n. 310.

Osce Prophetæ, quis, et quando oraculo suo fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2.  
sect. 1. c. 4. n. 512. et seq. Ejus liber quid contineat, ib. n. 518. Quid  
de illius conjugio censeant interpretes, ib. n. 516. 521.

Ostiaribus est Ordo, quo proficiunt Clerici ad Ecclesiam et Sacra ejus  
suppellectilibus custodiam, et ad vindicandam reverentiam Domini  
ibi debitam. Ipsius materia sunt verba, qua profert Ordi-  
tactus fuis campanarum; fons sunt verba, qua profert Ordi-  
nans, cum claves tradit Ordinando, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 2. n. 94.  
Quatuor sunt Ostiarum munera, 1<sup>o</sup> Ecclesiam jamas dignis aperire, et  
indignis claudere; 2<sup>o</sup> curare ne Laicorum aliquis propius ad Alta-  
re accedat; 3<sup>o</sup> pulsare campanam, et populum fidelem statim  
horis convocare ad divinum officium; 4<sup>o</sup> servare vasa sacra et  
omnem Ecclesie suppellectilem; 5<sup>am</sup> Ostiarum munus addit Con-  
cilium Mediolanense, nempe invigilare, ut omnes in Ecclesia  
reverenter se gerant, ib. n. 95.  
Dignitas Ostiarum colligi potest 1<sup>o</sup> ex prestantia Janitorum Vete-  
ris legis super populum; 2<sup>o</sup> ex dignitate, qua in Republica ali-  
is præminent, qui proficiuntur ad custodiam Regni Galatiae et  
thesauri; 3<sup>o</sup> ex Christi Domini præsertim exemplo ostiariorum  
ministeria mirum in modum illustantur et commendan-  
tur, qui Ecclesiam suam pro Domino Dei in obscuro Ostiarum munus  
quam Voepissima delectavit, ut Matth. 21. Marc. 11. et Joan. 2. ib.  
n. 96.

226

Ostiarium esse verum Sacramentum affirmat S. Thomas, et plures alii; non tamen communior est sententia negans, ib. c. 8. §. 10. n. 168. et seq.

Oubinus | Casimirus | Quis, ejus Opera, To. i. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 103.

Ozias Rex Juda, To. i. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 241.

B.

216.

Pactum | Vid. Contractus |

Pallium Archiepiscopale | Vid. Metropolita |

Palmus alius est minor seu contractus, estque mensura quatuor digitorum transversim positorum; alius major, qui et Spithama nungatur, estque spatium trium palmorum minorum seu duodecim digitorum, vel extensis illa, quae est inter pollicem et indicem manus extensa, To. i. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 178.

Palpo seu adulator | vid. Cooperatores ad Damnum |

Papa | Vid. Pontifex Romanus |

Papias | Sanctus | Quis, ejus Scripta, To. i. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 29.

Paradisus habitatio deliciosa Adami et Eva protoparentum nostrorum, e qua ob suam infidelitatem ejecti sunt. Hoc loco situs erat Basilius omnino incertum est, ut et an adhuc extet, To. 2. Tr. 2. c. 2. §. 2. n. 82.

Parochia | Vid. Parochus |

Paralipomenon libri. Paralipomena nomen graecum sonat idem ac praetermissa. Duo numerantur, quid contineant, To. i. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 265. eorum Auctor seu Scriptor latet; vulgo Esdras adhibentur, ibid. n. 266. nec officere videntur conjectura contraria, ib. n. 267. Respondetur difficultati, quod in Paral. c. 2. v. 19. dicitur David fuisse Septimus et ultimus, Isai filius, et tamen i. Reg. c. 16. v. 11. fiat mentio octo ejusdem filiorum, ib. n. 268.

Parochus. Parochia nomine olim tota aliqua Dioecesis significabatur; at postquam significatur particularis quaedam Ecclesia, cui unus Pastor seu Parochus et curatus praeficitur. Parochi à ceteris Presbyteris sunt distincti, non quidem Ordinatione, nec interiori aut perfecta sed externa duntaxat jurisdictione, quia nempe ratione sui tituli seu institutionis jus habent, Episcopis quidem subordinatum, populis sua curae commissa ministrandi Sacramenta Baptismi, Eucharistia, Poenitentia, Matrimonii, et Extremae unctionis, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 8. n. 129.

Cum ita crevit fidelium numerus, ut in unum convenire non possent sub Episcopo in pagis et majoribus urbibus, ut Roma, erecta fuerunt Parochiales Ecclesiae, ubi Synaxes, seu Conventus celebrantur sub uno Presbytero, cui Parochi nomen inditum est: nomen istud multi graecum volunt, et ab eo verbo, quod latine idem ac praebere sonat, derivatum; erant enim Parochi, quibus gratis publice Romam missis atque hospitiis receptis rerum omnium copiam suppeditalant; unde horum instar Parochos in Ecclesia esse ditos quidam arbitrantur, eo quod sint Sacerdotes auctoritate Episcoporum Ecclesiis praefecti, ut populis laicorum Verbi divini et Sacramentorum ad ambros parochos, subministrant; alii volunt Parochum dici velut Paroicum, Paroicus autem gra-

is est in da hve habitator in loio, ibid. p. 2. c. 1. §. 2. n. 196. à quo-  
nam autem et quando nomen istud Presbyteris inditum sit, non satis con-  
stat, sicut nec quoniam tempore facta sit Barochiarum, qua eis Baro-  
chorum nomen probuere, credit: id certum, Ecclesias Parochiales  
sibi et cogissa erigi longè ante quartum saeculum: alio nomi-  
ne Curati dicuntur, quòd nempe animarum fidelium curam ge-  
rant, ib. n. 197.

Barochi sunt divina institutionis, ib. n. 194. Sicutque Successores  
70. Discipulorum illorum, quos Christus Luc. 10. instituit, ib. n. 198.  
et 199. Eorum iurisdictionis ratio est limitata, ut Episcopi  
tamen in eisdem, tum in plebem subditam iurisdictionem retineant,  
ib. n. 200.

Barochi munia sunt, oves suas agnoscere, pro eis Sacrificium offer-  
re, Verbi Divini predicatione, Sacramentorum administratione,  
ac bonorum operum exemplo parere, pauperum aliarumque mi-  
serabilium personarum curam paternam gerere, et in cetera mu-  
nia pastoralia innumere, p. ib. n. 201. | Vid. Confessarius, Pres-  
byter:

Fr. 217.

Participans | Vid. Cooperatores ad damnandum:

Parvuli seu Infantes. Varia de poenis peccati Originalis parvulorum sine  
Baptismo ex hac vita decedentium in altera vita seu post mortem  
opiniones, To. 3. Tr. 6. p. 1. c. 9. §. 2. n. 136.

Parvuli, qui moriuntur sine Baptismo post hanc vitam in altera na-  
que supernaturali neque naturali beatitudine fruuntur, ib. n. 141.  
Sols. ob. ib. n. 151. probabilis videtur parvulos, qui sine Baptis-  
mo decedunt, passuros esse internum animum dolorem propter privatio-  
nem celestis beatitudinis, ib. n. 144. Sols. ob. ib. n. 152. et seq. In-  
fantes sine Baptismo decedentes immunes sunt à poena sensus seu à  
cruciatu ignis sensibilis, ib. n. 147. Sols. ob. ib. n. 158. et seq.

Pascua. Circa pasua seu pastionem attendendum est quid ferat conmatu-  
do cuiusque regionis; nam alicubi, nisi ager sit circumscriptus, Domi-  
nus illius non potest prohibere pastionem post primam herbam subla-  
tam, aut legates collectas: nihilominus Respublica seu Princeps po-  
test prohibere pastionem in parvis ad urbem, Communitatem,  
aut Respublicam pertinentibus, quia id aliquando expedit bono  
publico, To. 3. Tr. 5. c. 2. lect. 1. §. 3. n. 125.

Papsid | Vid. Concupiscentia:

Papsus duplex est, compositus nimirum, et simplex: prior est spatium quin-  
que pedum et vocatur Geometricus, quia res utuntur Geometra;  
alter et minor, qui dicitur grapsus est dimidium papsus Geometri-  
ci, seu spatium duorum pedum cum dimidio, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 153.

Pater in divinis | Vid. Trinitas:

Patres | Sancti | SS: Patrum nomine intelligimus antiquos ac sanctos illos  
primorum saeculorum Doctores, seu antiquos fideles illos, qui primus  
post Apostolos et antiquioribus Ecclesie saeculis doctrinam et vitam sancti-  
tate clamore, p. To. 1. Tr. 4. c. 1. n. 1. Considerari prout sunt homi-  
nes praesens, et prout sunt Ecclesie Patres, et Doctores à Deo eadem  
dati, ib. §. 1. n. 2. et 3.  
Nullius inquam SS. Ecclesie Patris, imò nec plurimum aliquorum idem  
sentientium, ceteris contradicentibus vel tacentibus; bene autem

omnium simul sententiarum, et unanimitas idem a parentium sententia est infallibilis in fidei materia discernenda, *ib. n. 4. et hq. Sols. ob. ib. n. 10. et hq.*

Regula in legendis Patribus servanda, *ib. S. 2. n. 15. et hq. SS. Patres, quorum Scripta laudantur in Ecclesia in tres classes distribuuntur, ib. n. 25.*

Patriarcha est Episcopus, sic dicitur, quod sit Dum Patrum, qui sub illius ditione continentur, nempe Primatum et Metropolitanorum, atque totam viciniam circumvicini regno ampliori, quam ceteri Praesules, potestate possident. Inter illos primum locum obtinet Romanus Pontifex, qui est Episcopus Episcoporum, ac jure Divino primatum honoris et jurisdictionis habet super omnes, simul et singulatim Ecclesias, *To. 4. Tr. 4. p. 1. c. 8. S. 9. n. 142.*

Et titulo tres tantum olim honorabantur Episcopi, Romanus nimirum, Antiochenus, et Alexandrinus; quibus postea auctoritate Concilii Nivani accessit Patriarchatus Hierosolymitanus, et postea Constantinopolitanus. Modò Veneti et Lintiani suos etiam habent Patriarchas. Hos inter, ut superius dictum, Romanus semper primus obtinet, cuique ceteri veluti supremo totius Ecclesiae Episcopi subiecti semper fuerunt, donec circa annum 856. Photius, famoso illo schismate Ecclesiam Graecam ab Occidente separavit, *ib. p. 2. c. 1. S. 1. n. 189.*

Jura Patriarcharum olim haec erant: super negotiis magni momenti, quae intra fines Patriarchatus sui occurrerent, decernere poterat Patriarcha; item Episcopos suo Patriarchatus subiectos ad comitia vocare; à tempore, quo ab Imperatoribus Ecclesia concessa fuit libertas, poterat Patriarcha viciniores Metropoles et Episcopos ordinare, confirmare, deponere, aliisque Canonis poenis subicere: at Patriarcha Romanus non modò in proprio Patriarchatu, sed et in aliis Episcopos ordinare, confirmare, p. jam olim poterat, *ib. n. 190.*

Patronatus. Jus patronatus est potestas praesentandi Clericum ad Beneficium vacans. Quibus modis jus istud acquiritur, 1<sup>o</sup> fundatione, 2<sup>o</sup> ipsa Ecclesia adificatione; 3<sup>o</sup> Dotatione Ecclesiae; 4<sup>o</sup> possessione; 5<sup>o</sup> concessione Papae, *To. 1. Tr. 4. c. 8. S. 1. n. 255. et 256.* Dividitur in Ecclesiasticum, quod alicui competit ratione Beneficii à se possessi, aut ex eo, quod de bonis Ecclesiasticis Beneficium fundaverit; et in Laicum, quod alicui competit ex eo, quod ipse vel aliquis à suis praedecessoribus Ecclesiam fundavit, vel extruxerit, vel dotaverit. Patrono Laico conceduntur ad praesentationem quatuor menses à notitia vacationis Beneficii, Rex Ecclesiasticus. Laicus duos successive potest praesentare, seu Ecclesiasticus, *ib. n. 237.* Patronus non potest se ipsum praesentare: si Laicus indignum praesentet, jubetur alium dignum praesentare; si Ecclesiasticus, privatur hac vice jure praesentandi, *ib. n. 238.*

Paulinus: Sanctus: | Quis, ejus Scripta, *To. 1. Tr. 4. c. 1. S. 2. n. 63.*

Paulus: Sanctus: | Quis, et quomodo ad Apostolatam vocatus fuerit, *To. 1. Tr. 1. p. 2. l. 1. c. 3. n. 618.* Quatuordecim in S. Scripturarum (Biblia) veluti Canonice recensentur illius Epistole 1<sup>a</sup> ponitur ea, quae est ad Romanos. Quod epistola occasionem dedit, et quid ea contineatur,

229

ib. n. 617. Difficultas in ea occurrens explicatur, ib. n. 618. 2<sup>o</sup> et 3<sup>o</sup> Succeededunt Ina ad Corinthios; quid contineant, ib. n. 619. et 621. Difficultates in iis occurrentes solvuntur, ib. n. 620. et 622. 4<sup>o</sup> sequitur Epistola ad Galathas; quid contineat, ib. n. 623. 5<sup>o</sup> ponitur ea, quae est ad Ephesios; quid contineat, ib. n. 624. 6<sup>o</sup> ponitur Epistola ad Philippenses; quid contineat, ib. n. 625. 7<sup>o</sup> Epistola ad Colossenses; quid contineat, ib. n. 626. 8<sup>o</sup> prima ad Thepalonenses; quid contineat, ib. n. 627. 9<sup>o</sup> 2<sup>a</sup> ad eorundem, quid contineat, ib. n. 628. 10<sup>o</sup> Ina ad Timotheum; quid contineat, et unde data sit, ib. n. 629. Duo textus in ea occurrentes difficultati auidam obnoxi explicantur, ib. n. 630. 11<sup>o</sup> 2<sup>a</sup> ad eundem, quid contineat, et unde scripta sit, ib. n. 631. textus in ea occurrens difficultatem aliquam habens explicatur, ib. n. 632. 12<sup>o</sup> Epistola ad Titum; unde data sit et quid contineat, ib. n. 633. 13<sup>o</sup> una ad Philemonem unde data sit, et quid contineat, ib. n. 634. 14<sup>o</sup> Epistola ad Hebraeos; unde et quo tempore scripta fuerit, et quid contineat, ib. n. 635. et 638. Sunt qui eam alie quam S. Paulo tribuerint, sed desperam, ib. n. 636. quo idiomate scripta fuerit, ib. n. 637. De illius auctoritate olim non solum ab Haereticis, sed etiam apud Ecclesiam Catholicam dubitatum fuit. Lutherus item et alii ex ipsius sequacibus nec Pauli esse, nec alius Apostoli contendunt, ib. n. 639. Verum et ipsius Pauli est et Canonica seu divina auctoritatis, ib. n. 640. et seq. Solv. ob. ib. n. 645. et seq.

Pecatum generatim definitur libera violatio legis divinae, seu actus liberi factus vel omisus contra legem Dei, To. 3. Tr. 6. proem. n. 1. et q. Non datur peccatum nisi philosophicum, quod subiacet soli rationi et non simul legi divinae adversetur, ib. n. 2. Peccatum veniale non est propter legem Dei deumtaxat sed vere contra legem Dei, ib. n. 3.

Pecatum generatim dividitur in peccatum Angeli, et hominis: De primo actum est To. 2. Tr. 2. Peccatum hominis dividitur in originale, quod in ipsa nostra origine ab Adamo protoparente nostro in nos transmissum contrahimus; et personale, quod peccantis voluntate physice propria committitur. Peccatum personale subdividitur in actuale et habituale; prius est peccatum spectatum ut actu existens, seu ut actu committitur; habituale est peccatum spectatum ut iam actu commissum est et physice praeteritum, sed permanens moraliter, seu est manula ex actuali peccato consequens, et in animam remanens, ib. n. 5. Peccatum actuale subdividitur 1<sup>o</sup> in peccatum commissiois et omissionis; prius est, quo praecipuum negativum violatur, et consistit in actu aliquo prohibito; alterum est, quo praecipuum affirmativum violatur, et consistit in omissione alicuius praecipui; 2<sup>o</sup> in veniale et mortale; istud est, quod reddit hominem Deo odibilem, et dignum poena aeterna; veniale est illud, propter quod Deus homini leviter tantum indignatur, et quod solum inducit reatum poena temporalis in hac vel altera vita exolvenda: 3<sup>o</sup> Peccatum actuale aliud est carinale aliud spirituale; istud ultra delectationem spirituales non progreditur sed in sola anima perficitur; talis est invidia, Superbia, p. Carinale est, quod in animam profec-

tunc sensus afficit, atque materialis organi actione consummatur, ut peccatum luxurie, gula, &c. 4<sup>o</sup> Peccatum actuale aliud est cordis, quod in corde, ut Odium Dei; aliud oris, quod voce, ut perjurium; aliud operis, quod opere, ut furtum consummatur. 5<sup>o</sup> aliud est ex ignorantia, quod scilicet ab ignorantia culpabili tantquam à causa per accidens procedit; aliud ex infirmitate, quod scilicet procedit ex motivo appetitus materialis trahentis voluntatem ad concensum, non tamen libertatem tollentis; et aliud ex malitia, quod fit ex pura et plena libertate, sive quoniam neque ex ignorantia aliqua, neque ex infirmitate seu passione antecedente, sed ex mera voluntatis electione committitur, ib. n. 6. 6<sup>o</sup> aliud est contra Deum, seu quod Deum ut primam veritatem, et summum bonum, et ut supremum Dominum directe impetit, cuiusmodi est heresis, quia fides; odium Dei, quo charitas; et Superstitio, quo Religio evertitur, et laeditur Divina Majestas: aliud contra proximum, quo alteri fit, quod nemo sibi factum vellet: aliud contra seipsum, quod soli peccanti est novermento, ib. n. 7. 7<sup>o</sup> alia dantur peccata, quae sunt in Spiritum Sanctum; alia in coram clamantia; alia denique, quae dicuntur capitalia. Peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum ex malitia procedens, quo repelluntur impugnanturve Spiritualia gratis dona, quae cum sint effectus amoris Dei erga homines, appropriantur Spiritui Sancto, ut patet, qui ratione profectionis hinc fit amor Patris et Filii. Sex huiusmodi peccata numerantur, nempe Depravatio, Presumptio, Impunitas, Obstinatio, Impugnatio veritatis aequa, et Invidentia fraterna gratis. Peccata in coram clamantia dicuntur ea, quae pro ceteris manifestam improbitatem continent, divinamque provocant ultionem; suntque Homicidium voluntarium, peccatum Sodomiticum, Oppressio pauperum, et Defraudatio mercedis operariorum. Peccata capitalia sic dicta, quod ad ea tanquam radices cetera referantur, septem numerantur: scilicet Superbia, quae est animi elata inflatio, se omnibus praesumere, et omnia sibi deberi censentis; Avaritia, quae est immoderata res terrenas retinendi vel sibi comparandi cupiditas; Luxuria, quae est inordinatus libidinis, praesertim venerea, praeter Dei et naturae leges affectus et usus; Invidia, quae est vehementis de bono alieno moror; Gula, quae est offrenata cibi potusque luxuriositas et cupiditas; Ira, quae est uliscendi libido, seu ardor animi perturbatione incitata ad vindictam; Acedia, quae est de bono spirituali divinitus sibi commissio animi acerbitas propter consequentis invidiam laboris metum, aut vite incertam et voluntariam dimittendam necessitatem, ib. n. 8. Alia itam sunt peccata, quae aliena numerantur, quia nimirum aliorum opera perficiuntur, et tamen nobis velut propria imputantur, quod scilicet jubendo, suadendo, &c. illorum causa esse censamur, et va ipsa sinus, de quibus vid. Cooperatores ad damnum, ib. n. 9. Ad haec omnia peccatorum genera reduntur etiam ea vitia, quae tum virtutibus Theologicis, tum moralibus opponuntur, ut sunt Infidelitas specificè sumpta; Heresis et Apostasia, quae fidei; Presumptio, Despectio, et Invidia salutis, quae Spei; Odium, Invidia, Discordia, Contumacia, Schisma, Rixa, Seditio, Bellum, et Scandalum, quae sub Odio

Dei et proximi continentur, atque Charitati opponuntur. Ineligiositas, sub qua videntur species sub suo genere continentur Blasphemia, Tentatio Dei, Sarcologium, Perjurium, et Simonia; et denique Superstitio, in quibus sunt species pauciores, sicut Idololatria, Divinatio, Vana Observantia, Magia, et Maleficium, quae virtuti Religionis adversantur, ib. n. 10.

Sola voluntas est propria et directa causa efficiens peccati, ib. n. 11. Nihil tamen obest, quin dicamus mundum seu homines, et Diabolum, non concupiscentiam, immo etiam ignorantiam esse improprias, indirectas, et morales peccati causas, ib. n. 12.

Objectum materiale peccati est quilibet actus humanus, formale vero privatio debita rectitudinis; Voluntas autem est Subjectum peccati formaliter sumti, ib. n. 13.

Quod Belagius, Albigenses, Anabaptista, Extrinarius, et Soriniani de peccato originali senserint, ib. p. i. c. i. n. 15.

Datur peccatum originale ab Adamo commissum et per generationem transfusum in ejus posteros, qui via naturali ab eo descendunt, quo peccato constituntur in se vere et proprie peccatores, Deo odibiles, et aeterno damnationi obnoxii, ib. n. 16. et sq. Sols. ob. ib. n. 19. et sq.

Peccatum originale non est substantia quadam a Diabolo producta, ib. c. 2. S. i. n. 72. Sols. ob. ib. n. 77. et sq. Concupiscentia non est per se et ex natura sua peccatum originale, ib. n. 73. et sq. Sols. ob.

ib. n. 84. et sq.

Circa essentiam peccati originalis quatuor praecipue numerantur a quibus Catholicis sententia, 1<sup>a</sup> respicit illud in morbida quadam qualitate, quae ex carne per peccatum infecta derivatur in hunc mundum, ib. n. 82. n. 95. 2<sup>a</sup> definit illud esse denominationem extrinsecam petitam ab actuali praeviatione Adam, in quo omnes evanescunt, ib. n. 96. 3<sup>a</sup> docet peccatum originale esse materialiter concupiscentiam habituales, seu inordinatam ad sensibiles et carnis voluptates propensionem et proivitatem; formaliter vero defectum justitiae originalis, ib. n. 97. 4<sup>a</sup> et in Scholis admodum communis statuit peccatum originale materialiter esse privationem justitiae originalis seu gratiae sanctificantis, formaliter vero esse infirmum peccatum actuale, quod in Adamo et voluntate ipsius commissum, quodque moraliter in unoquoque permanet, tanquam vera macula, donec Baptismo fuerit abluta; propterea dicitur in hac sententia peccatum originale esse privationem justitiae originalis, quatenus est aversio habitualis a Deo propter praeviationem, quae praesepit in Adamo, ib. n. 98.

Verum quia S. Augustinus videtur constituisse partialiter peccatum originale in concupiscentia et parte illius materiali, quidam Theologi propter auctoritatem hujus S. Doctoris, eam hinc addi posse arbitrantur ut imputabilem ad odium Dei et poenam aeternam per reatum a se ipsa distinctum, nempe per culpam a nobis in Adamo commissam; unde tunc peccatum originale tria complectatur, seu tria habeat constitutiva, scilicet peccatum a nobis voluntate Adam commissum ut constitutum formale, privationem justitiae originalis seu gratiae sanctificantis, et concupiscentiam ut constitutiva materialis; quae concupiscentiam



232

tia post Baptismum non amplius habet veram ac propriam peccati rationem, per quod nempe tota illius culpabilitas et imputabilitas tollitur, ib. n. 99.

Peccatum Originale non traducitur seu transfunditur per libidinem, sed per generationem naturalem, ib. c. 3. n. 100. et seq. Sols. ob. ib. n. 104.

Tribus modis dici potest aliquis in Adamo peccasse 1<sup>o</sup> quatenus erat in lumbis Adae secundum rationem seminalem, quando transgressus est legem; 2<sup>o</sup> quatenus in prima conceptione, priusquam anima rationalis infunderetur in generationis sua fuit peccato obnoxio, ut pote via ordinaria seminatus; 3<sup>o</sup> quatenus conceptione jam perfecta accepit animam rationalem iustitia originali nudatam, et à Deo aversam; imò et 2<sup>do</sup> modo B. V. Mariam peccasse in Adam omnes Catholici tenentur, ibid. n. 105. Sed à Christo redentam fuisse, quatenus anima ejus in primo sua creationis instanti fuit ornata gratia sanctificante, ib. n. 106. et seq. Sols. ob. ib. n. 111. et seq. Vid. Innocent. Vindicat. ad calcem hujus tract. per tot.

Morbi, labores, et cetera calamitates, imò et ipsa mors, sunt poenae corporis in hac vita ob peccatum Originale hominibus à Deo inflicta, ib. c. 9. §. 1. n. 122. et 123. Effectus seu poenae peccati Originalis, quibus subjacet anima hominis in hac vita, sunt privatio donorum supernaturalium et gratuitorum, nempe vulneratio ejus in naturalibus, ib. n. 125. Sols. ob. ib. n. 127. et seq.

Varia de poenis peccati Originalis parvulorum sine Baptismo ex hac vita decedentium in altera vita seu post mortem opiniones, ib. §. 2. n. 136. et seq. Parvuli, qui moriuntur sine Baptismo post hanc vitam in altera neque supernaturali neque naturali beatitudine fruuntur, ib. n. 141. et seq. Sols. ob. ib. n. 151. Probabilis videtur parvulos, qui sine Baptismo decedunt, passuros esse internum animi dolorem propter privationem caelestis beatitudinis, ib. n. 141. et seq. Sols. ob. ibid. n. 152. et seq. immunes tamen sunt à poena sensus, seu à conatu ignis sensibilis, ibid. n. 147. Sols. ib. n. 158. et seq.

Peccatum personale dividitur in Actuale et Habituale: Actuale est peccatum spectatum ut actu existens, seu prout actu committitur; Habituale vero est peccatum spectatum prout jam actu commissum et physice praeteritum, sed permanens moraliter seu est macula ex actuali peccato consequens et in animam remanens; unde nihil obstat, quominus dicamus peccatum Originale etiam habere rationem peccati habitualis; nam peccatum Originale spectatum quoque ut jam actu commissum, ab Adamo semper, et physice praeteritum, sed tamen in ejus posteris moraliter permanens; seu est macula ex actuali Adae peccato consequens, et in animam posterorum ejus remanens, donec per Baptismum deleatur, ib. §. 2. n. 166.

Distinctio numerica peccatorum personalium sumitur aut ex interruptione, aut ex objecto materiali, circa quod peccata versantur, ib. c. 1. §. 1. n. 168. Specifica autem peccatorum distinctio petitur 1<sup>o</sup> ex objectis specie diversis, circa quae peccata versan-

tur; 2<sup>o</sup> aliquando à fine operantis; 3<sup>o</sup> nonnunquam etiam à circumstantiis, qua actum peccati comitantur, ib. n. 169.

Peccata non sunt inter se connexa, unde qui unius reus est, necessario non est reus aliorum, ib. d. 2. n. 170.

Omnia peccata non sunt inter se aequalia, ib. d. 3. n. 171. Inaequalitas peccatorum duplex assignari potest, una essentialis, altera accidentalitatis: essentialis limitatur ex objecto, ad quod actus peccati extenditur; Inaequalitas vero accidentalitatis peccatorum petitur ex circumstantiis intra eandem speciem aut aggravantibus, aut minuentibus malitiam actus: nonnunquam malitia, quae ex circumstantiis advenit, absolute loquendo, gravior est eà, quae eidem actui accidit ex objecto, ib. n. 172.

Tres conicipi possunt effectus peccati, scilicet macula, reatus poena, et aliud peccatum: nam 1<sup>o</sup> peccatum, licet illius actus transierit, maculam permanentem in animà creat; macula illa non est posita in sola obligatione ad poenam, nec simpliciter in peccasse, ubi in sola inordinatione voluntatis, sed est ipsa Dei offensura, quae licet actu transierit, nondum tamen per sacramentorum virtutem est remissa; haec maculam peccatum habituale vocamus: 2<sup>o</sup> reatus poena, hoc est, debitum seu obligatio ad poenam |: Vid. infra: | 3<sup>o</sup> quosdam sunt, quae simul sunt peccata et peccatorum poena, ib. d. 4. n. 173.

Peccatum omissionis definitur officii erga legem aut statutum praetermissio ex inordinato creaturarum amore orta, et actum aliquem semper supponere videtur, qui sit causa vel occasio illius omissionis, ib. c. 2. n. 174.

Est de fide certare peccatum mortale, ib. d. 1. n. 175. Peccatum mortale tale est de eo potissimum, quod sit gravis offensura Dei et eius contentus saltem virtualis et interpretativus, ib. n. 176. in ratione offensurae Dei habet malitiam seu gravitatem infinitam, ib. d. 2. n. 177. non condonatum puniatur supplicis aeternis, id est, damnatorum poena sunt aeterna ib. n. 179. Solv. ob. ib. n. 184. et seq.

Peccatum veniale est illud propter quod Deus homini leviter tantum indignatur, et quod solummodo induit reatum poena temporalis in hac vel altera vita evolvenda, ib. d. 3. n. 201. Iovinianus, Belagius, Wilelfus, Lutherus, Calvinius, Joannes Gerson, Michael Bajus, Docere visi sunt non dari peccata venialia, sed omnia ex natura sua esse mortalia, ib. n. 200. Sed quid nos catholici de fide est dari peccata, quae ex natura sua sunt venialia, ib. n. 202. Solv. ob. ib. n. 206. et seq.

Peccatum veniale discrepat à mortali 1<sup>o</sup> quod mortale sit amor creaturae usque ad contentum Dei; veniale autem sit quidem amor rei creatae paulo tenacior, quam par est, non ita tamen, ut destruat eam Deo conjunctio; 2<sup>o</sup> quod peccato mortali reatus aeterna poena contrahatur, ob veniale autem temporalis poena debeat hic et in purgatorio solummodo irrogetur; 3<sup>o</sup> quod veniale possit abstergi charitatis interna officis, precibus aut desideris, seu mortale; 4<sup>o</sup> quod mortale finem simpliciter ultimum in creatura constituat, veniale è contra non constituat finem simpliciter ultimum in creatura, sed tantum secundum quid, ib. d. 4. n. 217. Utrum hoc vel illud peccatum mortale sit an veniale, difficillima est haec indagatio, ib. n. 218. nihilomi-

nis ad dignoscendum quinam actus sint peccata mortalia, qui vero venialia haec quatuor statui possunt regulae, 1<sup>o</sup> d<sup>o</sup>, quantum fieri potest, ex S. Scriptura et Traditione patet debet; 2<sup>o</sup> quae in S. Scriptura dicuntur excludere à regno Coelorum, quare morte aeterna castigantur, sunt semper peccata mortalia; 3<sup>o</sup> quae iuris legibus civilibus aut Canonibus gravi poena mulctantur, non sunt venialia; 4<sup>o</sup> ea, quibus grave damnum aut operanti aut alteri tertio eni infirmit, non sunt delicta seu peccata venialia, sed sunt criminosa, hoc est, peccata mortalia, ib. n. 219.

Peccatum mortale ex se nunquam fieri potest veniale, et vice versa, ib. S. 5. n. 220. nihilominus per accidens potest fieri veniale, et vice versa veniale potest per accidens fieri mortale, ib. n. 221. et 222.

Fide Catholica certum est dari quaedam ignorantia peccata, ib. c. 3. S. 1. n. 225. et seq. Sols. ob. ib. n. 228. et seq.

Datur peccatum infirmitatis, ib. S. 2. n. 230. Peccatum ex infirmitate seu passione ex hoc genere gravius est quam peccatum ex ignorantia veniabili non affectata, ib. n. 235.

Dantur peccata malitia, ib. S. 3. n. 234. Nulium datur peccatum, etiamsi malitia peccatum sit, irremissibile, seu cuius venia non possit obtineri, ib. n. 235. Sols. ob. ib. n. 239. et seq. Ad peccata malitia reduuntur peccata commissa ex consuetudine, quam quis emendare non curat, ib. n. 336. unde mortaliter peccantibus consuetudine implicatus tenetur sub mortali peccato quam officiter retractare et emendare, ib. n. 237. haec procedunt etiam de consuetudine circa quosdam malos externos actus, v. g. blasphemiam, iuramentum falsum licet absque advertentia et animi blasphemandi aut iurandi prolata, ib. n. 238.

In omni peccato duo appropinquare sunt distinguenda, nempe reatus culpa, et reatus poena; reatus culpa in peccato mortali est dignitas ad odium Dei, quae Deo ius tribuit odio habendi peccatorem, reatus poena autem est dignitas ad poenam, quae Deo ius tribuit puniendi peccatorem, ib. n. 244.

Nemo potest nec debet, Teclusa speciali revelatione, fide divina credere sibi remissa esse peccata, To. 2. Tr. 4. c. 4. S. 2. n. 27. | Vid.

Justificatio! Homo iustus cum ordinariis gratiis divina auxiliis non potest toto vita sua tempore omnia omnino peccata venialia vitare, ib. c. 9. lict. i. S. 2. n. 150. | Vid. Gratia!

84 Peccatus: appud. ad Tr. S. To. 3. c. 4. S. 1. n. 71.  
9 Belagius, et Belagiam. Enrit. Theol. Enrit. 9. S. 1. n. 158.

89 Pensio est portio reddituum alicui ex alterius Beneficio legitime competentis. Alia est laica, quae propter temporale aliquod obsequium datur, nec clericatum exigit, adeoque Laicis competere potest; alia Clericalis seu Ecclesiastica, quae solum Clericis conceditur; et haec est duplex, merè spiritualis, quae datur Clerico ob ministerium spirituale; et mixta, quae quidem statum Clericalem requirit, sed in eo fundatur, non tamen ob ministerium spirituale, sed propter honestam sustentationem datur, To. 3. Tr. 4. c. 5. S. 4. n. 293. ut pensio Clericalis valide et licite obtineatur, requiritur 1<sup>o</sup> ut impetrans sit Clericus seu habeat primam tonsuram, non sit conjugatus, nec illegitimus, nec irregularis, nec ulla censura interdictus. Quod si pensio sit mixta, requiritur insuper, ut non habeat aliunde necessaria ad honestam sustentationem: si vero sit merè spiritualis, requiritur, ut ministerium spirituale possit et ve-

lit rati prastare; 2<sup>o</sup>. requiritur dispensatio Papa percipiuntur  
à Concilio Tridentino casus aliqui, in quibus sufficit dispensatio Episcopi;  
3<sup>o</sup>. iusta causa; 4<sup>o</sup>. debet esse moderata. Non licet habere plures  
pensiones, quando una sufficit, ib. n. 294. Pensio extingui-  
tur morte naturali et civili, aut degradatione Pensionarii; tam per  
Matrimonium vel Professionem Religiosam; et etiam per varia de-  
licta, qualia sunt haereticus, crimen laesa Majestatis, aut Sedis Apосто-  
licae, percussio Cardinalis vel Episcopi, in cuius Diocesi percipitur pen-  
sio. Pensionarius Clericus, qui aliunde ad horas Canonicas non tene-  
tur, debet sub mortali reitare quotidie officium parvum B. V. Ma-  
ria; tenetur etiam habitum et tonsuram Clericalem gerere, ib. n.  
296.

235

Prim. ff.  
pag. 225.

Pensionarius |: Vid. Pensio:|

Pentateuchus |: Vid. Libri Legales Vet. Test.:|

Perjury. Non licet aliam pro alia reddere, To. 3. Append. ad Tr. 5.  
p. 2. c. 2. §. 4. n. 574.

Perfidia avaritia filia est, quâ fides in promissis, pactis, et rebus creditis  
violatur. Mortalis est in re gravi contra iustitiam, To. 3. Tr. 6. p. 3.  
c. 1. §. 2. n. 267.

Perjurium generatim et latè hunc definitur Invocatio Dei in tes-  
tam eorum, quae vel sine veritate, vel sine iustitiâ, vel sine judi-  
cio, vel sine his tribus conditionibus simul hactenus asseruntur et promittuntur.  
Strictè hanc definitur Invocatio Dei in  
testam falsitatis. Iuramenta, quibus iudicium et iustitia  
totummodo desunt, non nisi latiori sensu ut plurimum perjurya di-  
ci possunt, ib. To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. Sect. §. 4. n. 454. |: Vid. Iuramentum:|

Perjurium seu Iuramentum solo iudicii defectu vitiosum non est  
nisi veniale peccatum, modo absit contentus scandalumve, et  
periculum iurandi falsum quid, ib. n. 455. Solo ob. ib. n. 476.

Quisque tenetur sub mortali consuetudinem iurandi sine necessitate  
vitare et contractam evellere, ib. n. 456.

Perjurium seu Iuramentum, cui deest iustitia, sive sit promissio-  
rium sive assertorium seipsum est peccatum mortale; unde 1<sup>o</sup>  
qui sine animo et intentione faciendi iurat se facturum rem illicitam  
etiam veniale peccat mortaliter, ib. n. 457. 2<sup>o</sup>. qui iurat se  
rem mortaliter malam esse facturum sive cum animo sive sine animo  
ejusdem implenda, mortaliter peccat, ib. n. 458. 3<sup>o</sup>. perjurium,  
seu iuramentum assertorium rei mortaliter mala, cui deest  
iustitia est peccatum mortale, ib. n. 459. perjurium vero tum  
promissorium tum assertorium cum animo faciendi, quod iurat, de  
re tantum venialiter mala iusta multos est peccatum mortale;  
iusta alios vero tantum veniale, ib. n. 459. etsi tamen, inquirunt  
hi Theologi, haec iuramenti species non pertingat ad mortalitatem pec-  
cati mortalis, est tamen peccatum intra latitudinem peccati ve-  
nialis valde gravis; imò iuramentum hoc in multis casibus à mor-  
tali excusari non potest: itam haec iuramenta sepe profertur  
solent cum verbis, quae blasphemiam sonant, adeoque gravem  
irreverentiam Deo irrogant, quae proinde nunquam sunt sine  
gravi peccato, ib. n. 460. Iuramentum assertorium cui  
deest veritas, hoc est perjurium proprie et stricte sumptum seu

236

per et in omni materia est peccatum mortale, nisi excuset inadvertentia, ib. n. 461. et seq. Perjurium promissorium est peccatum mortale 1<sup>o</sup> si absit intentio jurandi; 2<sup>o</sup> si absit intentio implendi id, quod juratur; 3<sup>o</sup> si intentio illa adimplendi id, quod juratur, mutetur, nec adimpleatur saltem in re gravi, ib. n. 466. et seq. Qui non implet id, quod interposito juramento promisit, etsi levis et minimi momenti sit, tamen juxta multos peccat mortaliter, juxta alios vero venialiter tantum, ib. n. 470. et 471. Non licet persona privata etiam in Judiciis exigere juramentum ab eo, qui praevidetur pejoraturus; licet tamen Judici ad instantiam partis, ib. n. 472. et seq. Solv. ob. ib. 477. et seq. Non est licitum Judici in ubi causa

juramentum ab utraque parte exigere. Si quis dubitat an alter sit pejoraturus, tunc in re gravi potest ab eo juramentum exigere; itam aliqui possunt esse casus, in quibus etiam privatus possit juramentum ab eo exigere, quem praevidet pejoraturum; ut quando gravis necessitas id exigit, p. ib. n. 475.

Permutatio est à Beneficiis Beneficium huius mutua resignatio facta in manibus Ordinarii eâ lege, ut alterius Beneficium alteri conferatur, et vicissim: Si permutanda Beneficia in diversis Diocesis sita sint, requiritur auctoritas utriusque Episcopi: Si autem permutatio fiat cum adjectione oneris vel pensionis, requiritur auctoritas Capae, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 4. n. 288. ad permutationem eadem requiruntur, quae ad resignationem, ib. n. 289. vid. Resignatio: ut licite fiat permutatio requiritur justa causa, sicut utilitas Ecclesiae, seu major Dei cultus et majus animarum bonum, vel utilitas spiritualis permutantium, ib. n. 290.

Perpetuitas Ecclesiae: vid. Indefectibilitas Ecclesiae:

Personae: Cardinalis: Luis, To. 4. Tr. 4. p. 1. c. 2. n. 121.

Persona Divina. Persona ex Boetio definitur natura rationalis indivisa Substantia seu Subsistentia, To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 4. n. 413. Controversia est inter Theologos, quot in Deo seu personis divinis sit Subsistentia, an una tantum, eaque absoluta, aut tres relativa et una absoluta adeoque quatuor, vel an tres relativa duntaxat, ib. §. 1. n. 420. Tres sunt in Deo seu personis divinis Subsistentiae relative, nulla communis et absoluta, ib. n. 421. et 422. Solv. ob. ib. n. 423. et seq. Nihil obert, quin praeter absolutam et communem existentiam etiam tres relativa in Deo seu in personis divinis admittantur, ib. §. 2. n. 425. Solv. ob. ib. 429. et seq.

Quamvis omnia, quae in Deo sunt absoluta, tribus divinis personis sint communia, nihil tamen officit, quin appropriatio in personis divinis locum habeat, et nomina attributa seu proprietates absoluta certis personis speciali quadam ratione tribuantur et accommodentur, v. g. Patri Omnipotentia, Filii Sapientia, Spiritus Sancti Bontas et Caritas, ib. §. 3. n. 432. Recte à Theologis quinque assignantur in divinis personis Notiones, sicut Innasibilitas seu Improductibilitas, Paternitas, Filiatitas, Spiritus activa, et Spiritus passiva, seu Processio, ib. §. 4. n. 433.

Non requirunt plures divinas personas posse assumere eandem humanitatem aut fluxes, vel unam personam pluribus uniri, ib. Tr. 3. c. 5. §. 3. n. 243. vid. Missio, Circuminfessio, Relationes divinae, Proprie-

tas, Substantia, Trinitas!

Continentia quinta vana gloria filia est perseverantia in propria sententia contra veritatem cognitam vel sufficienter propositam. Mortalis est, quando veritas illa ad fidem vel bonos mores, pietatem, pacem, grave bonum proximi pertinet, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 1. n. 264. contra eam eadem sunt adhibenda remedia ac contra Superbiam, ib. n. 265. | vid. Superbia!

Pes est quoddam vulgatifimum mensura genus continens quatuor palmos seu sedecim digitos transversim positos, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 151.

Petrus | Sanctus | quis, et quomodo Christo adhaerent, To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 2. c. 3. n. 669. Dna in Sacrorum Scripturarum Codice referuntur illius Epistola. Quando et quibus prima inscripta sit, et quid contineat, ib. n. 670. Secunda item quando, quibusque inscripta sit, et quid contineat, ib. n. 671. De istius Epistola auctoritate et auctore olim quidam dubitare visum, non ipse Lutherus: sed et ab ipso corrupta est, et canonica, ib. n. 671. et seq. Solv. ob. ib. n. 675. S. Petrus primum super alios Apostolos accepit à Christo, ib. Tr. 3. c. 3. §. 1. n. 358. et 359. Solv. ob. ib. n. 360. et seq.

Petrus Chrysologus | Sanctus | Quis, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 66.

Petrus Lombardus, Quis, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 91.  
Philosophi. Theologo eadem Philosophorum ratio inauda forma est ac rationis naturalis, To. 1. Tr. 4. c. 4. n. 124. | vid. Latio naturalis, Theologi Scholastici!

Pothadius | Sanctus | Quis, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 54.

Potius, Quis, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 94.

Pignus est contractus, quo debitor rem mobilem aliquam tradit creditori ad securitatem debiti, pro quo hic obligata est, ut ea solutio peti possit si debitor non solverit, To. 3. Tr. 5. c. 3. sect. 2. §. 9. n. 409. Differt ab Hypotheca 1<sup>o</sup> quod in pignore res tradatur creditori, in hypotheca vero res sola conventionione obligatur sine traditione: interdum tamen mobilia sine traditione hypothecantur; 2<sup>o</sup> quod pignus sit rei mobilis, hypotheca vero rei immobilis: haec tamen nomina passim in Jure idem sonant et sumuntur pro ipsa re alteri obligata ad securitatem debiti et pro jure petendi solutionem ea re obligata; eademque sunt utriusque rationes, ib. n. 410.

Pignus dividitur in protorium, quod Juriis Statuto; conventionale, quod ex partium consensu; et legitimum, quod ipsa legis dispositione vel consuetudine constitutum est, etiamsi de eo nulla facta sit in contractu mentio: sic bona tutoris et curatoris sunt oppignolata seu hypothecata pupillis et minori pro administratione bonorum, bona mariti pro dote uxoris, p. ib. n. 411.

Obligaciones illius, qui aliquid in pignus seu hypothecam assignat, sunt 1<sup>o</sup> ut res, qua pro multis debitis non sufficit, pro us omnibus in hypothecam non detur; 2<sup>o</sup> debet refundere creditori impensas, quas ita in pignoris seu hypothecae conservatione fecerit; 3<sup>o</sup> non potest rem oppignoratam seu hypothecatam cuiquam vendere, nisi prius emptorem moneat, ib. n. 412.

Obligaciones illius, qui pignus accipit aut hypothecam, haec sunt: 1<sup>o</sup> ut ea, qua in pignus seu hypothecam accipit, diligenter servet, et

237

7 Plagiatus  
To. 3. append.  
ad Tr. 5. p. 2.  
c. 4. §. 1. n. 774.

urset, ne peccant; tenetur enim de culpa lata et levi; 2º ut statim pignus, debito integre soluto, restituat; 3º ut ipsum non vendat, nisi debitor sit in mora solvendi eoque prius monito, ib. n. 413.

Pluralitas Beneficiorum. Peccat mortaliter, qui etiam cum dispensatione pa-pa plura habet Beneficia tametsi simplicia, quando unum ad honestam sustentationem sufficit, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 3. n. 259. et leg.

Poenitentia. Poenitentia nomen triplici tenet in S. Scriptura hinc, 1º pro poe-na, quas quis admissum delictus castigat; 2º pro odio et detestatione vite veteris; 3º pro resipiscentia, seu pro mutatione iniqua veteris vite in ali-am, qua pia sit et laeta, To. 4. Tr. 5. proom. n. 3. Triplicem hunc poenitentia sensum Scriptura Novi Testamenti graeco Metastasis no-mine exprimit, quod nomen Novatores nova vita inchoationem perpe-rant interpretantur. Praecipue tamen Poenitentia nomen suum habet a poena, qua quis, quia deliquit, in se ipsum animadvertit, ib. n. 4.

Prater triplicem illum sensum, quem Poenitentia nomini Scriptura tribuit, et Patres adoptant, ipsa etiam accipitur pro vero ac proprie dicto Nova Legis Sacramento, quo peccata post Baptismum commissa delentur, quodque aliis nominibus Concilia et Patres nun-ciant 1º Mannuum impositionem; quia deum in reconciliatione poenitentium adhibebatur manus Sacerdotalis impositio: 2º di-citur apud Graecos Enomologesis, id est, Confessio: ea enim antequam confessio accipitur pro integra actione poenitentiae: 3º appellatur Se-cunda post naufragium tabula; ut enim confracta navi, unum vita servanda perfrugium reliquum est, si forte tabulam aliquam de nau-fragio liceat arripere, qua quis ad portum vehatur, ita post amissum Baptismi gratidum, nisi quis ad Poenitentiae tabulam confugerit, sine dubio de eius salute desperandum est: 4º a multis vocatur Bap-tismus laboriosus; quia perinde ac Baptismus animam purgat a torribus ob intimum, quam includit, animi dolorem de peccatis, et ob-toleratos in eorum vindictam dolores, ib. n. 5.

Poenitentia sub duplici ratione considerari potest; 1º ut est virtus; 2º ut est verum Sacramentum a Christo Domino institutum. Ut est virtus definitur Habitus hominem inclinans ad odium et detes-tationem peccati sui commissi, ad firmum melioris vita propo-situm, et sui vindictam in compensationem injuria Deo illata, ib. n. 6. Ut autem est Nova Legis Sacramentum describi solet Sacra-mentum a Christo Domino institutum, quo per juridicam Sacerdotis absolutionem contritis, confessis, ac satisfacere proponentibus pec-cata post Baptismum commissa remittuntur, ib. n. 7. Ultra-que haec ratio et virtutis nimirum, et Sacramenti ita in Poeniten-tia est connexa, ut neque virtus prodesse possit sine Sacramento, vel saltem sine ordine ad illud, neque Sacramentum sine virtute consistere, unius omnes dotes in se complecti ac retinere debet, ut ratum sit ac validum, immo sic rationem partis sui quasi mate-riae Sacramenti Poenitentiae habeat, ib. n. 8.

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

ut est verum Sacramentum a Christo Domino institutum. Ut est virtus definitur Habitus hominem inclinans ad odium et detes-tationem peccati sui commissi, ad firmum melioris vita propo-situm, et sui vindictam in compensationem injuria Deo illata, ib. n. 6. Ut autem est Nova Legis Sacramentum describi solet Sacra-mentum a Christo Domino institutum, quo per juridicam Sacerdotis absolutionem contritis, confessis, ac satisfacere proponentibus pec-cata post Baptismum commissa remittuntur, ib. n. 7. Ultra-que haec ratio et virtutis nimirum, et Sacramenti ita in Poeniten-tia est connexa, ut neque virtus prodesse possit sine Sacramento, vel saltem sine ordine ad illud, neque Sacramentum sine virtute consistere, unius omnes dotes in se complecti ac retinere debet, ut ratum sit ac validum, immo sic rationem partis sui quasi mate-riae Sacramenti Poenitentiae habeat, ib. n. 8.

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

Nulum veterum Haeticorum Poenitentiam ex Sacramentorum albo expungere ausus est. Saulo XVI. Lutherus primus negavit eam esse Sacramentum proprie dictum, sed esse tantum viam et reditum ad Baptismum; videntur tamen Lutherani retinere Poenitentiae Sacramentum: At Zuinglius et Calvinus aperte negarunt Poeni-tentiam esse Sacramentum a Baptismo distinctum, cujus memoria,

justa eos, propter apprehensionem fidei duntaxat peccata Baptis-  
mum subsequenter remittit; in quo errore omnes Calvinista versan-  
tur, ib. c. 1. §. 1. n. 10. Poenitentia est verum ac proprie dic-  
tum Sacramentum Novae legis, ib. n. 11. et seq. Sols. ob. ib. n. 22. et seq.  
à Baptismo ejusque memoria omnino distinctum est et diversum,  
ib. n. 15. et seq. Sols. ob. ib. n. 26. et seq. estque institutum per modum  
judicii, ita, ut in eo peccata verè remittantur, et non tantum declaren-  
tur remissa, ib. n. 18. et seq. Sols. ob. ib. n. 32. et seq.

Sacramentum Poenitentiae in re vel in voto necessarium est necessitate  
medii omnibus, qui post Baptismum mortaliter peccaverunt, ib. §. 2.  
n. 39. et seq. Sols. ob. ib. n. 42. et seq.

Duplex in Sacramento Poenitentiae materia distinguitur, remota si-  
licet seu circa quam, Dest objectum, circa quod occupatur Poeniten-  
tia Sacramentum; et proxima, haec ex qua, Dest partes, ex quibus  
istud Sacramentum constat, ib. §. 3. n. 46. Peccatum origina-  
le non est materia remota Sacramenti Poenitentiae, ib. n. 47. sed pec-  
cata actualia post Baptismum commissa, ib. n. 48. inter ea peccata  
mortalia post Baptismum commissa sunt materia necessaria Sacra-  
menti Poenitentiae, ib. n. 49. Venialia vero sufficiens, ib. n. 50. Ta-  
nique peccata sive mortalia sive venialia jam ita in confessione de-  
clarata et per absolutionem remissa sunt adhuc sufficiens remota  
materia Sacramenti Poenitentiae, ib. n. 51. Circa materi-

am proximam seu ex qua Sacramenti Poenitentiae varie errant Ho-  
mines; Scholastici vero nostri in varias, salva tamen semper fide,  
abierunt opiniones. Lutherus duas tantum Poenitentiae partes  
tanquam materiam ex qua assignat, nempe terrores inmissos conu-  
entis agnitione peccato, et fidem conceptam ex Evangelio vel absolu-  
tione, qua quis credit sibi remissa esse peccata, ib. n. 52. Calvinus  
duas quoque, sed alias à Lutheri, assignat Poenitentiae partes, moti-  
ficationem scilicet vitiorum, seu abnegationem totius ve-  
teris hominis, et vivificationem, hoc est, piium bene viva-  
di Studium, ib. n. 53. Inter nostros Scholasticos aliqui  
pro materia proxima seu ex qua Poenitentiae assignant ma-  
nus impositionem, qua antiquitus erat in usu. Durandus  
vel solam confessionem esse loci materia. Scotus totam  
Sacramenti Poenitentiae essentiam in una reponit Sacerdotis  
absolutione, qua quatenus est ritus exterior hoc sensibilibus ma-  
teria; quatenus vero peccatorum veniam significat, forma ra-  
tionem induit; contritionem vero, confessionem ac satis-  
factionem non tanquam partes, sed tanquam condiciones ad Sa-  
cramentum Poenitentiae esse fructu percipiendum requiri con-  
tendit. Theologi modo communiter pro materia ex qua  
Sacramenti Poenitentiae assignant tres actus poenitentis, si-  
licet contritionem, confessionem, et satisfactionem; duas  
prioras quidem pro materia essentiali, Satisfactionem vero pro  
materia integrante, ib. n. 54. Manus impositio Sacerdotis  
non est materia proxima haec ex qua Sacramenti Poenitentiae,  
ib. n. 55. Sols. ob. ib. n. 58. Tres actus poenitentis, scilicet con-  
tritio, confessio, et satisfactio sunt materia proxima seu ex qua  
Sacramenti Poenitentiae, ib. n. 56. Sols. ob. ib. n. 59. et seq. Con-  
tritio et confessio sunt partes essentielles Sacramenti, Satisfac-



210

tio vero pars integralis, ib. n. 37. Solv. ob. ib. n. 64. et seq. | Vid. Contritio, Confessio, Satisfactio |

Solis Episcopis et Sacerdotibus, non vero Diaconis, nec Laicis data est a Christo potestas absolvendi a peccatis, ib. c. 6. §. 1. n. 325. Solv. ob. ib. n. 326. et seq. Potestas Sacerdotum quoad Tribunal poenitentiae alia est Ordinis, qua sibi et confertur per Ordinationem Presbyteris his verbis: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, p. et potestas jurisdictionis alia, quae est potestas regendi et gubernandi plebem subjectam; seu prout hic subicitur, est potestas ligandi, solvendi, p. in Tribunali poenitentiae, ib. §. 2. n. 331.

Ad Sacramentum poenitentiae valide administrandum potestas Ordinis Sacerdotalis requiritur jurisdictionis vel ordinaria vel delegata, ib. n. 332. et 333. Solv. ob. ib. n. 334. et seq. Ad valorem Sacramenti poenitentiae potestas Ordinis et jurisdictionis requiritur in Confessario tum Regulari tum Seculari non habente Beneficium parochiale, approbatio Episcopi, ib. n. 341. et seq.

Effectus Sacramenti poenitentiae, praeter gratiam sanctificantem omnibus Sacramentis communem, et gratias actuales sacramentales ad reidivum in peccata lapsum vitandum suo tempore concedendas, est remissio peccatorum tum mortalium tum venialium: circa quod Not. 1.º nullum peccatum est, quantumcumque grave, quod per poenitentiam remitti nequeat; 2.º nullum peccatum mortale remitti potest sine poenitentia; 3.º unum peccatum mortale remitti non potest sine alio; 4.º per Sacramentum poenitentiae remittuntur peccata quoad culpam et poenam aeternam; 5.º remissa culpa non semper tolluntur omnes peccati reliquiae; 6.º peccata venialia absque poenitentia vel formali vel virtuali remitti non possunt; 7.º venialia per Sacramentum poenitentiae directa et in opere operato remittuntur, ib. n. 396.

Bona justorum opera et virtutum merita per peccatum mortificata beneficio subsequente poenitentiae reviviscunt non modo ad premium aliquod accidentale, nec solum ad partem aliquam praemii essentialis, sed etiam ad totum essentialis, et quidem adaequate distinctum ab eo, quod debetur actu poenitentiae, per quem reviviscunt, idque ex sola Dei misericordia, ib. §. 2. n. 398. et seq. meritis per remissionem peccati reviviscuntibus, etiam recuperatur gratia sanctificans meritis illis respondens; item recuperantur simul omnes virtutes infra meritis illis reviviscuntibus respondentes, ib. n. 401. Solv. ob. ib. n. 402. et seq.

Peccata per poenitentiam dimissa non redeunt per peccata subsequente, ib. §. 3. n. 411. et seq. Solv. ob. ib. n. 418. et seq. | Vid. Satisfactio |

Poenitentiaris Confessionibus Fidelium exiipiendis praefertur cum facultate absolvendi a casibus Episcopo reservatis. Concilium Tridentinum jubet, ut in qualibet Cathedrali Ecclesia, si id commode fieri possit, poenitentiaris instituantur cum unione praebenda, p. To. 4. Tr. 1. p. 1. c. 7. §. 8. n. 122.

7 Pollicitatio.  
vid. Poenitentia  
4  
no.

Sen mollicitas in materia luxuria formaliter ac proprie sumpta, est voluntaria seminis effusio sine ullo conubitu, sive illud foras effundatur, ut in maribus, sive intus defluat in matrice, ut in foeminis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 240. Pollicitio voluntaria est per se semper peccatum mortale, ib. n. 241. unde nullo casu, etiam non voluptatis, sed solius mortis vitanda causa, licet eam in se vel in alio quovis modo voluntarie procurare, admittere, intendere, p. ib. n. 242. et 244.

211

De Distillatione, qua est fluxus humoris quasi medi inter urinam et Semen, idem sentiendum ac de pollutione, si fiat cum sensu delectationis venerae: cum autem fit sine ulla commotione spirituum genitalium, et absque omni carnali delectatione, de ea non est magis curandum, quam de sudore, ib. n. 293. Pollutio, si non sit voluntaria peccata in se, sed in sua causa, ut soepe fit in somno, vel quando ex causis naturalibus licitis oritur, non est peccatum sensu consensu in delectationem: pollutio tamen in somno facta mortalis est, si antea directe provocata est, vel si post somnum in ipsa vigilatione cum plena advertentia placuit ob delectationem veneram: est etiam peccatum si indirecte provocata fuerit in excessu ubi vel potius: soepe pollutio, praeter propriam malitiam habet adhuc aliam petitam vel ex qualitate persona se pollutantis, si est laica vel conjugata; vel ex affectu ad aliam, cum qua desideratur concubitus, quia si sit soluta, habet malitiam fornicationis; si laica, sacrilegii; si ejusdem sexus, Sodomia; si conjugata, adulterii; p. Vel ex modo, quo se pollut, si nempe fiat per tactus mutuos cum alia persona; nam haec circumstantia pertinet ad speciem Sodomia; si ambo sint ejusdem sexus; ad incestum, si sint consanguinei aut affines diversi sexus, ib. n. 295. Desiderare pollutionem in somno contingentem, ut natura levetur seu sanetur, dummodo non intendatur ipsa pollutio nec delectatio venera, nec aliquid adhibeatur, ut pollutio in somno sequatur, non est peccatum, ib. n. 296. Ponere sine urgente necessitate actionem, ex qua tanquam causa propinqua praevidetur sententia pollutio, vel delectatio venera, quamvis aliunde neutra intendatur, nisi adsit propositum motus, illos comprimendi cum invigent, est peccatum mortale, ib. n. 297. Si tamen urgente necessitate ponatur talis actio, sensu affectu proprio et periculo consensus in delectationem veneram, neutiquam peccatum est, ib. n. 298. Regne mortale peccatum est contra castitatem ponere actionem, in qua tanquam causa, seu dispositione remota et per accidens praevidetur sententia pollutio vel delectatio venera, modo neutra intendatur, et absit periculum consensus in delectationem veneram; videtur tamen esse peccatum veniale etiam contra castitatem sine justa causa ponere tales causas: quod si esset periculum probabile consentiendi in delectationem veneram, ut si quis pluries in tali occasione consenserit, tunc is ex communi tenetur ab illa actione, quantumvis honesta et utili, abstinere, ib. n. 299.

Polygarpus | Sanctus | Quis, ejus opera, To. i. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 32.

Polygamia vox graeca idem significat ac uxorum pluralitatem; haec autem vel est haesiva, cum nempe uno conjuge mortuo alter ad secundas vel ultteriores nuptias convolat; vel simultanea, cum nempe eodem tempore aut vir plures uxores, aut mulier plures habet viros. certum est polygamiam, qua una mulier multis simul viris nubet, esse contra jus naturale, To. 4. Tr. 8. p. 2. c. 5. §. 1. n. 65. Primus inter mortales polygamiam simultaneam exercuit Lamech septimus ab Adam ex posteritate Cain, genes. 4. illius exemplum imitati sunt gentiles; et exemplum Abrahami, qui primus inter sanctos viros cum pluribus uxoribus simul nupsit, polygamiam viam aperuit veri Dei cultoribus, ib. n. 66. Primus qui inter Christianos polygamiam simultaneam exercuit recensetur Philippus Hespiae Landgravius anno 1539. con-

cedente et probante Luthero cum aliis suis commilitonibus Novatorum Germania Antesignanis: qua enim de Valentiniano Seniore Socrates refert falsa et conficta esse perhibentur, ib. n. 67.

Pluralitas Simultanea uxorum adversatur legi naturali; in ea tamen Deus dispensavit cum veteribus Patriarchis et abis in lege Mosai- ca: Sed Christus Dominus in lege nova ejusmodi dispensationem plane revocavit, conjugationemque cum pluribus simul uxoribus illicitam fecit ac proinde vitam, ib. n. 68. et seq. Solv. ob. ib. n. 75. et seq.

Polygamiam haec proinde esse contra jus naturale ac divinum, ac proinde per se malam et illicitam apponere inter veteres Haereticos Montanista, quibus se adjunxit Tertullianus; et post eos Novatianus. Multi ex Catholicis Patribus secundas et ultimas nuptias

veluti totidem fornicationes et adulteria perstrinxerunt ac damna- ra visi sunt: Verum duriora sunt ita necnon emollicienda; non enim in ipsas nuptias cadunt, tanquam per se mala forent et illicita, sed in lapsus, nebantes, quorum effusam incontinentiam et libidinem durissime castigant ac reprehendunt, in qua redarguenda tanto ardoris impetu aliquando abrepti sunt, ut ipsasmet nuptias in se ipsis culpasse videantur, ib. n. 81. Haec ratione levior suspes

videtur apud veterem et primitivam Ecclesiam disciplina erga eos, qui ad secundas ~~et ultimas~~ et ultimas nuptias transibant, ib. n. 82.

quae veteris Ecclesiae disciplina, quae secundas et ultimas nuptias nec haudabantur, nec omnino probabantur quidem, temporis lapsu mitigata est, imò proinde obsolevit, tunc praecipue, quod Ecclesia, et si eos non omnino probaret, nunquam tamen eos pro novis ac per se illicitis habuerit, multo minus pro nullis et vitis; et quod nec naturali nec divino juri adversentur, ib. n. 83. et seq.

Pondo seu Pondium moneta apud Antiquos, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 124.

Pondus seu Moneta. Varia fuerunt apud Antiquos pondera seu moneta, quae etiam Scriptura commemorat, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 125.

Pontifex Romanus Supra ceteros Episcopos in tota Ecclesia primatum hono- ris et jurisdictionis obtinet, idque jure divino, To. 1. Tr. 3. c. 5. §. 2. n. 371. et seq. Solv. ob. ib. n. 375. et seq.

Dignitate considerari potest, namque ut Doctor privatus, et ut publicus Ecclesiae Doctor et Pastor, qui Ecclesiam universalem docet, seu, quod ajiunt, ex Cathedra loquitur, To. 1. Tr. 3. c. 5. §. 3. n. 384. Ex cathedra res, fidei et morum definitis est omnino infallibilis, ib. n. 385. et seq. Solv. ob. ib. n. 392. et seq. An auctoritatem aliquam in res tem- porales Principum à Christo Domino acceperit, affirmantis, et ne- gantis sententia argumenta referuntur, ib. n. 395. et seq.

Inanis summi Pontificis alibi fateri videantur se Ecclesiae Ca- nonibus subditos esse, caute tamen non sequitur eos Ecclesiae seu Comitibus subditi, ib. §. 2. n. 284. et seq.

Pontifex Romanus dicitur etiam Episcopus Romanus, Metropoli- ta Latii, Primas Italiae, Patriarcha Occidentis, Papa seu Pater Ecclesiae universalis, totius Ecclesiae visibile caput, ac Juxta con- troversiarum; quia Petri in Sede Romana est Successor; atque titulum summi Pontificis uti et Papa ad se sibi proprium habet Romanus Pontifex, ut nulli alteri attribui possit, To. 4. Tr. 4. p. 2. c. 1. §. 1. n. 183.

Popapio est rei actualis vel juridica detentio, seu actus vel jus detentionis rei. Actus detentionis vocatur popapio facti, quae est detentio rei

corporis, et animi, et juris adminiculo. Jus vero Detentionis vocatur possessio juris, qua est jus insistendi rei tanquam sua non prohibita possideri, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 144 et 145.

Possessio sic exposita alia est, qua fit proprio nomine, ut in proprietario; alia, qua fit alieno, ut in depositario: alia est iusta, qua fundatur in legitimo titulo; alia injuria, qua legitimo titulo destituta est: alia civilis, qua est rei Detentio solius animi adminiculo, atque sufficit ad continuandam possessionem, quamvis ad eam inchoandam non sufficiat; dicitur civilis tum quia fundatur in Jure Civili, tum quia parit effectus civiles, nempe usucapionem, et dominium fructuum; alia naturalis, qua res corpore et animo simul occupatur. Addunt huc aliqui possessorem civilissimum, qua ex sola legis dispositione acquiritur, etiam ab usucapione, adeoque sine corpore et animi adminiculo: sic haeres parvulus defuncti hereditatem possidet, ib. n. 146.

Ad prescriptionem necessaria est possessio, qua fit proprio nomine, nec sufficit possessio precaria, neque naturalis: debet etiam esse continuata, ib. n. 147.

Possessio denique alia est memorialis, cujus initium scilicet habetur memoria; alia immemorialis, cujus initium nempe apud seniores non est memoria, ib. n. 149. | Vid. fides bona, Restitutio:

Possessorius: Antonius: | Juris, ejus Opera, To. 1. Tr. 1. p. 2. c. 1. §. 2. n. 99.  
Postulatio est facta ab Electoribus Superiori ad vacans Beneficium vel dignitatem presentatis personae, qua eligi non poterat ob impedimentum Canonium seu defectum, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 1. n. 244.

Potestas. Potestas civilis non potest ferre leges de rebus Spiritualibus, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. Sect. 2. n. 191.

Potestas Presbyteri seu Sacerdotis alia est Ordinis, qua scilicet confertur per illius ordinationem his verbis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccato, remittuntur eis; alia jurisdictionis, qua est potestas regendi et gubernandi plebem subiectam, seu, prout hic sumitur, est potestas ligandi, solvendi, &c. in Tribunali poenitentiae. Duplex distinguitur, una ordinaria, qua iis omnibus competit, quibus ex officio aut titulo Beneficii incumbit cura animarum; altera delegata, qua scilicet ex commissione habetur: priorem habent, Terrarum Canonum regulis, Summus Pontifex in tota Ecclesia, Episcopi in propriis Diocesis, Praelati seu Abbates exempti in suis territoris, Religionum Abbates, Ministri generales, et Provinciales erga Religiosos sibi subditos, ac tandem Barones in suos parochianos; To. 4. Tr. 5. c. 6. §. 2. n. 331.

Praeceptum fidei, Spei, Charitatis: | Vid. Fides, Spes, Charitas:

Prædestinati. Nec omnes nec soli sunt in Ecclesia Christi, To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 1. n. 294. et seq. Sols. ob. ib. n. 297. et seq.

Prædestinatio generatim et latiori quodam sensu usurpatur pro qualibet praedestinatione seu praedestinatione divina, et extenditur ad ea omnia, qua Deus statuit vel per se facere vel permittere. Strictiori sensu, et prout Nos eam sumimus, est antecedens ac aeterna creaturae ratio-

243

98. 233.

nalis in finem vita aeterna destinatis et praedestinis. Variis nominibus  
 in Scripturis designatur, dicitur nempe vocatis secundum propositum seu con-  
 siliium Dei, Electis, Electis, Electis, Preparatis, Preordinatis, p. Item  
 alia est ad gratiam, quam gratuitam esse fides docet; alia ad gloriam, de  
 qua disputant Theologi, an fiat ea praevisis meritis gratia, an ante illa  
 praevisa: hinc nata in scholis distinctio praedestinationis in adagratam,  
 qua scilicet utramque complectitur, et inadagratam, qua unam  
 tantum continet: Adagrata est absoluta et efficax voluntas in Deo  
 ab aeterno existens dandi gratiam et gloriam, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. d. 1. n. 255.  
 et recte definitur a S. Augustino Gravitate et preparatio beneficiorum  
Dei, quibus certissime laborantur, quicunque liberantur, ib. n. 256.  
 Quanam sit scientia illa Dei ad praedestinationem requisita, an simpli-  
cis intelligentia, an visionis, an media seu conditionatorum sola vel  
 una cum scientia simplicis intelligentia vel una cum scientia visionis,  
 disputant Theologi, ib. n. 257.  
 Admittenda est vera ex parte Dei praedestinatio, ib. d. 2. n. 260. Sols.  
ob. ib. n. 261. et seq. Praedestinatio est a Deo tanquam causa effi-  
 ciente, ib. n. 263. Praedestinatio ad gratiam est absoluta et effi-  
 cax Dei voluntas dandi gratiam et ipsa perducens ad beatitudi-  
 nem: nomine autem gratia intelligitur hic omne medium  
 efficax ad beatitudinem perducens, ib. n. 264. Haec praedestinatio  
 est gratuita, ita, ut nulla detur eius ratio seu causa ex parte praedestinati,  
ib. n. 265. Sols. ob. ib. n. 267. et seq. Praedestinatio  
 ad gloriam duplici ratione considerari potest, nempe vel in ordine  
 intentionis, vel in ordine executionis, hoc est, vel ex parte Dei aeterno  
 suo consilio ac decreto nominibus ad gratiam et gloriam destinantis,  
 vel in tempore illud suum decretum exequentis. Omnes docent  
 gloriam in tempore seu executione nominis meritis ex gratia elici-  
 tis tribui: de solo igitur ordine intentionis in mente divina est con-  
 troversia, qua de lana, ut ajunt, caprina esse videtur, ib. n. 268.  
 Effectus praedestinationis sunt ea omnia et sola, quae a Deo voluta seu  
 decreta sunt ea speciali effectu erga salutem praedestinati, et ad eam  
 et ipsa conducunt sive per modum meriti ejusve principii, sive per  
 modum occasionis aut amotionis impediendi, sive quovis alio modo  
 ex ordinatione et intentione divina; hinc gratia actualis et habi-  
 tualis, bona opera, perseverantia finalis, et gloria sunt effectus  
 adagratas et primario per se intentus praedestinationis; effectus  
 vero secundarii sunt gratia interna, miracula, praedictio, libri pii,  
 exempla virtutum, natiuitas ex Catholicis et piis parentibus, recta  
 educatio, instructio, morbi, calamitates, p. Proprietates  
 praedestinationis sunt certitudo seu immutabilitas, concordia cum li-  
 bertate creatae, et definitus praedestinatorum numerus, ib. n. 276.  
 Igitur certa et immutabilis praedestinatio, ib. n. 277. Sols. ob. ib.  
n. 281. et seq. Nullus sine speciali revelatione certus esse potest de  
 sua praedestinatione, ib. 278. Sols. ob. ib. n. 287. Certus ac deter-  
 minatus est praedestinatorum numerus, ib. n. 279. et praedestina-  
 tio nullam praedestinati imponit necessitatem. Sed cum eorum li-  
 bertate stat et conciliatur, ib. n. 280. Sols. ob. ib. n. 285.  
Prælati Ecclesiastici seu Episcopi. Triplex est eorum potestas, scilicet ordi-  
nis, jurisdictionis interioris, et jurisdictionis exterioris: prima est

potestas conficiendi et ministrandi Sacramenta; Secunda est potestas regendi Christianos in foro conscientia, absolvendo scilicet vel ligando; tertia est potestas regendi eorundem Christianos in foro exte-  
no, leges condendo, cognoscendo causas, lites dirimendo, p. To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. Sect. 1. n. 129.

Prescriptio definitur Acquisitio Domini et juris per possessionem legitimo tem-  
pore continuatam ex legis prescriptio, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 132.

Prescriptio alia est longi temporis, ut triennii, decennii, et vicennii; et alia longissimi, ut 30. 40. et 100. annorum, ib. n. 148.

Parcam acquiratur dominium rei alienae tam in foro interiori et conscientia, quam in foro exteriori, ib. n. 133. Solv. ob. ib. n. 134. et seq. Vid. Res mobiles, Res immobiles.

Ad legitimam prescriptionem quinque requiruntur conditiones; 1<sup>a</sup> ut res, quae prescriptione acquiratur, sit prescriptibilis, id est, à jure non prohibeatur prescribi; nonnulla enim prescribi nequeunt, ut 1<sup>o</sup> non prescribitur adversus hominem liberum, ut fiat ser-  
vus; 2<sup>o</sup> nec adversus Superiorem; 3<sup>o</sup> res publicis usibus deputa-  
ta; 4<sup>o</sup> Jus decimarum p. aliaque jura spiritualia à Laicis non prescribuntur, bene vero contra quantitatem et formam solutio-  
nis eorum prescribi ab ipsis potest; 5<sup>o</sup> non prescribuntur tri-  
buta, functiones publicae, census, jus appellationis, quae Principi solentur aut competunt; 6<sup>o</sup> Res sacra; 7<sup>o</sup> res illius, qui adeo impotens est aut impeditus, ut rem suam in iudicio pe-  
tare non possit; 8<sup>o</sup> fines provinciarum, Episcopatum et pa-  
rochiarum, quando constat de eorum limitibus. Multa quoque dicuntur non prescribi, intelligenda sunt de prescriptione, quae fit ordinario tempore, nempe spatio decennii aut viginti an-  
norum; nam prescribuntur prescriptione longissimi temporis, puta 30. aut plurimum annorum, tales sunt res fixae, fundus in  
Jotem datus, et res fortiva, ib. n. 143.

Secunda ad legitimam prescriptionem conditio est possessio  
ib. n. 146. et 147. Vid. Possessio.

Tertia est titulus legitimus, sive verus sive probabiliter presum-  
tus, ib. n. 148. Vid. Titulus.

Quarta est bona fides, ib. n. 152. Vid. Bona fides, seu Fides bona.

Quinta est Tempus, ib. n. 160. Vid. Tempus.

Prescriptio dicitur dormire, quando jam inchoata cessat, quod fit 1<sup>o</sup> tempore belli vel pestis, quando homines fugiunt in aliud territorium, vel quando jus non redditur; 2<sup>o</sup> quando Eccl-  
sia caret pastore; 3<sup>o</sup> Si is, contra quem agitur, non possit age-  
re, qualis est pupillus durante pupillari aetate. Dicitur  
autem interrompi prescriptio, quando postquam inchoata est, ita  
cessat, ut non debeat continuari cum praecedenti tempore, sive  
interrompatur naturaliter, puta desinente possessione aut bona  
fide; sive civiliter, scilicet per actum juridicum, puta lites con-  
tentionem, vel citationem, ib. n. 163.

Patronatus est persona idonea per Patronum Episcopo vel alteri, ad  
quem institutio pertinet, exhibitio seu nominatio legitime fac-  
ta. Potest fieri per laicos, si jus patronatus habeant, To. 3. Tr. 4.  
c. 5. §. 1. n. 254.

Prostigiium Divinationis species fit, cum Daemon variis apparitionibus

245c

245  
oculos perstringit, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. sect. 1. §. 2. n. 412. | Uid. Divinitis  
Præsul. Præsul nomen generarium est ordinemque admittit; nam Præ-  
sulum alii sunt inferiores, superiores alii, atque proinde illorum  
sunt vari gradus. Inter Præsules seu Episcopos primum locum  
obtinat Romanus Pontifex, sequuntur Cardinales, Patriarchæ,  
Primates, Archiepiscopi, Episcopi, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 1. §. 1. n. 183. et  
Seq.

Præsumptio est temeraria expectatio beatitudinis et mediocrum illius ef-  
sequenda, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 2. n. 348. Contra virtutem Spei  
pugnat per excessum, ib. n. 349. Est per se peccatum mortale,  
ib. n. 351. Causa præsumptionis sunt Superbia et inanis gloria,  
unde adversus eam eadem adhibenda sunt remedia, qua adver-  
sus Superbiam, p. ib. n. 352. Præsumptio potest esse filia  
Superbia est appetitus inordinatus faciendi aliquid facultatem hu-  
am excedens. Est mortalis ratione gravis injuria Dei, gravis  
damni proprii vel alieni, aut periculi talis damni, et cum usur-  
patur dignitas vel potestas vel officium laudare aut ecclesias-  
ticum, ib. c. 1. §. 1. n. 260.

Præcarium est gratuita solius rei unius concessio ad nutum revocabilis.  
Non difert à commodato, nisi quod possit quovis tempore repeti  
à concedente, non tamen in continenti, alioquin esset inane et  
illusorium, non beneficium. Solvitur ipsius rei alienatione  
et morte accipientis, To. 3. Tr. 5. c. 3. sect. 2. §. 8. n. 400.

Præbyter gratia idem est ac latine Senior. Præbyter ergo secundum  
etymon est nomen ætatis; secundum acceptionem vero est nomen  
officii ac Præfectura: Magistratus enim et Præfecti in Republica  
aliquis Seniores vocari solent, ut denotatur morum gravitas, qua  
eis competit, et in senibus magis cluset. To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 8. n. 116.  
Officia ejus sunt, ut offerat, benedicat, præsit, prædicet, et bapti-  
zet, p. ib. n. 117. Inter Præbiteros alii sunt alius gradus  
honore, ac dignitate superiores: tales sunt Episcoporum Vicarii  
generales, Officiales, Archipræbyteri, Archidiaconi, Præbiteri  
Theologi, Decani, Canonici, Barochi; de quibus vid. Instituti-  
onibus: alii potestate jurisdictionis gaudent, alii eam carent:  
priores sunt Curati et Barochi; posteriores simpliciter et non  
Curati vocantur: priores sunt institutionis divins, ib. p. 2. c. 1.  
§. 2. n. 194. | Uid. Confessarius, Barochus, Potestas, Præbiteria:

Præbyteratus prout officium ecclesiasticum et Præfecturam signifi-  
cat, est Ordo, quo datur potestas consecrandi Corpus Christi, et re-  
mittendi peccata. Sola manuum impositio est ipsius materia,  
et sola oratio est ipsius forma essentialis; cetera ad ejus dñata-  
rat integritatem pertinent, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 7. §. 8. n. 116.  
Certum est apud Catholicos omnes Præbyteratum esse Sacramen-  
tum, ib. §. 10. n. 156.

Præmium est pecunia valori rei commensurata: duplex est, legale seu  
legitimum, quod lege publicâ seu Magistratus Decreto constitua-  
tum est seu taxatum; et naturale seu vulgare, quod ex homi-  
num estimatione independenter à lege positivâ seu Magistratus  
Decreto constituitur, et dicitur præmium fori: prius consistit in

indivisiibili, nec variari potest; istud vero latitudinem, ut vocant, habet; quia varii homines varie de rebus judicant, p. To. 3. Tr. 9. c. 9. l. 2. §. 1. n. 248. Unde naturalis seu vulgaris pretii latitudo triplex est: aliud enim rei alicujus pretium est infimum, aliud medium, aliud supremum, ib. n. 249.

Rei huiusmodi alicujus pretium repeti debet ex ipsius comparatione cum se iuxta communem hominum estimationem considerata; major autem vel minor estimatio peti debet ex majori vel minori copia tum merium, tum pecunie, tum emptorum, tum ex venditorum impensis, labore, periculis: quin et modus vendendi efficit, ut res minoris aestimentur; vitiori enim pretio veniunt, quae sub hasta et voce pascoris venduntur, quam apud Mercatorem; quae a versione s. v. b. r. f. a. n. g. t. per g. a. n. g. t. emuntur, quam quae minutissima, sed tamen fraudibus ac monopolis, ib. n. 250.

Si melius sit rei alicujus pretium legale, ea vendi debet iuxta pretium naturale, sed tamen omni fraude; qui aliter fecerit, tenetur ad restitutionem, ib. n. 251. et seq. Ex affectu venditoris, si ipse Mercator non sit, pretium rei ab eo augeri potest, dummodo affectum suum intra rationis et moderationis limites contineat, nec ipse rem suam ultra vendendam offerat, nec emptorem moneat, ut rem illi plus vendat, quam secundum se ipsam valeat, ib. n. 253.

Res, quae non habent pretium vulgare estimatione determinatum, nec lege Principis constitutum, ut sunt gemmae, equi pretiosi, p. videntur vendi debere secundum communem hominum in hisce materiis peritorum estimationem, quoniam major sit pretii harum rerum latitudo, quam earum, de quarum valore nemo disputat, ib. n. 255.

Si quod sit meris legale pretium, ipsa iuxta illud, non aliter, vendi debet, ib. n. 256. Mercatorem, qui novit magnam merium copiam brevi tempore esse superventuram, ob quam earum pretium et valor insigniter minuetur, posse merces suas pretio currente vendere; item emptorem, qui sit merium pretium brevi tempore augendum fore, posse eadem emere currenti pretio, postea majori, quod superveniet, pretio revendendas, tulerunt multi cum S. Thoma, negant vero alii, ib. n. 257. Omnes tamen conveniunt haud licitum esse Senatoribus vel legis promulgationem ea industria differre, vel familiaribus suis pra. aliis revalere, quam si sint circa minutionem monetae s. g. brevi promulgandam; item eos injustitia res esse, qui solito longe vehementius urgerent emptorem, ut multo plus, quam alius, merces emeret; ut et illos, qui hientes brevi argenti pecunie valorem, magnas summas mutuo acciperent, quas alioqui non accepissent, ib. n. 258.

Primas est Episcopus Patriarcha quidem inferior, sed Metropolitanis Superior, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 8. §. 9. n. 142. et p. 2. c. 1. §. 1. n. 191.

Primitus. S. Petrus primatum accepit a Christo supra ceteros Apostolos, To. 1. Tr. 3. c. 8. §. 7. n. 358. et 359. Solo. Ob. ib. n. 360. et seq.

Princeps laeularis non potest auctoritate definiendi fidei controversas, To. 1. Tr. 3. c. 3. §. 2. n. 237. et seq. Vid. Potestas.

Principia actuum humanorum s. vid. Actus humani.

Privilegium dicitur exemptio a lege servanda in favorem aliquo-

9 Priscillianista. Quat. Theol. Quat. 9. n. 199.



240

num per modum legis perpetuae facta, To. 2. Tr. 2. p. 2. c. 1. Sect. 5. §. 3. n. 251.  
Privilegium aliud est locale, quod sibi sit Ecclesia, dignitati, civitati, vel alicui loco, aut aliquibus personis ratione loci conceditur; huiusmodi privilegium est perpetuum, seu vim habet, donec locus, dignitas, Ecclesia, quibus datum est, consistunt, nisi totum aut ex parte revocatur: aliud personale, quod alicui vel aliquibus, et quidem propriis eorum nominibus expressis conceditur; personam sequitur, et cum persona extinguitur: aliud corporale, quod alicui corpori, id est, Universitati, Societati, Ordini, Capitulo, vel Collegio ita conceditur, ut quilibet illius membrum illo privilegio iuretur; perditur, donec aut desinat corpus civile aut Ecclesiasticum, cui concessum est, aut donec a concedentis Successoribus revocatum fuerit, ib. n. 252. Variis modis irritum ac nullum est privilegium; 1<sup>o</sup> si per subreptionem vel obreptionem obtentum fuerit; 2<sup>o</sup> si alicui Constitutioni contrarium sit, cuius expressis non meminerit; 3<sup>o</sup> si tollat consuetudinem, nec eam expressis recessat; 4<sup>o</sup> si sit contra sententiam latam, et de ea nullam mentionem fecerit; 5<sup>o</sup> si lite pendente sit impetratum, nisi de ea circumstantia mentis expressis fiat; 6<sup>o</sup> cessante privilegii causa cessat privilegium; 7<sup>o</sup> incidit privilegio, qui agit contra privilegii tenorem; 8<sup>o</sup> cessat privilegium, cum alicui nocere incipit, vel etiam ei, cui concessum est; 9<sup>o</sup> desinit per eum, ad quem spectat, revocationem, et se ipsa revocari debet, cum est in aliorum gravamen, et communi bono minime subservit; 10<sup>o</sup> tollitur per eum, cui concessum est, renuntiationem; ib. n. 253.

Regula circa privilegiorum usum servanda haec sunt: 1<sup>o</sup> ita restringi debent privilegia, ut ultra id, quod expressis in eis conceditur non extendantur; 2<sup>o</sup> qui se per Sedis Apostolica privilegia excusos asserunt, a locorum Ordinariis requiriti huiusmodi privilegiorum authenticum instrumentum exhibere debent; si autem immunitatem suam Canonica praescriptione tueantur, de ea fidem facere debent; 3<sup>o</sup> privilegium et quodcumque aliud instrumentum, cuius litterae legi non possunt, maxime in nota temporis, quo datum est, vel cuius charta est vetusta, scriptura vero, alibi saltem, est recentior, vel cuius sigillum non est authenticum, fidem non facit; falsa latinitas privilegiorum et quodvis aliud summi Pontificis usurpationem vitiat; 5<sup>o</sup> privilegia uni vel certis quibusdam personis concessa ad alias personas non extenduntur propter paritatem rationis; 6<sup>o</sup> privilegia cadunt, qui spatio quadraginta annorum eo usi non sunt; 7<sup>o</sup> Excusatio ratione unius rei vel loci, non censetur excusatio ratione aliarum rerum vel locorum; 8<sup>o</sup> privilegia, quae derogant iurisdictioni Ordinarii post Concilium Tridentinum censi solent sub re obreptitia, ib. n. 254.

Privilegia statim atque a promatore privilegii acceptata fuerint, etiam antequam privilegiatus innotuerint, valent, modo tamen sint ejus naturae, ut eis privilegiatus prius licite uti possit, antequam illorum habeat notitiam, p. ib. n. 255.

Probabile. Si vis nominis spectes, probabile idem est ac id, quod probari potest; at secundum nominis usum probabile est id, quod, licet certo verum non sit, est tamen verisimile, hinc probabile non dicitur, nisi comparate ad nostrum intellectum, si enim sententiae morales secundum se et absolute spectentur, vel verae sunt, vel falsa, nulla probabilis; falsum enim non est probabile, sed improba-

bile; verum autem non est mere probabile sed certum: unde Deo, qui res, ut in se sunt, videt, nihil est probabile, To. 3. Tr. 1. c. 4. §. 4. n. 231.

1. Vid. Opinio, Consentia: |

Probabilissimus, quid sit et quando enatus fuerit, To. 3. Tr. 1. c. 4. §. 4. n. 228. et seq. 1. Vid. Consentia, Opinio: |

Processio Divina. Processionis nomine non aliud intelligitur, quam emanatio seu origo unius ab alio; sic fluvius à fonte dicitur procedere, quod ab eo emanet et oriatur: duplex est transiens una, per quam potentia extrinseca ipsam operatur; et immanens altera, in qua potentia seu principium operatur in subiectum intra se positum. Theologi de processione in divinis loquentes immanentem intelligunt, To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 2. n. 376.

Processio Divina definitur aeterna unius personae divinae ab altera seu duabus simul origo et productio, ib. §. 1. n. 377. Datur in Deo vera et proprie dicta processio, ib. n. 378. Solo. ob. ib. n. 380. Duae dumtaxat, et non plures, sunt in divinis processionis, ib. n. 379. Solo. ob. ib. n. 381. et seq.

Haec divinae processionis sunt immanentes; aeternae; substantiales, id est, terminos habent subsistentes et personales; necessariae; metaphysicae, hoc est, intra omnem mutabilitatem, dependentiam, aut naturae diversitatem, ib. §. 2. n. 385.

Non improbabili est opinio illorum, qui statunt principium quo remittunt processionum divinarum esse naturam divinam, et principium quo proximum processionis filii esse intellectum notionalem seu paternitatem affectum; principium vero quo proximum processionis Spiritus sancti voluntatem notionalem, seu cui adjuncta est spiratio, ib. §. 3. n. 387. principium quo processio- num divinarum est ipsa met persona produens, ib. n. 388.

In divinis sola Verbi processio Divina est generatio, non autem processio Spiritus sancti, ib. §. 4. n. 384.

Proclamatio. 1. Vid. Sponsalia: |

Proditio avaritia filia est manifestatio rei alius vel personae in damnum proximi contra fidem ei debitam. Mortalis est ex genere suo contra charitatem et justitiam, nec non tripliciter contingit; 1.º circa personam; 2.º circa res; 3.º prodendo alterius secretum sua fidei commissum, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 2. n. 267.

Promissio est contractus, quo quis per actum exteriorum se alteri homini ad aliquid licitum et possibile sponte et libere obligat; sive est deliberata et spontanea fidei obligatio de re bona et possibili; quo si fiat sub certa verborum formula, qua unus rogat et alter promittit, dicitur stipulatio, To. 3. Tr. 9. c. 3. sect. 2. §. 11. n. 429.

Igitur promissio debet esse deliberata, quia rationem habet contractus; spontanea, non fraude, nec vi, nec metu etiam reverentiali, nec precibus importunis, p. extorta. Est fidei obligatio, quo differt à proposito, quod nullam connotat obligationem; unde qui dicit promitto, si merum desiderium aut propositum significare dumtaxat velit, non censetur strictly promittere, adeoque nec obligari. Promissio ergo addit supra propositum intentionem se obligandi: ut autem eitu et de facto obliget, debet prius acceptari ab eo, cui fit, ad quod sola illius taciturnitas sufficere videtur: accipiuntur à multis pollicitationes factae civitati, Ecclesiae, vel ad alias causas, quae independenter ab acceptatione obligant. Debet etiam promittens promissionem suam exterioris significare, alias

250

non potest acceptari; hinc si sit merè interna non obligat, nisi Deo sit facta. Debet esse de re bonà; omnis enim promissio de re malà et illicita faciendà non obligat, et jure naturali nulla est, saltem ante executionem operis mali; nam post opus malum perpetratum obligatur promissor ad solutionem patii promissii, si datus et acceptatio illius nulla lege sit prohibita aut irritata. Denique debet esse de re possibili; unde si id, quod tempore promissionis erat possibile, fiat postea impossibile, tollitur obligatio, ib. n. 430. et seq.

Promissio in re gravi obligat sub mortali, ib. 436. nisi promittens leviter duntaxat et in re minoris momenti se obligare voluerit, ib. n. 437.

Promissiones plene jure irritae sunt ea, quae dantur occasione pecuniarum, quae adimunt alicui potestatem liberam disponendi de rebus suis; item Beneficii Ecclesiastici nondum vacantis promissio quovis modo facta, ib. n. 438.

Promissio acceptata et valida desinit obligare, cum res promissa fit inutilis et non ea promissoria, impossibilisve aut illicita promittenti; cum promissarius obligationem remittit; cum promissio facta est ob causam, quae non fuit, aut non est; cum duo sibi invicem et vicissim promiserunt, et prior promissus stare non vult; cum status rerum et personarum ita mutatur, ut promissor jura potentium judicium non censetur voluisse se obligare in tali eventu,

4 Promulgatio Legis vid. Lex.

Prophetat. Quot extiterint in regno decem Tribuum Israël, To. i. Tr. i. p. 2. l. c. 7. n. 236. et in regno Juda, ib. n. 232.

Propositiones damnabiles. Octo passim recensentur damnabiles propositiones, scilicet: Haeretica, Erronea, Scandalosa, Blasphema, piam aurium Offensiva, Temeraria, Seditiosa, et Suspecta, p. To. i. Append. ad Tr. 4. n. 126.

Propositio haeretica est ea, quae vel expresso Dei verbo, vel expresso definitioni Ecclesiae adversatur, ib. n. 127.

Erronea strictè sumta est ea, quae negat veritatem, quae ex communi Ecclesiae sensu judicatur esse mediatè revelata, quamvis Ecclesiae id nondum expressè definierit, ib. n. 128.

Scandalosa strictè sumta est ea, quae per se nota est parere spiritualem proximi ruinam, licet in se nec error, nec haerens aperte notari possint, ib. n. 129.

Blasphema est ea, quae aliquod vel in Deum, vel in sanctos vitium continet, ib. n. 130.

Malè sonans ea dicitur, quae licet duplicem habeat sensum, bonum unum et malum alterum, absolute tamen et sine distinctione profertur, ib. n. 131.

Piam aurium Offensiva vocatur ea, quae aliquid absonum et subjecto, de quo fertur, indignum continet; ad malè sonantem refertur, ib. n. 132.

Temeraria est ea, quae in materia fidei aut morum profertur absque auctoritate seu Scripturae, seu usumini Traditionis, seu saltem aliquorum Patrum; et à fortiori si major Episcoporum et Theologorum pars judicat eam vel Scripturae, vel Traditioni, vel celebrioribus Patribus adversari, ib. n. 133.

Seditiosa dicitur ea, quae per se apta est parere seditionem, prout ipsa nominis etymologia declarat, ib. n. 134.

Propositio suspecta de haeresi est ea, quae multa cum probabilitate judicatur haeretica, ib. n. 135.

Propositio haeresim sapiens est ea, quae multò majori cum probabi-

Prim. h. h.

gray. 241

254

Utate, quam Suspecta De heresi, iudicatur heretica, ib. n. 136.  
Propositio heresi proxima est ea, quam major et sanior Doctorum  
pars ex Scriptura et Traditione iudicat esse hereticam, licet nullus  
eorum audeat eam simpliciter hereticam dicere, quod aliqui non  
infimi nominis Theologi contendant ipsi censuram huiusmodi  
iniri non debere, ib. n. 137.

Proprietates sunt attributa essentialia secundaria, quae Subjecto suo  
soli et semper conveniunt. To. 2. p. 2. c. 2. §. 2. n. 285. et p. 2. c. 2. §. 2. n. 286.

Tres recensentur fidei Christianae proprietates, scilicet Certitudo,  
Observantia, et Necessitas, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 5. n. 40. | Vid. Fides.  
Duae praecipue numerantur Spei Christianae proprietates, Certi-  
tudo inivium, et Necessitas, ib. p. 2. c. 4. n. 149. et seq. | Vid. Spes.  
variae sunt Charitatis Christianae proprietates; praecipua sunt illius  
Necessitas, Ordo, et ea omnia, quae ex parte nostri exigit, ib. p. 3.  
c. 4. n. 140. | Vid. Caritas.

Variae proprietates seu attributa essentialia secundaria divinis pro-  
prietatibus in se dignoscuntur; 1<sup>o</sup> enim sunt immanentes, 2<sup>o</sup> eter-  
nae; 3<sup>o</sup> substantiales; 4<sup>o</sup> necessariae; 5<sup>o</sup> metaphysicae, To. 2. Tr. 1.  
p. 2. c. 2. §. 2. n. 385. | Vid. Propositiones divinae.

Proprietates in Deo personales, quibus persona divina constituntur,  
sunt Quatuor relative, ib. c. 3. §. 3. n. 416.

Proprium idem ac Proprietas | Vid. Proprietas.  
Proper | Sanctus | Quis, eius Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 70.  
Proverbia seu Proverbiorum liber. Quid nomine proverbiorum apud He-  
braeos veniat. Quid contineat liber in veteri Scriptura hoc nomine  
inscriptus, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 3. n. 406. Quis illius auctor, ib. n. n.  
407. Canonice est, ib. n. 408. Subium, quod in illo occurrit, sol-  
vitur, ib. n. 409.

Providentia est rerum omnium ad fines suos ordinatio, necnon constans  
in tempore ordinis illius per certa media executio, To. 2. Tr. 1. p. 1.  
| Vid. Deus.

Proxeta seu Factor is intelligitur, cui aliquid committitur vendendum  
aut emendum nomine committentis: Debet totum pretium rei ven-  
ditae dominis dare: Similiter si alterius rem emit infra pretium sibi  
prosumum, non potest residuum pretium sibi retinere, To. 3. Tr. 9. c. 3.  
Sect. 2. §. 1. n. 296.

Proximus. Nomine proximi hic intelligitur omnis creatura rationalis, quae est  
capax beatitudinis, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 2. n. 177. Caritas erga illum quae  
esse debeat, ib. c. 4. §. 4. n. 239.

Prudentia. Prudentia nomen accipitur 1<sup>o</sup> late pro omni ea veri cognitione,  
qua aliqua ratione voluntatem ad bonum honestum dirigit; 2<sup>o</sup> stricti-  
te pro notitia veri, quae voluntatem dirigit, ut in his aut illis circum-  
stantiis operetur. Definitur Virtus, quae certo nominis, quid in qua-  
vis particulari actione agendum sit tanquam honestum, vel fugiendum  
tanquam turpe, in ordine ad finem ultimum, To. 3. Tr. 9. Proem. §. 1. n.  
3.

Prudentia virtus alia est infusa, alia acquisita: Infusa  
reperitur in omnibus iustis, non vero in iis, qui sunt in affectu peccati  
mortalis; acquisita vero loquere non est in iustis, quamvis sit in pecca-  
toribus; nascitur enim ea frequenti actuum prudentia exercitio,  
quod nunquam majus est in peccatoribus, quam iustis, ib. n. 4.  
Prud. etiam Ethic. c. 2.

242

259

Psalmi seu Liber Psalmorum. Quid contineat, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 4. n. 449.

Psalmorum divisio, ib. n. 450. et seq. numerus, ib. n. 453. et seq. cui tri-  
buitur Psalmorum collectio, ib. n. 458. et 459. An in Psalmorum or-  
dine mysterium aliquod contineatur, ib. n. 460. Quisnam illorum auc-  
tor seu potius quinam illorum auctores fuerint, ib. n. 461. et 462. Qui-  
nam ex Psalmis dicantur graduales, et unde, ib. n. 463. et 466. Quid  
de eorum titulis sentiendum sit, ib. n. 467. eorum obscuritas, ib. n. 468.  
ob. contra illorum divinitatem Solv. ib. n. 469. et seq.

Prudencia est virtus, qua actus venereos eorumque usum et delationem  
cohibet aut moderatur juxta rectam rationem et legem divinam. Vi-  
detur eadem esse virtus ac Castitas, vel ejus pars integralis, To. 3. Tr. 5.  
Præm. §. 3. n. 12.

Pupillus est impubes, qui desit esse sub potestate patris propter ejus mortem  
vel hanc emancipationem. Jure Romano pupillis et impuberi-  
bus dantur Tutores, à tuendo vel tutando dicti; minoribus vero Cur-  
atores, à curando sic dicti, p. To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 2. §. 2. n. 197. Vid.  
Contractus.

Purgatorium. Purgatorii nomine intelligunt Catholici locum, in quo iusto-  
rum anima detinentur, donec justitia divina plenè satisfecerint.  
His licet dogma Catholicum, nec ulterius progreditur; quis enim et  
ubi locus iste sit, quodve poenarum genus illic anima sustineant,  
qua hujus poena sit mensura, quis modus, qua duratio, quis hujus poe-  
na minister, haec enim Ecclesia nondum definiit; quamvis commun-  
ior Theologorum opinio sit, animas ibidem verò per materialia igne  
cruciari, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 4. §. 4. n. 109.

Hereticus Sauilius Hareticus orationes pro mortuis damnando Purgatori-  
um sustulisse videtur; idem tunc sunt Valdenses, Apostolici; ubi  
tamen antiquius Purgatorii dogma oppugnasse, quam Luthens et Cal-  
vinus, ib. n. 110.

Iustorum anima, quibus post mortem nihil superest expiandum,  
Purgatorii poenis illud expurgare prius tenentur, quam ipsi conceda-  
tur aperto Dei conspectu fieri; atque ut mitiores et breviores fiant  
earum poena, viventium suffragiis juvari possunt ac sublevari, ib. n.  
111. Solv. ob. ib. n. 112. et seq.

Q.

Quadratus | Sanctus | Quis; ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 30.

Quaestiones, quas Ecclesia suo iudicio definire valet duplex sunt generis,  
sicut facti, et Juris, To. 1. Tr. 3. c. 3. §. 2. n. 241.

Quietista, qui fiunt, To. 3. Tr. 3. p. 2. c. 3. §. 1. n. 145.

R.

Rancor Acedia filia est indignatio et fastidium adversus eos, qui ad vir-  
tutum opera et fervorem induunt; idcirco eos refugit, To. 3. Tr. 6.  
p. 3. c. 1. §. 7. n. 324. Vid. Acedia.

Rapina est aliena rei impetio violenta, seu facta presente et invito Do-  
mino. Specie differt à furto in genere moris; quia ipsi furto specialem  
addit injuriam contra personam, cujus honor laeditur, dum ei quasi  
è manibus res sua violenter et injuriose auferatur; unde fieri potest,  
ut quis non peccet mortaliter in ratione furto, et tamen peccet mor-  
taliter in ratione rapinae, ut si rem levioris momenti per vim à per-  
sona illustri auferat, To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 2. c. 4. §. 5. n. 735.

2503

Rapina totplex est, quodplex vis persona inferatur, sive vis inferatur armis, sive intentato mortis metu. Ad rapinam etiam pertinent injusta tributorum exactiones, quae dicuntur Conusiones; item exactio facta à viris potentibus, qui obsequia quaedam postulant, quae rogati ob metum non audent recusare; Rapinae pariter rei hant tunc ii, qui, Stipendio sibi publice assignato non contenti, plus aliquid exigunt; tunc ii, qui alios cogunt, ut secum inaequales contractus habeant, ib. n. 716. | Vid. Justum: |

Raptus fit, cum persona aliqua legittime per vim abduatur ab uno loco ad alium concubitus illiciti, vel alterius libidinis, aut etiam Matrimonii causa, sive sit mas sive foemina, nupta aut innupta, virgo aut corrupta, sive vis inferatur soli persona abducta, sive solis ejus parentibus, sive utriusque. Continet duplicem malitiam mortalem, unam contra castitatem, alteram contra justitiam, ob injuriam illatam persona abducta invita vel saltem invitis parentibus ejus et tutoribus, dum constituta sub illorum custodia extrahitur ipsi rationabiliter invitis. Gravissima poena in utroque Jure contra Raptores statuitur, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 285. et To. 5. in append. p. 2. c. 4. §. 1. n. 714.

Raptus est impedimentum dirimens Matrimonium, | Vid. Matrimonium: |  
Ratio naturalis utiliter à Theologis consultitur, non tamen se habet per modum principii respectu Theologiae, To. 1. Tr. 4. c. 4. n. 122. Communio rationis naturalis principia certum Theologo argumentum suppeditant: Conclusiones vero, quae alia via, quam per demonstrationem, ex illis inferuntur, argumentum duntaxat probabile ei suppeditant, ib. n. 123.

Reatus poena est debitum seu obligatio ad poenam, To. 3. Tr. 6. p. 2. c. 1. §. 4. n. 175.

Receptans. | Vid. Cooperatores ad Damnum: |

Regimen Euleria. Triplex distinguitur Regiminis species; Monarchia libellat, quae est imperium unius; Aristocratia, quae est regimen Optimatum; et Democratia, hoc est totius populi imperium, To. 1. Tr. 3. c. 3. §. 3. n. 269.

Regimen Euleria est Monarchicum Aristocratia tamen temperatum, ib. n. 274. et 275. Solv. ob. ib. n. 277. et seq. Galliani Theologi huc, quamvis verbotenus Regimen Euleria Monarchicum esse tueri videntur, se ipsa tamen idud Aristocraticum duntaxat esse videntur asserere, ib. n. 276.

Regressus est reversio ad Beneficium permutatum vel resignatum, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 4. n. 287. et 291. 1º si consideratur qui resignavit causa permutationis, si contingat eum evinci à Beneficio permutato, aut si detegat ipsum onerari pensione; 2º ei, qui, ut aliud Beneficium, à quo evincitur, possideret, suo renuntiavit, sive quia secundum erat incompatible, sive quia plura tenere noluit; 3º ei, qui criminis capitalis accusatus Beneficium resignasset veritus, ne innocentiam suam probare non posset, quam tamen probavit; 4º Novitio, qui ad laicum revertitur, seu qui invalide profusus est; 5º ei, qui mortis metu Beneficium suum quocumque modo resignavit. Sed hic notandum 1º conditionem regressus exprimi non debere; 2º resignanti non dari regressum, si post recuperatam valetudinem visus sit resignationem approbare, si per annum non reclamaverit; si sufficientem pensionem sibi reservaverit, at hoc ultimum non ita certum videtur, ib. n. 291. Quia via regressus Beneficium hunc repetit, novis non eget provisionibus, nec nova receptionis aut

254

ingressus jura solvere tenetur. Ut regressus licitus sit, requiritur, ut re-  
signans bonâ fide agat, et spem ac desiderium regressus deponat; et  
Beneficium hoc ad vitium agat, et ut ejusdem Beneficii munia implere  
possit, ib. n. 292.

Regula. Regula in legendis SS: Patribus observanda, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 15.  
et seq. Regula, quibus vera historia à fictis dignoscuntur, ib. n.  
106. et seq.

Regulae humanorum actuum duae sunt, interna una, Synteresis nam-  
pe et conscientia; altera externa, Lex scilicet sive Divina sive hu-  
mana, To. 3. Tr. 1. c. 4. n. 198. et ib. Tr. 2. Coorem. n. 1. | Við. Conscientia,

Lex:

Regulares. à Regula, sub qua vivunt qui saeculo reniserunt nuntium Mo-  
nachi seu Religiosi appellatur Regulares, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 1. §. 3. n.  
202. Reipublica Ecclesiastica Hierarchis sunt adnumerandi, ib.  
n. 203. et seq. | Við. Monachus, Religiosus:

Regum libri in veteri Scriptura quatuor numerantur, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2.  
n. 229. Primum complectitur ea, quae gesta fuerunt sub Judicibus Hebi  
et Samuele, necnon sub imperio Saulis, ib. n. 230. Secundus ea refert,  
quae à morte Saulis usque ad finem Regni Davidis facta fiere, ib. n. 231.  
Tertius ea continet, quae ab initio in Regem Salomone usque ad  
obitum Josaphat Regis acciderunt. Quartus gesta et historiam re-  
fert 227. annorum tam in Regno Juda, quam in Regno Israel, ib. n. 234.  
Quinam aut quinam eos scripserint, ib. n. 253. et seq. Resolvuntur  
difficultates, quae circa Scriptores eorum occurrunt, ib. n. 258. et seq.

Relationes Divinae. Relatio est ordo seu respectus vel habitudo unius ad aliud.  
Duplex est rationis una, quae scilicet fingitur ab humana mente inter  
ea, quae suapte naturâ ad invicem non referuntur; altera realis, quae  
nimirum à parte rei et nemine cogitante unum refertur ad aliud;  
necnon alia est Relatio subiecto accidentalis extrinseca et adventitia;  
alia vero essentialis et interna. Item in Relatione duplex esse  
distinguitur, unum quod vocatur Esse in seu subiectivum, ratio-  
ne scilicet subiecti, in quo est relatio; alterum quod dicitur Esse ad  
seu terminativum, ratione termini, quem relatio respicit, To. 2.  
Tr. 1. p. 2. c. 3. n. 392.

Sunt in Deo relationes verae ac reales non modo tribus personis aequales,  
ut sunt v. g. relatio identitatis, aequalitatis, similitudinis; sed proprie per-  
sonales, quae vulgò vocantur relationes originis, quia nempe fundantur  
in origine seu processione unius persona ab alia, ib. n. 393. Solv. ob. ib.  
n. 396.

Quatuor duntaxat sunt in Deo relationes reales seu di-  
ginis, scilicet Paternitas, Filiatio, Spiritus activa, et Spiritus passiva,  
ib. n. 394. Solv. ob. ib. n. 401. et 402. Probabilis relationes divi-  
nae formaliter ut relationes sunt, ac secundum Esse ad sunt verae ac re-  
ales perfectiones, ib. n. 395. Solv. ob. ib. n. 403. et seq.

Relationes Divinae comparari possunt vel cum essentia, vel inter se,  
si inter se, vel comparantur cum relationibus oppositis, v. g. Paterni-  
tas cum Filiatione, Spiritus activa cum passiva; vel cum relationi-  
bus disparatis et minime oppositis, qualis est Spiritus activa cum Pa-  
ternitate et Filiatione comparata, ib. §. 2. n. 407. Relationes di-  
vinae ab essentia divina, uti et Spiritus activa à Paternitate et Filia-  
tione realiter non distinguuntur, sed ratione ratiocinata seu virtus-  
liter duntaxat, ib. n. 408. Solv. ob. ib. n. 410. et seq. Relationes origi-  
nis, quae sibi invicem opponuntur, Paternitas scilicet et Filiatio, ac Spiritus  
activa comparata cum passiva realiter inter se invicem distinguuntur,

ibid. n. 409.

Proprietates in Deo personales, quibus persona divina constituentur, sunt  
relativa dicitur, ib. 5. 3. n. 416. Persona divina in ratione com-  
muni et quasi genericè persona considerata constituitur per relationem,  
ut est forma quadam hypostatia, seu per relationem secundum esse  
in spectatam; at considerata in ratione quasi specificè talis per-  
sona constituitur per relationem formalem, quatenus respicit termi-  
num, seu per relationem secundum esse ad spectatam, ib. 5. 3. n. 417.

2505e

Religio pars potentialis Iustitia, To. 3. Tr. 4. Bozem. n. 1. Sumitur dupliciter,  
pro societate hominum Deum legitime colentium, quo sensu dicitur  
Religio Christiana; et pro ipsa virtute, quæ Deus colitur. Unde  
ipsius sic sumpta nomen derivatur, ib. n. 2. Definitur vir-  
tus moralis, per quam Deo tanquam primo rerum omnium princi-  
pio debitus cultus exhibetur, ib. n. 3. Ab ipsa non distinguitur  
cultus, quo Sanctos prosequimur, ib. n. 4. Idem autem alii  
sunt interni, qui sibi et in animo consumuntur, nec exterius  
transeunt, ut Oratio et Devotio, p. alii externi, qui aliquo corpo-  
ris Organò perficiuntur, ut Sacrificium, Juramentum, p. alii  
aliuti, qui immediate à virtute Religionis procedunt, atque po-  
tissimum in serà divini cultus relatione consistunt; tales sunt  
simplex complacentia circa cultum divinum, efficax ejus inten-  
tio, spes ejus futuri, gaudium de eo presente, adoratio, sacrifi-  
cium, p. alii imperati, qui immediate ab aliis virtutibus  
abiciuntur sed imperata Religionis, qua illos ad divinum cultum  
ordinat; tales sunt e.g. actus fidei, misericordia, aliarumque virtuta-  
rum, quibus uti potest Religio, ib. n. 5.  
Actuum exteriorum Religionis alii sunt primarii, ut Devotio, Oratio,  
adoratio, Sacrificium, votum, Juramentum, usus Sacramento-  
rum; alii secundarii, utpotè media ordinata ad priorum exerci-  
tium, ut Brevitatis, Oblationes, Decima, Beneficiorum, qua  
sunt ad sustentandos Ecclesie Ministros, Dotatis, ib. n. 6.  
Religio quibus virtutibus annumeranda sit an solum moralibus, vel  
etiam Theologicis, To. 3. Tr. 3. Bozem. n. 4.

216. Religio seu Religionis Ordo. In Religionem non sunt recipiendi are alienò  
gravati: eorum tamen professio in Religionis aliqua facta est va-  
lida, To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 1. c. 5. n. 506. | Vid. Constitutio: |

Religionis. Nomen Religionis à Religione derivatur, significatque Dei  
cultorem. Quamvis nomen istud omnibus sit commune, qui ve-  
ram Religionem profitentur, appropriatur tamen eis, qui, rebus  
omnibus abdicatis, divino cultui se totos mancipant, et tunc  
simpliciter et antonomastice appellari Religionis; graecè Thera-  
pista, id est, Dei cultores; et Aretici, latine Supplices, sili-  
et à praecipuo eorum munere, quod est Deum evocare. Fovis  
Religionis idem est ac Monachus, haecque duo nomina sunt pro-  
synonima, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 1. 5. 3. n. 302. Religionis seu Monachi  
Reipublica Ecclesiastica Hierarchis sunt annumerandi, ib. n. 203. et  
Seq. Religionis potest transire ad strictiorem Religio-  
nem, nam petita solum, quamvis, etiam non obtenta, Superioris licentia,  
To. 3. Tr. 4. c. 3. 5. 7. n. 149. | Vid. Futurum

Reliquia Sanctorum. Mortui Elisei Sepulchro injectum hominis mortui  
cadaver tactis ipsius ossibus ad vitam moturus suscitatur, 4. Reg. c. 8.  
v. 21. To. 1. Tr. 1. p. 2. l. 1. c. 2. n. 338.



256

Reverentur Hereticum circa cultum et venerationem Sanctorum reli-  
quiarum, To. 2. Append. ad Tr. 3. §. 1. n. 2. et §. 4. n. 51. Aliquis San-  
torum pia, Certe ac utiliter Religiosus cultus impenditur, ib. n. 52. Solv.  
ob. ib. n. 53. et seq.

Reprobatio | Vid. Belum |

Reprobatio secundum nominis etymologiam generationem idem significat ac  
rejectionem: Specialius autem reprobatio hic idem est ac rejectione seu ex-  
clusio à donis supernaturalibus vel gratia vel gloria. Reprobi  
vocantur in Scripturis Capuli, Disperti, facti in diem malum, Heretici  
et Maledicti, Vasa irae, Vasa in contumeliam, Tribu perditionis, fra-  
scripti in iudicium et damnationem.

Definiri potest reprobatio praescientia iniquitatis quorundam, et pe-  
ccatio damnationis eorumdem. Reprobi igitur sunt in omnes et soli,  
qui in statu peccati mortalis moriuntur et sic aeternum damnantur.

Dicitur Reprobi seu reprobati, quia rejiuntur à Deo, nec ad glori-  
am eliguntur, sed aeternum damnantur, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 9. §. 1. n. 240.

Existit reprobatio, ib. n. 241. Reprobatio vel est totalis et adaequata,  
qua habet omnes hos effectus complectitur; vel partialis et inadaequa-  
ta, nempe secundum aliquem effectum, ib. n. 242.

Rursum alia di-  
citur negativa, qua est exclusio à gloria, seu negatio gratuita pra-  
destinationis seu electionis ad gloriam, de qua lis est inter Theologos  
audetur; alia positiva, qua est destinatio seu inflictio poena aeterna  
propter peccata, in quibus reprobus finaliter ad extremum usque spiri-  
tum perseverat, seu est absoluta et efficax voluntas aeternis suppliciiis  
damnandi eos omnes, qui in statu peccati mortalis ex hac vita discedunt,  
ib. n. 243.

Variis Hereticorum errores circa reprobationem positivam, ib. §. 2.  
n. 244. Datur reprobatio positiva, ib. n. 245. Habetque causam  
ex parte reproborum, scilicet peccatum mortale absolute praevium,  
ib. n. 246. Solv. ob. ib. n. 247. et seq.

Proprie et accurate loquendo per reprobationem vulgo intelligitur re-  
jectione à gloria, et inflictio poena aeterna. Ut aliquis sit effectus re-  
probationis debet esse à Deo, et ad damnationem aeternam conducere,  
unde peccatum formaliter tantum, quatenus est malum culpa non  
videtur esse effectus reprobationis; permissio tamen peccati actualis,  
quod nunquam remitti debet, potest dici effectus reprobationis; perse-  
verantia item in peccato, quatenus includit gratia uberioris priva-  
tionem et permissionem peccati in poenam culpa praecedentis est  
etiam effectus reprobationis; excoelatio item et obduratio in im-  
piis, qui sunt ex reproborum numero, sunt etiam effectus repro-  
bationis; Denique aeterna tum damnatio, qua in privatione visionis  
Dei consistit; tum sensu, qua in convulsibus aeternis contine-  
tur, poena est effectus reprobationis à gloria, ib. §. 3. n. 500.

Reprobus | Vid. Reprobatio |

Repubium. libellus repudii | Vid. Matrimonium |

Res mobiles alicujus privati, vel etiam alicujus Ecclesiae cum titulo per  
possessionem triennalem bona fide continuatam praescribuntur,  
sive titulo autem 30. annorum spatio, To. 3. Tr. 5. c. 2. §. 3. n. 161.

Res immobiles privatorum inter praesentes decennio, inter absentes vigin-  
ti annis cum titulo praescribuntur. Si desit titulus inter praesentes  
requiritur possessio 30. annorum, inter absentes 40. annorum: ad  
praescribendum vero contra Ecclesiam à Romana distinctam requi-

258  
natus 40. anni: adversus Ecclesiam Romanam non prohibetur  
nisi per possessionem 100. annorum. Ad Ecclesias revocantur hospi-  
talia, Monasteria, et quaecumque loca, quae habent bona ad pi-  
as causas relicta; nisi ex privilegio Eugenii IV. adversus Monasteria  
Benedictina rerum immobilium non nisi 60. annorum spatium possidere  
possunt, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 162.

Res inventa non transit in dominium inventoris, sed illius rei inventa Do-  
moni si inveniri possit, sed impendenda est in usus pauperum aut  
piorum locorum; nisi extet aliqua lex municipalis, quae illam tri-  
buat Domino territorii, in quo inventa est, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3.  
n. 128. et 129. Sedulo igitur inquirendus est rei inventa Dominus.  
Neque inventor sibi aliquid pro praemio inventionis retinere potest,  
nisi laborem in rei inventionem impenderit, ib. n. 130.

Res vendita: Vid. Venditum: |

Rescriptum. Dispositiones, quae scripto tenus ab Apostolica Sede proficiuntur,  
dividi solent in Privilegia, Mandata, et Rescripta. Rescripta  
subdividuntur in Rescripta gratiae, et Rescripta iustitiae, To. 3. Tr. 2.  
p. 2. c. 2. §. 2. n. 272.

Rescripta iustitiae sunt ea, quae debitum au-  
xilium petentibus impediunt, et ut plurimum ad lites ac adminis-  
trationem iustitiae in foro externo pertinent: ejusmodi vero sunt evoca-  
tiones, Delegationes, Judicium in partibus. Et contra litteras,  
quae Rescripta gratiae dicuntur, ex mera liberalitate ac clementia  
Pontificis impetrantur, ut in dispensationibus, indulgentiis, remissio-  
nibus, absolutionibus, rehabilitationibus, provisionibus de dignitati-  
bus, ac Beneficiis tam in forma gratiae vel pauperum, quam in forma  
dignitatum. Rescripta iustitiae nullum novum jus ei confe-  
runt, cui conceduntur, sed jus antea praesertim vel confirmant, vel  
jubent, ut de eo cognoscatur: Rescripta gratiae vero impetranti jus  
novum attribunt, nec exigunt causam cognitam, nisi falsitatis vel  
obreptionis arguantur, aut nisi nominative et expresse eis inserta  
sit aliqua conditionis clausula, ut v. g. si dignus erit, vel si ita est.  
ib. n. 277.

Rescripta iustitiae per verbum placet subniti  
solent; Rescripta gratiae vero per verbum fiat item in gratiae  
Rescriptis Papa nomen per capitales et Majusculos characteres scri-  
bitur integrum; in Rescriptis vero iustitiae primum tantum charac-  
ter nominis Papa majusculus est, reliqui è contra ejusdem nominis  
characteres sunt minusculi, ib. n. 278.

Residentia iuxta vim nominis idem est ac iterata sepsis, et definitur perso-  
nalis in loco Beneficii commoratio, et ibidem Ecclesiasticorum numerum  
finitio. Beneficia quaecumque etiam simplicia et tenuia de  
jure communi residentiam exigunt, To. 3. Tr. 4. c. 5. §. 2. n. 255.

Beneficia, quibus annexa est animarum cura, ut Episcopatus, Caro-  
chia, residentiam exigunt jure naturali, Divino et humano tam  
Ecclesiastico quam Civili, ib. n. 254. et seq. Solw. Ob. ib. n. 257. et 258.

Resignatio Beneficii est spontanea et libera capis seu dimissio sui Bene-  
ficii facta coram legitimo Superiore eam acceptante. Duplex est,  
Simplex sibi licet haec illa apposita conditione; et haec iterum duplex  
est, nam si fiat ea conditione ut Beneficium alteri Designato confe-  
ratur, dicitur Resignatio in favorem; si fiat ea lege, ut Resignans  
à Resignatorio alius Beneficium accipiat, est Resignatio in commutatio, To. 3. Tr. 4.  
c. 5. §. 4. n. 283. Ut Resignatio in favorem vel sub onere pen-  
sionis sit valida, requiritur id est ut Beneficium sit resignantis, 2<sup>o</sup>

290

ut sit spontanea et libera; 3<sup>o</sup> ut in manus Papae fiat, exceptis à Concilio Tridentino casibus, in quibus sufficit si fiat in manus Episcopi tanquam Sedis Apostolicae Delegati; 4<sup>o</sup> Consensus Patroni Laici etiam, si Beneficium fuerit patronatum; 5<sup>o</sup> Debet acceptari à Papa; 6<sup>o</sup> Debet Beneficium conferri ei, in cuius favorem resignatur. 7<sup>o</sup> Debet acceptari ab eo, in cuius favorem resignatur; 8<sup>o</sup> Si resignans sit infirmus, debet supervivere viginti diebus post resignationem; 9<sup>o</sup> Resignatio facta in Curia Romana debet intra sex menses à die supplicationis oblata promulgari in loco Beneficii: si autem fiat causa permutationis extra Curiam, debet promulgari intra mensem, ib. n. 284. Ut resignatio simplex sit licita debet fieri ex iusta causa bonum Ecclesiae vel spiritualium resignantis utilitatem spectante, ib. n. 285. Ut resignatio in favorem sit licita, debet insuper fieri ob utilitatem Ecclesiae; quia scilicet alter iudicatur aptior, ib. n. 286. Denique ut Resignatio vel Permutatio cum reservatione pensionis sit licita, prout consensus Papae et resignatarii, requiritur causa iusta, indigentia scilicet resignantis, ib. n. 287.

Respective. Quod per hanc vocem seu adverbium Summi Pontifices in suis Decretis, quibus propositiones aliquas damnant, innuere velint, To. 1. Tr. 4. c. 4. n. 138.

Restitutio. Restituere iuxta vim nominis nihil aliud est, quam aliquem itersato statuere in possessionem vel dominium rei suae; at quia sunt quaedam bona, in qua homo, qui ea amisit, iterum statui non potest, iudicio restitutionis nomen generaliter accipitur pro quolibet illati damni compensatione: unde Definiri potest redditis rei debita vel in se vel in aequivalenti, To. 3. Append. ad Tr. 9. q. 1. n. 480.

II. 249.

Differt; à Satisfactione, quae est injuria alicui illata reparatio, quaeque tanto major esse debet, quo dignior est persona, cui injuria illata fuit; at Restitutio necessario non supponit injuriam, nec respicit personam sed rem; 2<sup>o</sup> à Solutione; nam Solutio supponit rem, quae solvitur diversam esse ab ea, pro qua solvitur; Restitutio autem esse potest rei ejusdem; item Solvi dicitur, quod debetur ex voto et juramento, non dicitur vero restitui; è contra depositum dicitur restitui non solvi, ib. 481.

Restitutio vel in re vel in voto necessaria est ad solvendum, ib. c. 1. n. 482. Solv. ob. ib. n. 483. et hq.

Quatuor sunt radices restitutionis 1<sup>a</sup> injusta acceptio; 2<sup>a</sup> injusta detentio; 3<sup>a</sup> injusta damnificatio; 4<sup>a</sup> ea, quae oritur ex contractu explicito vel implicito, seu quasi contractu in assumptione officii seu numeris aut etiam mandati, ib. c. 2. n. 486.

Titulo injustae acceptionis simul et detentionis restituere tenetur ille, qui rem injuste accepit et retinet, propter scilicet mala fidei: 1<sup>o</sup> tenetur rem ipsam restituere, si extet, seu aequivalens ejus pretium; 2<sup>o</sup> fructus honestum civiles, tum naturales et mixtos secundum eam partem, quae naturales sunt; 3<sup>o</sup> lura cassantia, et damno emergentia; 4<sup>o</sup> non potest detrudere nisi expensas necessarias, item utiles, si eas Dominus facturus erat, aut si sine detrimento rei separari possunt; ut et eas, quae solius voluptatis causa factae sunt, si nempe Dominus eas facturus erat aut sine detrimento rei separari ab ipsa possunt. Qui rem possidet dubitans an sua sit, debet eam dividere pro ratione dubii, vel si quam cum altero compositionem inire, vel controversiam ex arbitrorum mutuo consensu electorum iudicio definiendam tradere, ib. n. 487. §. 1. h. d. d. d.

WB Dip. St. d. Zürich

Tract. 9. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 197. et 198.

259  
In titulo iniuste detentionis possessor etiam bona fidei, quam primum bona fides in ipso capat, tenetur restituere 1. fructus naturales, si ex-  
tent, sed in quo factus est ditior, ditior autem factus censetur ille,  
qui adhuc habet valorem rei alienae, quam vendidit, aut qui consu-  
mando rem alienam sua peperit, ib. n. 487. 2. fructus mixtos, si ex-  
tant, secundum id quod naturalis sunt; necnon civiles, ib. 488.

In titulo iniuste damnificationis restituere tenetur, qui ex culpa aliqua  
Theologica contra contractum aut quasi-contractum damnationem intulit,  
ib. n. 489. et 492. Qui ex culpa veniali grave damnum intulit al-  
teri, illud ex toto reparare tenetur iuxta multos, quibus contradicunt  
alii, qui volunt eum ex parte tantum illud reparare teneri, ib. n. 493.  
et 494. hi tamen concedunt, ad id illum teneri posse sub periculo peccati  
mortalis; quia tanta esse potest iblati damni quantitas, ut pars culpa  
veniali respondens gravis sit momenti, ib. n. 495.

In titulo contractus aut quasi-contractus, qui ex varia, pro conditione con-  
tractus aut quasi-contractus, culpa damnum intulit, tenetur restituere,  
ib. n. 489. et 496. Ad obligationem restituendi, supposito con-  
tractu, requiritur culpa lata, quando contractus cedit in commodum so-  
litis dantis, ut in deposito; sufficit vero culpa levissima, si cedat in utili-  
tatem solitis recipientis, ut in commodato; requiritur autem et sufficit  
culpa levis, si cedat in utilitatem utriusque. Ad obligationem

restituendi, supposito quasi-contractu requiritur aliquando culpa lata,  
aliquando sufficit culpa levis, aut etiam levissima; 1. requiritur  
culpa lata, cum aliquis ex officio suo aliquid facit in utilitatem alte-  
rius, non accipiendo mercedem; cuius, si se obtulerit alio diligen-  
tius etiam se offerente; nam tunc etiam de culpa levi teneri  
videtur. 2. Ex culpa levi etiam tenentur, qui ex officio ali-  
quid faciunt mercede conducti, ut tutores, pupillorum, curatores Mi-  
norum, Advocati, Medici, Chirurghi, Artifices, Architecti, p. 3. Va-  
rii sunt casus, in quibus tenetur aliquis de culpa etiam levissima,  
ut v. g. si quis se profiteatur diligentius et peritiosius alio; tunc  
enim promittit, saltem implicite, se plus praestitutum alio; item si  
quis officium et operas locat in re, qua tanti est momenti et valoris,  
ut ex natura sua summam cautionem et singularem custodiam re-  
quirat; ut si agatur v. g. de lite, in qua sequi debeat familiae alienius  
proborum et infamatis: haec etiam locum habent in iis, ad quos ratione  
officii vel professionis spectat dare consilium, ut sunt Barones, Confessa-  
rii, Concionatores, Theologi, Jurisconsulti, p. si suo consilio nome-  
runt: unde Confessarius v. g. tenetur ad restitutionem, quando ex  
craipa ignorantia aut gravi negligentia obligat ad restituendum  
eum, qui restituere non tenetur, vel non obligat eum, qui tenetur,  
ib. n. 496. | Vid. cooperatores ad damnum: |

Restitutionis circumstantia hoc distincto comprehenduntur.

Quis, quid restituat, cui, quantum, quomodo, quando,  
quo ordine, quare loco, qua causa et ubi restituatur.

Quis, quid restituat per se patet, nempe qui damnum intulit, illud  
restituere tenetur. Quomodo autem facienda sit restitutio, nihil  
etiam habet difficultatis; optimo enim modo restituit, qui, quod alte-  
ri debet ad aequalitatem sive per se sive per aliud reddit, ib. c. 4. n. 496.  
Res possessori male fidei ablata non ipsi sed Domino est restituenda,  
atque vel ipse vel Dominus rei de hoc est commoneendus, ib. §. 1. n. 497.

/c

Res ordinariè ei reddenda est, à quo legitimò titulo possidetur, et non sit illi  
us Dominus; si autem possessor nihil detrimenti patiaturs ex eo, quòd  
restitutio fiat proprietario, nihil interest, an uni vel alteri fiat, ib.  
n. 478.

Qui à possessore bona fidei accepit aliquid, quòd alte-  
rius esse comperit, illud vero ejus Domino restituere debet, si illud à  
tali possessore gratis accepit; si autem illud onerosò titulo comper-  
verit, et certo sciat rem hanc alienam in manu possessoris hujusmodi  
non periclitari, illam reddere potest possessori, et pretium suum repe-  
tere, ib. n. 479. Non semper licet rem vero ipsius Domino restituere,  
putà cum ea hac restitutione grave ipsi vel alteri imminet nocumen-  
tum spirituale aut temporale, quòd quis sine gravi proprio detrimen-  
to impedire potest, ib. n. 480. cui autem tunc faciendà sit restituti-  
o definiti debet ex circumstantiis, quae penè innumera sunt, ibid.  
n. 481. Tantum restitui debet, quantum ablatum est, non plus  
aut minus, ibid. n. 482. Restitutio statim fieri debet, et quam-  
primum moraliter fieri potest, ib. n. 483. [Vid. Debitum.]

Quando restituendum est ratione injusta acceptionis, restitutio  
faciendà est impensis debitoris, idque eo loco, ubi Dominus illam pos-  
sessoris erat, si ablata non fuisset, ib. d. 4. n. 495 535. attamen debi-  
tor non obligatur ad faciendas eas impensas, quas ipse Dominus facere  
deberet; non enim tenetur illi cum huius restituere, sed satis est, si  
creditor ex ablatione nihil damni sentiat: itam si res non possit sine  
magis expensis restitui, potest ex eadem naturali aequitate differi  
restitutio, modo Dominus inde nihil aut parvum damni capiat: si ta-  
men is est rerum status, ut nisi modo restitutas, postea nec ipse Do-  
minus nec ejus heredibus restituere possit, omnino restituendà  
est res nuda, vel justum ejus pretium, quavis magna expensa esset  
faciendà, ib. n. 496 536. Illa autem debentur ratione iustae ac-  
ceptionis restituendà sunt in loco ubi habentur, nec tenetur de-  
bitor ea hinc expensis ad Dominum mittere, ib. n. 497 537. Quòd si  
res restituendà supponat contractum, restituendà est expensis dan-  
tis, si contractus in solum ejus commodum esset; expensis vero ac-  
cipientis, si versat in ejus utilitatem, idque eo loco ubi est tra-  
dita, nisi iustà portione aliquà conventum sit, ib. n. 498 538. Res,  
quam quis sine huius culpa habet atque remittit, si in viâ percat, Do-  
minus perit non remittenti, si is sufficientem adhibuerit diligen-  
tiam, ib. n. 540. at restitutio rei per injuriam accepta hinc coopta  
fit periculo debitoris, ib. n. 541. Res ex contractu debita perit  
creditori, cum creditor ejus Dominium servat; perit vero debitori, si  
illius Dominium in ipsum debitorem translatum fuerit, nisi debitor  
eam tradiderit personae ab ipso creditore ad eam eandem deferendam  
designata, ib. n. 542.

Remissio seu condonatio creditoris, si sit legitima, tollit restituendi obli-  
gationem: ut autem sit legitima tria requiruntur: 1<sup>o</sup> ut non sit  
à jure impedita; 2<sup>o</sup> ut creditor possit debitum remittere et condo-  
nare; 3<sup>o</sup> ut remissio illa sit perfecte voluntaria, ib. c. 8. n. 544. [Vid.  
Capitulum bonorum.]

Qui obligationem vult ingredi atque are alieno est gravatus, si qua bo-  
na habeat, tenetur ante illius ingressum restituere; si debitor  
possit brevi tempore, v. g. parvis annis, commutis laboribus solvere debi-  
ta saltem magnà ex parte, iusta multos tenetur differre ingressum,

ut ea solvat: Si debita sint incerta, ideoque in pio opere impenden-  
da, debitor potest religionem ingredi, licet manens in saeculo possit  
solvere; quia poterit, saltem ex consilio Confessarii, ea sibi tanquam  
pauperi applicare ad opus gratum Deo et meritum, ut usque possit  
ingredi religionem. Si debitor non possit debita solvere nisi longo tem-  
pore, vel insolitis laboribus, iuxta multos potest licite religionem ingredi  
relictis in manibus creditorum omnibus suis bonis, quod tamen alii non  
pauci negant, ib. n. 545.

Debitor non tenetur restituere cum dispendio bonorum Ordinis Superio-  
ris, si hoc iuxta communem prudentium aestimationem longe superant  
dammum, quod patitur creditor, cui non fiet restitutio; si vero bona in-  
ferioris Ordinis talia sint et in tanta quantitate, ut ponderanter compa-  
rentur aut prevalere judicentur bonis Ordinis Superioris, tunc facienda  
est restitutio bonorum inferiorum etiam cum dispendio Superiorum, ib.  
c. r. n. 548.

Probabiliter ac certius etiam videtur, quod is, qui  
alium laesit in bonis Superiori Ordinis, tenetur restituere per bona in-  
ferioris Ordinis, cum aliter non potest, ib. n. 549. Qui debiti immemor  
creditori tantum gratis donat quantum ei debet, a restituendo liber  
non est, ib. n. 550.

Qui creditoris sui creditori solvit quod debet,  
iuxta multos est immunis a restitutione, modo debita utriusque  
sint ejusdem naturae, nec sint alii priores creditores privilegiati et hy-  
pothecarii; alii tamen id negant, si id fiat invito creditore, ib. n. 551.  
Per inopiam et impotentiam liberatur debitor a restitutione, quam-  
diu saltem illa inopia et impotentia durant, adeo, ut per eas restituti-  
o differatur dumtaxat non vero omnino tollatur, ib. n. 552.

Extrema necessitas tam corporalis quam spiritualis sive nostra sive pro-  
ximi causa est restitutionis differenda, seu tollit hanc et omne obliga-  
tionem restituendi, ib. n. 554. Gravis necessitas et impotentia  
moralis sive debitoris sive eorum, quos laedere tenetur, est etiam suffi-  
ciens restitutionis differenda causa, ib. n. 555. Unde hic et nunc non  
tenentur ad restituendum qui, ut restituerent, deberent vendere  
domum vel praedium multo minoris pretii quam valeat; neque eti-  
am Notarius aut falsi testes, qui falsum instrumentum condiderunt,  
tenentur damnum a se illatum statim reparare, si statim reparan-  
do magna infamia periculum subeant; nec si statim restituere te-  
nentur, qui restituendo e statu, quem iuxta comparaverunt, necessa-  
rio auferent, ib. n. 556.

Si gravis utriusque debitoris et creditoris sit necessitas, debitor tenetur resti-  
tuere; si vero uterque in extrema necessitate sit constitutus, si occa-  
sione rei sibi ablata creditor in hanc necessitatem coniectus fuerit,  
tenetur debitor seu qui abstulit rem illam restituere, per cuius subtra-  
ctionem creditor in extremam coniectus est angustias: si extre-  
ma creditoris necessitas alia ex causa, quam debitoris injustitia nata  
fuerit, multi censent debitorem pariter in extrema necessitate con-  
stitutum non teneri restituere hanc et nunc, praesertim si dumtaxat  
causa sit innocens, cuius creditor in pari extrema necessitatis casu con-  
stitutus sit, ib. n. 557. Transacta necessitate extrema et gravi, ino-  
pia, et impotentia, urget restituendi obligatio, ib. n. 558.

Qui alterum vi, metu, vel fraude, vel alio modo injuste inducit in pecca-  
tum, vel abducit a bono opere vel virtute, tenetur ex justitia pro-  
vare damnum huius reparationem, ib. p. r. c. i. d. n. 562. Qui sine vi  
metu, et dolo aliud in peccatum inducit, non videtur teneri ad restitui-  
endum, nisi sit Superior, ib. n. 563. Qui vi, metu, calumnia,

fraude, mendaciis, aliove modo injusto impedit vel avellit aliquam à Religionis ingressu aut professione, peccat graviter, et tenetur vim vel fraudem tollere et ei suadere ingressum seu reditum, et Monasterio compensare, quanti valebat spes commodi temporalis, quod ex ipsius Donatio-  
 na, labore, ac industria expectabatur, si injuste abdu-  
 tus non fuisset, ib. n. 564. Qui alterum sine vi, fraude, mendaciis,  
 aliove via injusta, licet sine justa causa, avellit à Religionis ingressu  
 vel professione, non tenetur ad restitutionem, ib. n. 565. Qui  
 Religionem professum, atsi sine vi et dolo, sed solo consilio et precibus à Religio-  
 ne abducit, videtur ea justitia tenari Monasterio, ea quo illum abducit,  
 compensare damna temporalia inde secuta, ib. n. 566. Qui ma-  
 lificiis, veneno, vel alio modo aliquam reddidit mentis, vel memoria  
 impotentem, autum alterius potentia naturalis privavit, vel vi aut  
 fraude pertraxit ad aliquis lacerandum, ea quo tale damnum secutum  
 est, peccat graviter contra justitiam, et tenetur omne damnum,  
 quod inde secutum est, restituere, ib. n. 568. Qui alium scientiam  
 aut artem aliquam vel malè vel negligentè docuit, si ratione officii  
 aut pastri illum instruere tenebatur, obligatur ad restitutionem: qui  
 vero ex mera charitate alium docet, quamvis id paulò negligentius faci-  
 at, non tenetur ad restitutionem, nisi id dolose agat sciens et volens,  
 novitque alium Magistrum hunc docere volentem diligentius illum  
 esse institutum, ib. n. 569. Qui alium impedit à consecutione  
 boni, ut Beneficii vel officii, quo dignus erat, vel alterius boni ea justi-  
 tia non debiti, ut doli, legati, p. si unus sit vi, dolo, p. tenetur ad resti-  
 tutionem, non quidem aequalis rei alius bono habet, quod impedit, sed  
 quanti duntaxat prudenti judicio ea, quam habebat, bonum illud con-  
 sequendi heri obtinendi spes valebat; quod si nulla erat spes, non tene-  
 tur restituere damnum, cum re ipsa unum intulerit; si tamen ex  
 qua spes fuisset, compensanda est prudenti judicio, scilicet si precibus  
 tantum, suasionem et consilio illum impedit, ib. n. 570. Accepta  
 pro actione vel omissione debita ea justitia restitui debent dacti,  
ib. n. 571. Accepta pro opere debito ex charitate tantum vel ex aliis  
 virtutibus, quod sine labore, sumtu, aut periculo fieri potest, restitui  
 debent; imò, juxta probabiliorum sententiam, etiam fieri nequeat  
 sine labore, sumtu, periculo, p. ib. n. 572. Quod sponte et libe-  
 raliter ex per modum donationis omnino gratuita, praevis ad inclin-  
 dum accipientem ad bonum opus ex justitia vel charitate debitum fa-  
 ciendum alium concessum est, ab ipso non est restituendum, nisi leges  
 donationem hanc improbant, ib. n. 573. Qui aliquid accipit pro  
 actione vel omissione, qua solum cedit in suum commodum, vel in  
 honorem Dei, non tenetur illud restituere, ib. n. 574. | Vid. Konici-  
 dium, Stuprum, Fornicatio, Adulterium, Detractio, p. |.

Restitutio in integrum est remedium adversus prescriptionem; definitur  
 remedium, quo tribuitur alium potestas suam rem sibi vindicandi.  
 Conceditur Minoribus, id est iis, qui annum vigesimum quintum non  
 dum expleverunt: Ecclesiis et piis locis, etiam si prescriptio sit 40. an-  
 norum; quia Ecclesia et pia loca sunt instar pupillarum: Majoribus,  
 non quidem in prescriptione 30. aut 40. annorum, sed 10. aut 20. modo  
 probent prescriptionem aut omnino sine sua negligentia aut cum  
 probabili sua ignorantia fuisse peractam; habent autem quatuor an-  
 nos postquam renoverint expletam esse prescriptionem, intra quod tempus  
 à Beneficio restitutionis in integrum non excluduntur, To. 3. Tr. 5. c. 2. l. 1.  
 i. 5. 3. n. 164.

Restrictio mentalis seu tacita est mentis conceptus, quo verba exteriora pro-  
lata ad alium, quam quom per se ferunt, sensum ab ipso loquente restrin-  
guntur. Duplex est, una stricta, altera late mentalis: prima residet  
in sola mente, nec ulatenis verbis, signis, aut aliis circumstantiis exterioribus  
manifestatur; altera vero vel ex modo loquendi, vel ex circumstantiis,  
vel ex consuetudine deprehendi potest et percipi ab audiente, To. 3. Tr. 5.  
c. 4. n. 468. Nunquam licet uti restrictione mentali stricta seu  
pura tali, ib. n. 469. et seq. Solv. ob. ib. n. 473. et seq. Restrictio  
autem late mentalis, si ex justa causa adhibeatur, licita est; licet,  
si sine tali justa causa adhibeatur, ib. n. 468. et 476.

Retractus gentilitius seu redhibitio Gentilitia | Frug. 2. 1. 1. | est jus con-  
ceptum proximo venditoris consanguineo intra certum tempus resinden-  
di et ad se revocandi venditionem rei immobilis eodem oblato pretio,  
quo illa ab extraneo vel remotiore consanguineo empti fuerat, To. 3.  
Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 1. n. 289.

Licitus est retractus gentilitius: hinc contra justitiam peccat, et ad resti-  
tutionem tenetur, qui simulata permutatione aut alio contractu  
occultat venditionem in fraudem consanguineorum; item qui fin-  
git se majore pretio emisse, quam se vera emisit ad detrahendum  
consanguineum a repetenda paternâ possessione; is etiam, qui  
nomine consanguinei precibus illicitis, aut premio conducti ab em-  
ptore rem emptam vindicat; denique is, qui rem emptam re-  
trahit, ut extraneo alium eam majore pretio vendat, ib. n. 288.

Retus infidelium | vid. Infideles |

Rixa est pugna manuum et verborum inter privatos, cum scilicet aliqui  
ex iis invicem se percutiunt auctoritate privata. In aggressore  
est peccatum ex genere hoc mortale: in repugnante vero, si in eo,  
qui se defendit, licita est, si tenet moderamen inculpatae tutelae;  
illicita vero est peccatum, si illud non tenet, vel veniale, vel leth-  
ale, secundum iram, odium, et appetitum vindictae excessum, To. 3. Tr. 6.  
p. 3. c. 2. §. 3. n. 367.

Rufinus, quis, p. To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 59.  
Ruth, quis fuerit, epus liber, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 225. et 226.  
quando scriptus, et quis illius auctor, ibid. n. 227. et 228.

S.

Sabelliani Concilii Nicaeni definitione abusi hant, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 2. Sect. 1.  
§. 3. n. 31.

Sacerdos | vid. Presbyter, Potestas, Poenitentia |

Sacerdotium | vid. Presbyteratus |

Sacramentalia hant res quaedam seu actiones ab Ecclesia instituta, at-  
que per illius potestatem spiritualiter consecrata seu sanctificata ad quos-  
dam effectus spirituales producendos, praesertim vero ad levium seu  
venialium peccatorum veniam et remissionem obtinendam. Sex  
numerantur hoc verum comprehense:

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.

Orans, id est, Oratio facta in Ecclesia consecrata. Tinctus aqua sa-  
cra mentali seu benedicta. Edens panem vel fructus Ecclesia pre-  
cibus benedictos ac consecratos, qui ab antiquis Eulogia dici solabant.

Confessus, hoc est, generalis confessio, qua fit initio Missae, ad  
primam, quando festum aliquod duplici minus celebratur, et ad



264

Completorium, item in Cena Domini. Dans elemosynam que tantum vim habet ad veniam peccatorum à Deo impetrandam. Benedicens, id est, Benedictio Episcopalis, To. 4. Tr. 1. c. 8. §. 5. n. 341. Oratio et largitio elemosynae non sunt ritus ab Ecclesia instituti, sed opera moralia. ib. 342.

Urus Sacramentalium est antiquissimus. Duplex est aqua benedictio tam apud Latinos quam apud Graecos, una solemnior, qua in Ecclesia Latina celebratur pridie Pascha et Pentecosten ad fontem Baptistalem, apud Graecos et Latinos saltem in Germania nostra in festo Epiphaniae seu pridie illud: alia minus sollemnis, qua fit tum à Graecis tum à Latinis diebus Dominicis.

panis benedicti seu Eulogiarum frequens est mentio apud Scriptores Saeculi IV. Eulogia autem Latine idem significat ac munus amicum, à verbo Graeco Eulogos derivatum nomen, quod verbum idem est ac benedicis: unde Keylo Ecclesiastico tum apud Latinos quam apud Graecos Eulogia idem est ac panis benedictus.

Ritus Confessionis publica et generalis, qua inquit per haec verba: Confiteor Deo omnipotenti &c. licet admodum antiquus non sit, non tamen minus est pius; in eo siquidem Fideles saltem se confitentur peccatores, à Deo veniam petunt, pro illis Ecclesia suis suffragiis intercedit, eosque per Ministrum suum benedicit; quo omnia plane sunt religiosa, et ad poenitentiam sanctorumque vita concilium praeorant; estque umbra et representatio ritus antiquioris, iuxta quem publicè poenitentes à Templò ejeti, postea reconciliabantur, palamque absolutionis beneficium, perfectà jam poenitentia, consequerentur, ib. n. 342.

Certum est per Sacramentalia non remitti peccata mortalia, neque gratiam sanctificantem immediate et ex opere operato produci, sed mediate tantum et ex opere operantis, quatenus nimirum virtute orationum et suffragiorum Ecclesia vim habet impetrandi à Deo gratia actualis auxilia eius, quibus applicantur, ib. n. 343.

Eadem est ratio ceterarum Ecclesiasticarum caeremoniarum ac Sacramentalium; earum enim etiam non exiguus est Spiritus effectus, praesertim vero signi crucis, quod in omnibus Sacramentis perficiendis semper usurpanti consuevit; valet plurimum ad Daemones terrendos ac fugandos, vim quoque habet ex pietate et devotione hominis Deo signantis eo modo, quo vim habet oratio vocalis; valet quoque ad morbos sanandos, p. ib. n. 344.

Sacramentum. Sacramenti nomen derivatur vel à servando; quia ad res sacras initiat seu conservat; vel à servato; quia rem arcanam continet; hinc quod apud Latinos est Sacramentum, apud Graecos mysterium dicitur.

Varia est ac multiplex hujus vocis acceptio tum apud Auctores sacros et Ecclesiasticos, tum apud profanos: apud hos nomen Sacramenti significabat 1<sup>o</sup> pecuniam seu pignus, quod olim à litigantibus in loco sacro depositum illi peribat, qui sua causa cadebat; 2<sup>o</sup> Juramentum, quod per rem sacram, id est, divini numinis invocationem fieri solet; et idcirco qui per jurandum rei militari nomen dabant, Sacramentarii dicebantur, To. 4. Tr. 1. proem. 2. n. 2. Apud Scriptores sacros et Ecclesiasticos Sacramenti nomen accipitur 1<sup>o</sup> pro re arcanà et latente, sive sacra sit sive non; 2<sup>o</sup> pro signo rei sacrae; 3<sup>o</sup> pro signo rei non solum sacrae simul et occulta, sed etiam sacrae seu initiantis hominem divini cultui, qui sensus maxime proprius est ac

265c

nostro instituto accommodatus; Sacramentum igitur propriis ac Theolo-  
 gicis sensu est signum rei sacrae, lavantis seu iniciantis et sanctificantis,  
 ib. n. 3. Igitur Sacramentum generice sumptum et ut tam de no-  
 va quam veteris Legis Sacramentis intelligitur, recte definitur Signum  
 sensibile Sacrum gratiae sanctificantis permanentis à Deo institutum,  
 ib. n. 4. Separatim Sacramenta veteris Legis sic recte defini-  
 possunt: Signum sensibile, Sacrum, permanentis à Deo institutum,  
 et significans tantum gratiam dandam per passionem Christi: Nova  
 Legis Sacramenta autem sic: Signum sensibile, Sacrum, permanentis  
 à Christo institutum ad significandam et efficiendam infalibiter, et ex  
 opere operato gratiam sanctificantem. Utraque enim Sacramenta  
 sunt vera Sacramenta, et per hoc solum à se invicem differunt, quod  
 antiqua gratiam nobis dandam tantum significaverunt; nova vero  
 illam presentem significant, atque eandem conferant infalibiter  
 per se et ratione actionis, in qua consistunt, ib. n. 5. *Ennea the-*  
*ologicorum Sacramenti definitiones, ib. n. 7.*  
 De materia et forma, seu de methodo explicandi partes Sacramento-  
 rum per materiam et formam primum Saeculo XIII. quo scilicet nata est  
 Theologia Scholastica, usitatis fieri coepit; Veteres enim partes, quibus  
 Sacramentum constat, simpliciter appellabant res Sacramentorum, ib.  
 n. 10. Methodus ergo ista à Platonicis Philosophis Peripateticis, quibus  
 Saeculo XIII. imbuti ac immutati erant Theologi, ad Scholam fluxit, atque  
 publico Ecclesiae consensu conservata est tum in Concilio Florentino in  
 Decreto Eugenii, tum in Concilio Tridentino Sep. 14. c. 3. ib. c. 1. d. 1. n. 11.  
 Huius methodus ista exponendi partes Sacramentorum per materiam  
 et formam non aliunde duxit originem quam ex analogia seu simili-  
 tudine, quam esse arbitrati sunt Theologi illi principis Peripateticus  
 imbuti inter totum Sacramentale et totum physicum, ib. n. 12.  
 In principis nostrae aetatis Philosophorum, quos Novos vocant, et qui in  
 composito physico seu corpore nullam formam substantialem prater  
 materiae seu corporis partium dispositionem, situm, et configuratio-  
 nem admittunt, addita totum physicum inter et totum Sacramen-  
 tale similitudo etiam locum habet; nam formam immergant eam cor-  
 poris partem, quae nomini ejusdem figura est, ib. n. 13. Per ma-  
 teriam igitur Sacramenti illud omne sensibile intelligitur, quod minus  
 clare et distincte gratiam significat, sive illud sit Substantia qua-  
 dam physica, qualis est aqua in Baptismo, s. sive sit quaedam actio  
 aut ex parte Ministeri seu ministrantis, aut ex parte suscipientis Sacra-  
 mentum, qualis est manus impositio in Ministro Confirmationis et Or-  
 dinationis, et Contritio, Confessio et Satisfactio in poenitente. Per  
 formam vero intelligitur non tantum verbum proprie dictum, quod ore  
 profertur, sed id omne, quod gratiam clarius ac distinctius significat,  
 sive verbum sit vocale sive non, ut sunt motus et similia. Igitur Sa-  
 cramenta constant rebus et verbis; et quod res materia dicantur, verba  
 autem forma nomine donentur, ex usu Theologorum invaluit, à quo  
 recedere jam non licet, cum sit totius Ecclesiae praei approbatus et conse-  
 cratus, ib. n. 14. Ab illo non recedunt Novatores, qui Sacramenti for-  
 mam non in verbis ipsis sed in virtute seu efficacia, et in significatione tum  
 verum tum verborum collocant, quod perperam existimant verba Sacra-  
 mentorum promissionis esse ac conditionis destinata unice ad fidem audi-  
 entium evitandam, ib. n. 15. En nostris aliqui, quamvis  
 sensu à Novatorum errore longe alieno dicere totum id, quod in Sacramen-  
 to sensibile est, sive res sit, sive verbum, esse locum materiae; significatio-  
 nem vero esse locum formae totius Sacramenti. Sed emendanda est haec

Prim. R.R.  
pag. 257.

256

opinio, ut que à communi et recepto loquendi usu recedat, ibid. n. 18.  
 Quodlibet sive veteris sive Nova legis Sacramentum necessario constat re-  
 bus tanquam materia, et verbis tanquam forma. Duplex porò in eis est  
 materia, circa quam versatur actio Ministrum, remota scilicet, ut aqua  
 in Baptismo, et proxima, que est una materia remota, ut ablutio in  
 Baptismo, ib. 5. 2. n. 17.  
 De fide est Christum Dominum determinasse, saltem in genere, omni-  
 um Nova legis Sacramentorum materiam et formam, ib. 5. 3. n. 19.  
 Idem Christus Dominus quorundam Sacramentorum, nempe Baptismi  
 et Eucharistie, materiam et formam determinavit in specie, ib. n. 20.  
 Forma autem aliorum Sacramentorum non ita determinata fuerunt,  
 sed Christus Ecclesie reliquit determinandum, que oratio adhibetur  
 v. g. pro Confirmatione, Ordinatione, et Extrema Unctione, quæve  
 verba profertur pro Sacramentis Pœnitentiæ et Matrimonii,  
 modo per ea sufficienter exprimerentur istorum Sacramentorum  
 effectus, ib. n. 21. Utrob. Christus omnium Sacramentorum ma-  
 teriam in specie determinaverit, non conveniunt doctores Theologi  
 apertè alii; negant verò alii, quorum tamen sententia non nisi  
 certis conditionibus temperata propugnari debere videtur, scilicet,  
 ut materia et forma assignata in Scripturis constantè ab omnibus  
 retineatur; 2.º ut qua ab Ecclesia dicuntur semel assignata partem  
 essentialis Sacramenti nunquam mutentur; 3.º ut pendente dubio  
 an hic vel ille ritus ad substantiam Sacramenti pertineat nec ne,  
 si omnes, sedulo ac religiose observentur, quia ab Ecclesia præscriben-  
 tur et observantur, ib. n. 22. et 23.  
 Quævis mutatio substantialis seu essentialis in materia vel formam  
 Sacramenti cuiusvis illud nullum et irritum facit; accidentalis verò  
 illud non irritat, ib. 5. 4. n. 24. Mutatio materia est substantia-  
 lis, quando materia nomine et re secundum communem aestimatio-  
 nem et usum differt ab eâ, quam Christus instituit, et Ecclesia usu-  
 pat, ita, ut in ordine ad usus humanos et proit sub tali nomine usu-  
 patar, sit notabilis diversitas; ut si v. g. in Baptismo adhibeatur  
 vinum loco aquæ: Materia mutatio est accidentalis, si materia sit  
 eadem re et nomine cum eâ, quam Christus instituit, sed non adhibea-  
 tur eodem modo, quo Ecclesia eam adhibet; ut si in Baptismo sine ne-  
 cessitate adhibeatur aqua non benedicta, ib. n. 25. Mutatio  
 substantialis forma est quando vel non adhibentur verba vocalia hæc  
 propriè dicta, ubi essentialiter requiruntur, ut ea ipsa requiruntur  
 in omnibus, excepto Matrimonio; vel si verba vocalia ita muten-  
 tur, ut non maneat sensus à Christo institutus tanquam necessarius;  
 Quævis verò forma mutatio, quæ non tollatur sensus à Christo institu-  
 tus, est accidentalis. Quænam autem materia, vel que verba ad essen-  
 tiam Sacramenti requirantur, certò cognoscimus ex usu et doctri-  
 nâ Ecclesie, ib. n. 26. Sensus verborum equivocatorum ab  
 intentione profertentis pendet. sed extra equivocationem sensus  
 verborum non pendet ab intentione profertentis; hæc valebat Baptis-  
 mus Arianorum, quamvis circa formam male sentirent, quia  
 illam rectè pronuntiabant, ib. n. 27. Verborum mutatio seu  
 modis fieri potest, nimirum per additionem vel subtractionem alius  
 vocis, loci alterius, per corruptionem alius vocis detrahendo vel mu-  
 tando aliquam syllabam, per transpositionem et interruptionem pro-  
 nuntiando scilicet unam partem formæ, ac deinde quiescendo per ali-  
 quod tempus, vel loquendo aliquid impertinens, et demum perficiendo  
 formæ prolationem: quoties igitur aliquo ex istis modis verba ita

256

mutantur, ut pereat sensus à Christo intentus, toties mutatur  
 substantialiter vera forma; sed si hic sensus maneat: interrup-  
 tio verum sensum, ideoque substantiam formam, destruit, quoties tollit  
 moralem formam unitatem; sed si non eam tollat, qua secundum pro-  
 dens iudicium estimari debet ex circumstantiis, modo, ac duratione  
 interruptionis, ib. n. 28. Quis mutatio accidentalis, quamvis,  
 si non fiat animo inducendi novum errorem, Sacramentum non iri-  
 tet, quia materiam et formam à Christo institutas non mutat, sed  
 ea in illa adhuc reperitur, est tamen illicita, praesertim si fiat  
 privata auctoritate; si vero fiat animo et intentione inducendi no-  
 vum errorem iritat Sacramentum; ad quod tamen duo requirun-  
 tur, 1. ut sensus formae sit re vera ambiguus, 2. ut error Minister  
 ita antea exprimat, et verba ambigua in talibus circumstantiis  
 proferantur, ut non nisi parvo sensu intelligi debeant, ib. n. 29.

In Sacramentorum administratione, quando ministrandum est Sa-  
 cramentum ad salutem necessarium, inquitque motus periculum,  
 si certa materia non suppetat, Minister licite potest imò debet  
 adhibere dubiam: at è contra grave peccatum est uti materia du-  
 bia, cum certa haberi potest, ib. n. 30.

Ad essentiam Sacramenti non requiritur conio per quam exprimitur  
 Sacramentorum institutio, vel promissio, vel effectus, ib. d. d. n. 31.  
et seq. Verba Sacramentorum sunt vera ac propria conservatoria,  
 non promissionis, nec conionis, ib. n. 31. Solv. ob. ib. n. 42. et seq.

Forma Sacramentalis alia est absoluta, qua licet actionem  
 Sacramentalem absolute enuntiat, ut haec verba, Confirma te;  
 alia vero conditionalis, qua licet eandem actionem exprimit, praesup-  
 posita conditione, ut haec sententia, Si tu non es baptizatus, ego  
te baptizo. Huius conditionalis forma unus ad octavum usque  
 saeculum in Ecclesia unus deprehenditur, atque primum dicto  
 saeculo in Sacramentorum administrationem et confectioem apud  
 Latinos coepit adhiberi, et hoc primum saeculo XIII. in omnibus Eccle-  
 siis, ib. d. d. n. 49. Porro ubi conditionalis haec forma in Ecclesia La-  
 tina primum invaluit, initio ea duntaxat Sacramenta sub condi-  
 tione iterata fuerit, quo propter characterem, quem imprimunt,  
 iterari non possunt; at à centum et amplius abhinc annis  
 etiam in Sacramentis, quae possunt iterari, forma conditionalis  
 unus invaluit, ib. n. 50. In iis duntaxat circumstantiis  
 forma conditionalis adhiberi debet in administratione seu confec-  
 tione Sacramenti, cum licet legitima occurrat dubitandi ratio,  
 an re ipsa collatum fuerit Sacramentum: an vero, si forma sit  
 dubia et incerta, quod rarissime contingere potest, eam usurpare  
 licet, ea veniunt observanda, quae circa materiam dubiam supra  
 annotavimus, ib. n. 51.

In statu innocentiae nulla omnino extiterunt Sacramenta, ib. c. 2. d. 1.  
n. 56. Solv. ob. ib. n. 57. et seq.

licet neque ex Scriptura, neque ex Traditione non verianus nun in  
 lege naturae aliquod extiterit Sacramentum, quod parulis esset re-  
 medium advenis peccatum originale, tamen pia et vera senten-  
 tia est in dicta lege extitisse aliquod tale Sacramentum; illud  
 autem remedium in fide sententiæ Messiae positum fuisse verisimi-  
 lius est. Et merito conjici potest pro adultis fidelibus nonnulla

entitate Sacramenta, ib. §. 2. n. 52. et seq.

Plura entiter in Veteri scripta Lege Mosaiica, ib. §. 3. n. 66. et 67. nul-  
lum quoque dubium est, quin in Nova Lege seu Evangelica entent  
Sacramenta, ib. n. 68.

Imtilis Schola trica esse videtur, utrum Sacramenta Nova Legis phy-  
sice an vero moraliter deumtaxat gratiam operentur, ib. c. 3. n. 69.  
Conipi potest Sacramenta produere gratiam duobus modis, nimirum aut  
ex opere operato, aut ex opere operantis: priori modo eam produunt  
si produunt vi et efficaciam ipsius operis exteriori Sacramentalis à Chri-  
sto Domino instituti ac debite subiecto applicati ultio omne meri-  
tum ministrantis vel recipientis Sacramentum, non tamen sine  
quibundam pravis ex parte susipientis dispositionibus, qua neque  
sunt causa effectores gratia, neque ipsis Sacramentis vim et effi-  
caciã tribunt, quam habent à Christo immediate derivatã,  
sed tantum sunt conditiones, qua remorent obicem seu impedi-  
mentum, quo impediiri seu retardari posset viset efficacia Sa-  
cramenti: à posteriori modo eam produunt, si agant  
ex vi probitatis Ministri ea conferentis, aut ex Dispositione sub-  
jecti ea recipientis, adeoque si gratia ista à Deo intuitu fidei  
ac pietatis seu meriti vel ministrantis vel susipientis Sacramen-  
tum concedatur, ib. §. 1. n. 70. Olim Donatista contenderunt

Sacramenta Nova Legis produere gratiam ex opere operantis  
deumtaxat, id est totam eorum efficaciam refundebant in santi-  
tatem Ministri et dispositionem susipientis: Lutherani vero et  
Calvinista ex falso suo principio, nempe solum fidem justificare,  
omnibus tum Nova tum Antiqua Legis Sacramentis vim sancti-  
ficandi adimunt, p. ib. n. 71. et seq.

Sacramenta Nova Legis  
gratiam ex opere operato eis conferunt, qui nullum ponunt obicem,  
ib. n. 74. et seq. Solv. Ob. ib. n. 78. et seq. Nulium Antiqua le-  
gis Sacramentum, ne Circumcisio quidem, conferebat gratiam  
ex opere operato, ib. n. 91. et seq. Solv. Ob. ib. n. 99. et seq.

Duplex distinguitur Sacramentorum effectus, Gratia nempe et  
Character: hui à tribus deumtaxat Sacramentis imprimuntur  
Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine; illa hab omnibus  
confertur, ib. c. 4. n. 107. et Broem. 2. n. 6.

Omnes recentiores Aetholici negant Sacramenta Nova Legis gra-  
tiam aliquam produere, prout jam supra annotatum, nempe  
contendunt ea non habere alium effectum, quam ut confirmet  
fidem seu persuasionem, qua fideles certo credant sibi peccata  
non imputari, ib. §. 1. n. 108.

Gratia vel est habitualis, qua  
scilicet per modum forme permanenter inhaeret anima ipsamque  
sanctificat ac Deo gratiam reddit; vel actualis, qua est motus  
transiens, quo anima ad pietatis opus eruitatur; vel communis obu-  
nibus Sacramentis; vel uniuersique propria, qua diuiso Sacramenta-  
lis appellatur; vel est prima, si nempe homini primum datur nec  
aliam in eo presupponit, hoc est si ei conferatur, qui jacet in peccato  
mortali; vel secunda, si nempe jam data augetur, atque aliam  
in homine presupponat, hoc est, si datur homini iusto, seu jam ha-  
benti gratiam sanctificantem, ib. n. 109.

Gratia omnibus Sa-  
cramentis communis non est alia à gratia sanctificante; ab omni-  
bus enim Sacramentis producitur: gratia vero uniuersique Sa-

269

eramento propria seu peculiaris est jus quoddam ad auxilia actualia, que necessaria sunt ad consequendum cujusque Sacramenti finem, haecque, ut dictum, Sacramentalis nuncupatur, ib. n. 110. Gratia, que per Sacramenta producit, est gratia habitualis, ib. n. 111. Sacramenta non produunt gratiam actualem, ib. n. 112.

Aliqua Nova Legis Sacramenta primam gratiam per se conferunt, ut Baptismus et Coenitentia, que ob id a Scholasticis Sacramenta motuum appellantur; alia vero secundam tantum, ut Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, et Matrimonium, que idcirco à Theologis dicuntur Sacramenta vivorum, ib. n. 113. Sacramenta vivorum nunquam per accidens primam gratiam homini conferunt, ut si quis impius liber ab affectu peccati eo, quo par est, pietatis ac religionis animo inculpabiliter ignorans, se esse in statu peccati mortalis, ad Sacramentum accideret, Eucharistia communit per accidens primam in eo gratiam producat, ib. n. 114.

Quodlibet Nova Legis Sacramentum producit gratiam convenientem fini, ad quem ordinatur, que specialis gratia est jus quoddam ad specialia auxilia gratia actualis ad consequendum Sacramenti finem idonea et opportuna tempore infallibiliter conferenda, nisi ponatur obex ab eo, qui Sacramentum suscipit: Sic Baptismus dat jus ad auxilia, quibus baptizatus Christiani hominis officia exequi possit; Confirmatio dat jus ad ea, que necessaria sunt, ut, data occasione, fidem Christianam exterius coram Tyrannis confiteatur; Eucharistia dat jus ad ea, que requiruntur, ut quis in Christo manere possit, ad perseverantem animi hanc mansionem Eucharistia specialiter ordinatur; Coenitentia dat jus ad auxilia, que necessaria sunt, ut homo peccata et eorum occasiones fugiat, Deoque, ut par est, satisfaciat; Extrema Unctio dat jus ad ea, que necessaria sunt, ut infirmus obtineat remissionem peccatorum; abstersionem reliquiarum peccati, alleviationem, seu levamen contra tedium, torporem, et incommoda infirmitatis, denique sanitatis corporis restitutionem; Ordo dat jus ad ea, que necessaria sunt, ut quis sancti functiones lauras obeat; Matrimonium denique dat jus ad auxilia, quibus conjugum concupiscentia temperetur, mutua libi infis servent fidem, patienti animo se invicem tolerant, ac prolem sancti et religiose instituant, proem. in Trait. l. 1. c. 4. et ib. c. 4. d. 1. n. 115.

Item specie Sacramentum aequalem semper esse gratiam confert eis, qui aequaliter preparati illud percipiunt, ib. n. 116. Sacramenta inaequalem etiam ex opere operato gratiam conferunt, majorem vel minorem, pro inaequali dispositione Subjecti Sacramentum suscipientis, ib. n. 117.

Tria haec Sacramenta Baptismus scilicet, Confirmatio, et Ordo imprimunt characterem in animam, hoc est, signum quoddam spirituale et indelebile, unde et iterari non possunt, proem. 2. n. 6. et c. 4. d. 2. n. 119. et seq. Solv. Ob. ib. n. 124. et seq.

Sacramenta, que imprimunt characterem valide suscepta sedum obice gratia sanctificantis, eo sublato reviviscunt quo ad hunc effectum, id est, produunt gratiam, quam in actuali huius receptione produxerunt in suscipiente, si tunc bene dispositus fuisset, ib. d. 3. n. 136. probati-

le etiam non dividitur. Extrema Unctionem et Matrimonium re-  
vivere, ib. n. 158. porò ad obicem tollendum, et ut Sacramen-  
ta reviviscant hæc requiruntur: 1<sup>o</sup> Si obicem fuerit solummodo inulga-  
lis omnis dispositionis ad gratiam, tunc tollitur ponendo dispositionem  
illam, et sic Sacramentum reviviscit, modo tamen novus obicem non ad-  
ditus sit mortaliter peccando post susceptum Sacramentum; nam  
iste removeri debet per Sacramentum poenitentiae, vel per contri-  
tionem perfectam ejus votum includentem, ib. n. 154. Solv. ob. ib. n. 149.  
et seq.

Christus Dominus omnia et singula Legis Novae Sacramenta immediate  
et per se ipsum instituit, ib. c. 5. §. 1. n. 147. et seq. Solv. ob. ib. n. 151. et 152.

Triplex à Theologis distinguitur in Sacramentis instituendis potestas  
sive auctoritas; una primaria et independens, qua simpliciter dicitur  
potestas auctoritatis, atque soli Deo propria est; altera excellentia  
sive ministerii principalis, qua Christo competit ratione humanitatis  
suae, qua est instrumentum divinitati hypostaticè conjunctum;  
tertia denique infima, qua dicitur potestas sive ministerii, qua  
lis Sacerdotibus data est. Auctoritas excellentia, qua Christo pro-  
pria est, fundatur in unione hypostaticà atque hæc quatuor in-  
cludit, meritum Christi in Sacramentis operari ac primam de con-  
dignò gratiam mereri; ad invocationem nominis Christi Sacra-  
menta celebrari; Christum instituisse potuisse, ut se verò insti-  
tuit, Sacramenta; solo suo arbitrio ac voluntate absque ulla si-  
quis sensibilibus posse Christum gratiam Sacramentorum propriam  
conferre.

Ad Sacramentum verò instituendum duo requi-  
runtur, 1<sup>o</sup> ut assignetur signum aliquod exterius conveniens, 2<sup>o</sup>  
ut huic signo annexa sit virtus et efficacia conferendi gratiam  
sanctificantem, ib. n. 154. Potestas auctoritatis primaria et  
independens instituendi Sacramenta nulli jure creatura commu-  
nicari potest: ea verò qua dicitur excellentia, atque humani-  
tati Christi tanquam instrumentum divinitati conjuncto concessa  
fuit, adequatè, et quantum ad omnes effectus communicari non  
potest, sed inadéquatè tantum, ib. n. 155.

Duplex est generatim Sacramentorum minister, primarius scilicet  
et secundarius: Minister principalis et primarius est ille, qui Sa-  
cramenta instituit, ut ejus nomine fierent, et per cujus solius  
merita operarentur; talis est solus Christus ut homo! Minis-  
ter secundarius est ille, qui sub Christo et ejus nomine potest vali-  
dè conficere Sacramentum, sive est idoneus effector Sacramenti.  
Hic denique duplex est, Ordinarius nempe et extraordinarius: prior  
est ille, qui secundum legem et ordinem à Christo præscriptum Sa-  
cramentum conficit ac dispensat: alter verò qui præter legem illam  
ordinariam et extraordinariè ad illud conficiendum aut dispensandum  
deputari potest, ibid. c. 6. n. 156.

Lutherus lib. de Missâ privata  
docet etiam Angelos tum bonos tum malos habere potestatem confici-  
endi et dispensandi Sacramenta; Calvinus verò contendit solos Christia-  
nos ad ministerium legitime vocatos hanc potestatem habere, ita ut  
ne quidem in necessitate foemine baptizare possint, ib. n. 157.

Solus homo viator potest esse ordinarius Sacramentorum Minister,  
ib. §. 1. n. 158. Solv. ob. ib. n. 161. et 162. Non omnes et singuli homi-  
nes viatores ratione utentes sunt Ministri omnium Sacramentorum,  
sed tantum Baptismi, et fortè Matrimonii, ib. n. 159. Solv. ob. ibid.

n. 163. et seq. Angeli possunt esse extraordinarii Sacramentorum  
Ministri, ib. n. 160. Solv. ob. ib. n. 166. et seq.

Ex parte Ministri Sacramentorum tres potissimum requiruntur con-  
ditiones, ut tunc valide tunc licite Sacramenta conficiat ac dispenset,  
intentio scilicet, fides, et sanctitas seu probitas, ib. n. 164. De  
fide est necessarium esse veram Ministri intentionem ponendi hinc,  
et non jocosam saltem exterius, ritum externum prout ponitur in Eule-  
gia ad perficiendum Sacramentum, ib. n. 174. et seq. Solv. ob. ibid.  
n. 192. et seq. ~~Idem est de intentione~~ In pari omnino tene-  
da est sententia, quae negat intentionem exterius sufficere ad  
veritatem Sacramenti, ib. n. 177. et seq. Solv. ob. ib. n. 195. et seq. ~~Idem~~

~~Intentionem~~ Ad veritatem et integritatem Sacramenti non  
requiritur intentio finis seu effectus Sacramenti scilicet  
sanctificationis, ib. n. 183. et seq. Ad veritatem et vali-  
ditatem Sacramenti nec reflexa nec actualis intentio re-  
quiritur; sed nec habitualis nec interpretativa sufficit;  
sufficit vero virtualis, ib. n. 187. et seq. Solv. ob. ib. n. 216.  
et seq. | Vid. Intentio |

Ad valorem Sacramenti non requiritur fides in Ministro, ib. n. 3.  
n. 222. et seq. Solv. ob. ib. n. 247. et seq. nec requiritur in eo  
sanctitas seu status gratiae, ib. n. 226. et seq. Solv. ob. ib. n. 247. et  
seq. Ministri, qui in statu peccati mortalis Sacramenta confi-  
ciunt aut dispensant, peccant mortaliter, ib. n. 230. hinc id peccant

lethaliter Ministri, qui consilii mortalis peccati non solum Sacra-  
menta conficiunt, sed qui jam confecta ministrant, atque iuxta  
nomines tot mortalia peccata admittere videntur, quot homini-  
bus eadem Sacramenta etiam continuo ministrant: multi tamen  
censent tales Ministros tunc unicum peccatum mortale admittere,  
sed est gravius, quo pluribus hujusmodi Sacramenta ministrant,  
ib. n. 233. 2<sup>o</sup> lethaliter peccant Ministri peccati mortalis consilii

qui Evangelium, vel Epistolam solemniter in Eulegia decantant,  
Sacramentalia exercent, conuociones ad plebem habent, praesunt  
officiis divinis, et vota fidelium ad Deum perferunt, ib. n. 234.  
Multi tamen contrarium sentiunt ac tulerunt inreverentiam  
Ministri in sacris ministeriis: | excepta confessione Sacramenti  
et Eucharistiae administratione: | esse ad summum venialem: sed  
in hac opinionum contrarietate quod tutius est amplectendum  
videtur, ib. n. 235. Quod spectat inferiores Clericos, acolythos

scilicet et Clericali tonsura initiatos, hi non incurunt reatum pec-  
cati mortalis, si gravioris culpa consilii ministrant, ib. n. 236.  
Non licet Sacramenta petere ab improbis Ministri, nisi adit sufficiens  
petendi et suscipiendi necessitas, ib. n. 237. et seq. In extrema  
necessitate licitum est ab excommunicato etiam non tolerato petere  
et suscipere Sacramenta: vocatur autem extrema necessitas pericu-  
lum mortis, in quo quis constitutus indiget aliquo Sacramento ne-  
cessitate medi ad salutem necessario, qualia sunt Sacramenta  
Baptismi et Poenitentiae, ib. n. 242. Quamvis extra casum  
extremae necessitatis non liceat Sacramenta petere ab excommuni-



292

catis non toleratis, Haereticis, et Schismaticis, tamen ut Sacramenta licite peti et recipi possint ab improbis Ministris etiam suspensis et excommunicatis, modo ab Ecclesia tolerentur, sufficit gravis necessitas, ib. n. 243. et seq.

Solus homo viator est Subjectum capax Sacramentorum, ib. c. 7. §. 1. n. 277. Solv. Ob. ib. n. 279. et 280. Omnis homo viator est capax trium Sacramentorum, nempe Baptismi, Confirmationis, et Eucharistiae positae ponendis; at non omnis est capax omnium Sacramentorum, ib. n. 278.

In parvulis dum baptizantur, sufficit intentio publica et generalis Ecclesiae, ib. §. 2. n. 281. In adulto, ut Sacramenta vere percipiat, requiritur vera et interna intentio, seu consensus voluntatis in ritum Ecclesiae, quem percipit, ib. n. 282. Solv. Ob. ib. n. 285. et seq. Non sufficit in adulto intentio percipiendi mere externum ac materialem Ecclesiae ritum; nec etiam requiritur, ut eum expresse tamquam verum Sacramentum intendat, sed sufficit, ut ex animo et generatim velit percipere id, quod facit Ecclesia, ib. n. 283. Solv. Ob. ib. n. 295.

In aliquibus Sacramentis percipiendis, v. g. Baptismo, Confirmatione, intentio actualis aut virtualis non requiritur, sed sufficit habitualis et interpretativa, ib. n. 284.

Fides non est dispositio necessaria ad Sacramenta valide percipienda, uno excepto poenitentiae Sacramento, ib. §. 3. n. 297. Solv. Ob. ibid. n. 300. et seq.

Ut Sacramenta licite ac cum fructu percipiantur, necessaria sunt praevia ex fide ac pietate dispositiones, ib. n. 298. et 299.

In Solemni Sacramentorum administratione semper et quovis Ecclesia saeculo adhibita fuerunt caeremoniae, ib. c. 8. §. 1. n. 308. et seq.

Quod si ergo unus caeremoniarum sit contra verbum Dei, prout iniqua contendunt Novatores, palam est, Religionem Christianam jam à primis inmutabilis defuisse, Ecclesiamque Catholicam nunquam extitisse nisi adulteram, Sanctos quoque Patres in eius sim perisse si nemo, ut Novatores afferunt, saluti suae conuulere possit, nisi ab ea recesserit: quae quamvana et inuisa sint, nemo non videt, ib. n. 317.

Utilis est in Sacramentorum celebratione et administratione unus caeremoniarum, ib. §. 2. n. 319. et seq. Solv. Ob. ib. n. 322. et seq.

Ecclesia habet potestatem ritus et caeremonias in administratione Sacramentorum observandas instituendi, ib. §. 3. n. 331. et seq.

Caevant, qui extra casum necessitatis, etiam citra scandalum et contumtum, praescriptos ab Ecclesia ritus in Solemni Sacramentorum administratione praetermittunt, ib. §. 4. n. 337. et seq.

Septem in Ecclesia Catholica numerantur Sacramenta à Christo ad nostram sanctificationem instituta, et nec plura nec pauciora, Proem. in To. 4. n. 2. et ejusdem Tomi Tr. 1. c. 9. n. 345. et seq. Cur autem nec plura nec pauciora numerentur, in causa est una Dei voluntas: emia vero in huiusmodi rebus tota ratio facti est voluntas Dei facientis.

Quamquam numerus iste ex iis etiam rebus, quae per similitudinem à naturali vita ad spiritualem transferuntur, probabili quadam ratione deduci possit: homini quippe ad vivendum vitamque euhic ac terrena publica utilitate conservandam haec septem necessaria videntur; ut scilicet in hunc evadatur, augetur, alatur, si in morbum incidat, sanetur, virium ipsius imbecillitas reficiatur, deinde, quoad rempublicam pertinet, ut nunquam desint Magistratus, quorum auctoritate et imperio regatur; ac postremo legitima Sobolis propagatione se ipsum et humanum genus, vel potius divinam et à Christo institutam commu-

263

264

nitatem conuertet: quae omnia, quoniam vite illi, quae anima Deo  
 vivit, respondere satis apparet, ex iis Sacramentorum numeris facile  
 colligitur: primus enim est Baptismus velut ceterorum janua, quo  
 Christo renascimur; deinde Confirmatio, cuius virtute fit, ut divina  
 gratia in nobis augeatur, atque ea roboreremur; tum Eucharistia, quae  
 tanquam cibo veri coelesti spiritus nos ter alitur et sustinetur; Se-  
 quitur Poenitentia, cuius ope sanitas animae amissa restituitur,  
 si quando peccati vulnibus aut lara aut amissa fuerit; postea Extre-  
 ma Unctio, quae peccatorum reliquias tolluntur, et animi virtutes  
 reuerantur; Sequitur Ordo, quo publica Sacramentorum ministeria  
 perpetuo in Ecclesia exerceendi sacrosque functiones om-  
 nes exequendi potestas traditur; postremo additur Matrimoni-  
 um, ut ex maris et foeminae legitima et sancta conjunctione filii ad  
 Dei cultum, et humani generis conservationem procreentur ac religiose  
 educantur, Bozem. in Tom. 4. p. 2.

Inter illa vero non est eadem nec par omnium dignitas et necessitas.  
 Dignitate ac Majestate omnia caetera longe vincit Eucharistia, ob rea-  
 lem Corporis et sanguinis Christi praesentiam: alia vero tria sunt,  
 tamen non eadem ratione et gradu, tamen pro ceteris necessa-  
 ria, Baptismus scilicet, qui omnibus est necessarius; Poenitentia illis  
 dumtaxat necessaria, qui se post Baptismum aliquo mortali peccato  
 obtraxerint; Ordo sacerdotum, etsi non singulis fidelibus, toti tamen  
 Ecclesia omnino est necessarius; neque enim stare potest Ecclesia si-  
 ne sacrificiis, ministerio publico, et Ministris, ib. n. 3. et seq. Tria,  
 Baptismus scilicet, Confirmatio, et Ordo spirituales characteres, ut  
 iam dictum, animae imprimunt: alia dant capacitatem, ut  
 Baptismus; et potestatem aliquam, ut Ordo, ib. Bozem. 2. n. 6.  
 Varia circa Legem Novam Sacramentorum numerum opiniones Secta-  
 riorum tum Veterum tum recentiorum recensentur et refutan-  
 tur, To. 4. Tit. 1. c. 9. n. 345. et 348. et seq.

Sacrificium. Nulla unquam Religio vera sine Sacrificio existit aut exis-  
 tere potest, To. 4. Tract. 4. p. 2. n. 354. Varia erant in lege Ve-  
 teri Sacrificia, quibus abolitis Christus Nova Legis auctor debuit hor-  
 tiam aliquam substituere, per quam et summo Deo cultus debitus red-  
 deretur, et multiformis gratia dona hominibus conciliarentur. Bra-  
 stiterat hoc primum ipse per totam vitam, qui à partu virginis  
 effectus est hostia, immolationisque fuit Sacrificium eius in cruce.  
 Ut autem, quo tunc homines Deo reconciliaverat, vitima eadem in-  
 sum iugiter ad finem usque saeculorum placaret, inuentam haren-  
 que victimam, nempe mensa Christi seu Eucharistiae Sacrificium  
 supremum illi Deo offerre per eminentissimum omnium ipsius Pontifi-  
 cem Christum edocti sumus. Idem praefiguraverat Malchisedech  
 Rex Salem proferens panem et vinum, quando obviam factus est Aba-  
 ha à eade Regum revertenti, ib. n. 354.  
 Sacrificium in genere dupliciter sumitur, latè scilicet et strictè: latè  
 et improprie sumptum est qualibet actio interna vel externa ad  
 Dei cultum et honorem velata vel Deo grata, ut contentio cordis, laus  
 Dei, elemosyna, &c. Strictè et proprie sumitur definitur Obla-  
 tio externa rei sensibilis per aliquam eius destructionem vel immu-  
 tationem à legitimo Ministro soli Deo ad testificandum eum esse supre-  
 mum verum dominum et nostrum autorem vitaeque et necis dominum  
 ritu mystico consecrata, ib. n. 356. Eucharistiae Sacrificium,

P. 205

quod diversis nominibus, ut supra notabimus, insigniunt antiqui, apud Latinos Missa nomen communius est sortitus, p. ib. n. 355. Vid. Missa  
Sacrilegium est violatio seu indigna tractatio rei sacrae, hoc est, rei Deo si-  
 cata, seu ad Dei cultum specialiter destinata. Violatur autem res sa-  
 cra, cum aliquid fit, quod peculiariter sanctitati illius vel reverentiae  
 illi debita seu Deo in illa debita repugnat: Sive Violatio rei sa-  
 crae est qualibet irreverentia in illam, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 3. Sect. 2. §. 3.  
 n. 443.

Tres Sacrilegii species numerantur, nimirum personale,  
 locale, et reale; personale est, quae indignè tractatur persona sacra,  
 ut Clericus vel Religiosus, quod fit quatuor modis 1<sup>o</sup> eos injustè per-  
 tuendo, aut quamlibet aliam actionem violentam ac contumeliosam  
 in eos injustè exercendo, atque manus violentas habente diabolo  
 in illos injiciendo, p. 2<sup>o</sup> eos subiciendo Tribunali saeculari, vel eos ad  
 illud provocando contra privilegium fori. 3<sup>o</sup> Imponendo eis tributa  
 vel onera publica sine legitima auctoritate contra immunitatem Ec-  
 clesiasticam. 4<sup>o</sup> Omnia peccatum contra castitatem à Religiosis vel  
 Clericis sacro Ordine insignitis commissum est Sacrilegium, ib. n. 444.  
 Vocatur Sacrilegium venereum, estque violatio rei sacrae per actum  
 luxuria: duplicem continet malitiam mortalem, unam contra casti-  
 tatem, et alteram contra Religionem, quae gravis irreverentia Deo  
 irrogatur. Res autem sacrae, quae sic violari solent, sunt persona  
 voto castitatis etiam simpliciter obstricta et locus sacrus: quare Sacri-  
 legium est 1<sup>o</sup> omnis actus tum externus tum etiam internus  
 luxuria sive consummata sive non consummata à personâ voto  
 castitatis obstricta, vel ab alia cum illâ aut circa illam commis-  
 sus, ut sunt pollutio, copula, oscula, tactus, desideria, delectatio  
 inordinata, p. 2<sup>o</sup> omnis actus veneris illicitus exterior etri occultus,  
 ut fornicatio, pollutio, et tactus impudicus in loco sacro, nempe in Ecle-  
 sia vel cimiterio. Peccatum luxuria Confessarii cum sua pen-  
 itente continet malitiam duplicis Sacrilegii tum contra votum  
 castitatis, tum contra reverentiam Sacramenti, quod per hoc rebli-  
 tur odiosum et suspectum, maxime si sumatur ut medium ad persuan-  
 dum, habetque malitiam velut incestus spiritualis, ib. c. 1. §. 4. n.  
 289.

Sacrilegium locale est violatio loci sacri, ut Templi et cimiterii; qua-  
 lis est omnis actus imbecillus irreverentiam loci, aut specialem habens  
 cum sanctitate loci vel cultu divini repugnantiam, sive in natura  
 sua, sive ex prohibitione Ecclesiae; ut 1<sup>o</sup> effraus, spoliatio, incen-  
 sio Ecclesiae, everis altaris; 2<sup>o</sup> homicidium, effusio illicita sangui-  
 nis aut seminis humani, sepultura excommunicati non tolerati  
 aut non baptizati; 3<sup>o</sup> usus profanus Ecclesiae tanquam vulgaris loci,  
 ut si in eâ fiant negotiationes, exercitium, iudiciorum saecularium,  
 seditio, conclamatio, vana et profana colloquia, confabulationes  
 qualibet tempore divini officii, vel quaevis alia, quae cultum divi-  
 num turbare aut impedire, vel oculos divinae Majestatis offendere  
 possunt; 4<sup>o</sup> extractio violenta rei seu delinquentium in caribus  
 prohibitis à loco sacro, ubi lex aphyli viget, conversio materialium  
 Ecclesiae dicata in usus profanos; 5<sup>o</sup> convitia fusa in loco sacro;  
 6<sup>o</sup> furtum sive rei sacrae sive profanae in loco sacro, quamvis ibi non  
 deposita, ib. c. 3. Sect. 2. §. 3. n. 445.

Sacrilegium reale est violatio seu indigna tractatio rei sacrae distincta à  
 personâ et loco. Res autem illae dicuntur sacrae, quae vel sanctitatem possi-  
 dent, ut Sacramenta, vel quae sacra significant, ut verba S. Scripturae  
 vel quae sacra representant, ut imagines Christi et sanctorum, item

295

caeremonia sacra, vel qua sunt particula aut res sanctorum, ut reli-  
quia, vel qua ad cultum Dei et eius Ministrorum sustentationem  
usisque pios sunt consecrata seu destinata, ut vasa sacra, ornamen-  
ta, item bona temporalia Ecclesiae, ib. n. 446. et 449.

Porro res sacra dupliciter violatur, adeoque circa eam sacrilegium dupli-  
citer committitur 1<sup>o</sup> positive, cum scilicet re ipsa indignè tractatur  
2<sup>o</sup> negative, cum ea cura, qua deest, non custoditur, ut si vasa sa-  
cra, pallia, corporalia praesertim, non teneantur satis munda, si per-  
mittantur species in pisce corrumpi, si Eucharistia sub clavi non  
offerretur, ib. n. 447. et 449.

Ad hanc sacrilegii speciem quidem  
Theologi revocant violationem seu profanationem temporis des di-  
cati, quale sunt dies Dominici ac festi: at alii putant huiusmodi  
violationem non esse proprie sacrilegium sed Irreligiositatem quam-  
dam duntaxat, ib. n. 448.

Sacrilegium est peccatum in genere suo mortale; potest tamen non  
nisi veniale esse, tum propter inadvertentiam, tum propter tenuita-  
tem materiae, ib. n. 450.

Cum sacrilegium novam speciem peccati constituat ratione spe-  
cialis deformitatis opposita religioni, debet semper exprimi in con-  
fessione, ib. n. 451.

Omnia peccata taliter externa, in Ecclesia commissa malitiam Sa-  
crilegii contrahunt: multi de peccatis merè interioris id negant,  
quavis ad id non satis convincentem afferre videantur rationem,  
ib. n. 452.

Sadducasi. Quinam fuerint, et eorum doctrina, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 3. n. 413.

Saga. Translationem Sagarum ad conventus nocturnos, in quibus et  
ventis et libidini serviunt verè fieri negant multi, To. 2. Tr. 2. c. 1. §. 6. n. 71.

Samaritani. Qui fuerint, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 216.

Santi. Haeretici, qui cultum Sanctorum respiciunt recensentur, To. 2. Append. ad Tr. 3. §. 1. n. 2. et §. 9.

Santi in coelo cum Christo  
regnantes aliquos cultu religioso digni sunt, nempe Dulia; B. Vir-  
go Maria verè Hyperdulia, ib. §. 2. n. 4. et seq. Bie ac religio-  
se in honorem Deiparae et aliorum Sanctorum una cum Christo in  
coelis regnantium instituti sunt dies festi, eisque Oratoria, Basilicae,  
Memoriae creatae sunt, et adhuc eriguntur, ib. n. 5. et seq. Solv. ob. ib. n. 12. et seq.

Bonum est atque utile invocare Santos, ut pro nobis ad Deum inter-  
cedant, ib. n. 30. Solv. ob. ib. n. 31. et seq.

Sanctitas Ecclesiae Christi propria posita est praesertim in tribus, scilicet  
in Sanctitate doctrinae et professionis; in Sanctitate eorum, qui pri-  
mum eam fundarunt; in gloria miraculorum, quibus Ecclesia sua  
veritatem et Sanctitatem confirmavit Dominus, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 2. n. 108.

Sanctitas Christi | Vid. Christus |  
Sanctitate vitaeque innocentia et morum probitate ornati esse de-  
bent, qui sacros Ordines suscepturi sunt, ad quam pertinet coeli-  
batus, To. 4. Tr. 4. c. 8. n. 303. et 304. | Vid. Ordo |

Sapientia. Sapientia liber, quid contineat, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 3. n. 426.  
quae lingua primum conscriptus fuerit, n. 427. cuius sit Latinae eius ver-

296

no, ib. n. 428. quis idius auctor, ib. n. 424. et seq. Canonius et divi-  
nus meritè ab Eulèria censetur, ib. n. 433. et 434. Solv. ob. ib. n. 435.  
et 436.

Satis | Vid. Cultura |

Satisfactio. Satisfactionis nomen generatim sumitur ad significandam  
injuriarumque debiti solutionem, atque solutio rei debita. Nomen  
hunc trahit à verbo satis et voce Satis, To. 2. Tr. 3. c. 6. §. 4. n. 292.  
et tom. 4. Tr. 5. c. 4. n. 246. propria tamen et strictè sumitur  
pro solâ debiti solutione, quod contrahitur ex lesione honoris  
et fama, quo sensu à Theologis definitur redditis voluntaria  
honoris et reverentia æquivalentis ex propriis et aliis indebitis  
ad compensandam injuriam alicui per peccatum illatam, To. 2.  
Tr. 3. c. 6. §. 4. n. 292.

Satisfactio est materia proxima seu en quâ Sacramenti peni-  
tentia et ejus pars integralis duntaxat, To. 4. Tr. 5. c. 1. §. 3. n. 58.  
et 57. ita ut Satisfacere Deo hîc idem sit, ac tantum præstare,  
quantum ad uliscendam injuriam ipsi per peccatum illatam sa-  
tis esse possit. Si acceptam satisfactionem SS: Patres non raro  
vocant penitentiam: Penitentia namque, ut alibi dictum  
est, dicitur à penâ, quæ maximè elucet in Satisfactione; Sa-  
tisfit enim Deo piis afflictationibus et laboriosis operibus, ib. n. 246.  
Definitur autem Satisfactio, prout hic consideratur, pena acceptatio  
et voluntaria perceptio à Confessario injuncta ad compensandam injuri-  
am Deo illatam, ib. n. 247. Duplex pro duplici culpa et pena

recte in peccato est Satisfactio, una pro culpa, altera pro pena. Sa-  
tisfactio pro culpa, quam Deus exigit est contritio et confessio; Sa-  
tisfactio autem pro pena est ea, quam proximum definitur; nam Sa-  
tisfactio pro pena æternâ eadem est cum Satisfactione pro culpa mor-  
tali, ib. §. 1. n. 249. Novatores negant existentiam Satisfactio-

nis, quæ sit pars Sacramenti, ib. n. 250. Dimissio quoad culpam pec-  
cato non semper remittitur tota pena temporalis, sed plerumque  
manet debitum luenda pena temporalis, ib. n. 251. et seq. Solv.  
ob. ib. n. 260. et seq. Homo potest Deo satisfacere pro pena

temporali per opera poenalia et quidem de condigno, ib. n. 254. et  
seq. Solv. ob. ib. n. 255. et seq. Necessariò exigenda est à peni-  
tentibus poenalis Satisfactio non tantum ad novæ vitæ custodiam  
sed ad præteritorum peccatorum vindictam, seu ad veram Satisfactio-  
nem Deo exhibendam, tum ut injuria ipsi illata reparatur, tum ut  
pena temporalis, quæ dimissa culpa ad huc superstes est redimatur,  
ib. n. 257. et seq. Solv. ob. ib. n. 257. et seq.

Per materiam Satisfactionis intelliguntur opera, per quæ penitens  
Deo fait satis: debent autem esse poenalia, cum id postulet justitia  
vindictiva, ad quam Satisfactio pertinet. Hæc laboriosa Satisfactionis  
opera ad tria revocantur orationem scilicet, elemosynam et jejunium  
Licitè: quavis non facile fieri debeat, in Satisfactionem imponuntur  
Opera aliunde jam debita et præcepta; sed à Confessario exprimi debet,  
se v. g. opus præceptum aliquod injungere. Convenit, ut à Confessario  
opus bonum imponatur ab ipso penitente præstandum; interdum ta-  
men personis debilibus vel morituris injungi potest oratio, peregrinatio,  
per alium præstanda: potest etiam injungi oratio, jejunium, aut aliud

opus bonum pro defunctis applicandum, ib. n. 270.  
 pro qualitate criminum et facultate poenitentium salutare et convenien-  
 tes à Confessariis injungi debent Satisfactiones; sed, si indulgentius,  
 quam par est, cum poenitentibus agant, alienorum peccatorum partici-  
 pes efficiuntur: proinde Confessarius magis sollicitus esse debet de procu-  
 randa dispositione debita poenitentis ad obtinendum Sacramenti effectum,  
 quam de tantummodo poenitentia peccatis debita; recogitat illud S. Chrysos-  
 tomi, Etsi etiam modicam poenitentiam imponentes, nomine me-  
 lius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudeli-  
 tatem? Agnis communiter non potest injungi gravis et laboriosa poe-  
 nitentia etiam pro gravioribus delictis, p. ib. n. 271.  
 Confessarius, si poenitens peccata gravia confiteatur, sub mortali tene-  
 tur Satisfactionem imponere poenitenti eam aequi valenti; mo-  
 ribundo enim, qui sensuum ubi et cognitione destitutus est, abso-  
 lutio sine poenitentia dari debet. Satisfactio à Confessario im-  
 poni debet ante absolutionem: non tenetur habere distinctam  
 Singulorum peccatorum ei in confessione declaratorum memoriam  
 dum imponit Satisfactionem, sed sufficit, si tunc ex auditis et bene  
 intellectis peccatis sufficienter meminere statim poenitentis ad eam  
 competenter imponendam. Poenitentia à Confessario imposita  
 potest ab eodem ob justam causam in aliam convenientem commu-  
 tari, imò poenitentiam à primo Sacerdote impositam, quem poe-  
 nitens adire nequit, potest alter Confessarius, iustis de causis in aliam  
 commutare, si ex parte judicaverit; commutatis autem hæc fieri de-  
 bet in confessione. imò ut ab altero Sacerdote poenitentia licite  
 commutetur, debet ipsi nova fieri peccatorum confessio, pro quibus  
 imposita fuit poenitentia: id ipsum requiritur respectu primi  
 Confessarii, si peccatorum, pro quibus dictam poenitentiam imposuit,  
 non amplius recordetur, ib. n. 272. Poenitens injunctam sibi poe-  
 nitentiam, per se loquendo, non modo acceptare sed et adimplere te-  
 netur: hæc obligatio ex genere suo est gravis, nec excusatur poenitens,  
 eo quod velit alium Confessarium adire; quod si tamen poenitentia  
 sit levis, seu imposita pro delictis venialibus vel mortalibus, jam alias vi-  
 ta confessis, illam omittit, secluso contentu et scandalo videtur  
 tantum esse veniale: attamen si imponatur poenitentia mani-  
 feste irrationabilis ob nimiam illius gravitatem vel diuturnitatem,  
 potest poenitens sine peccato illam reusare, et ad alium Confessari-  
 um recurrere, si talis Confessarius velit illam mutare aut imminu-  
 re. Poenitens tenetur poenitentiam sibi injunctam implere  
 tempore à Confessario profecto; dilatio tamen Satisfactionis ad pau-  
 cos dies, et si sine rationabili causa, potest esse tantum venialis,  
 nisi ad finem injuncta poenitentia magis referat illam esse imple-  
 tam tempore profecto, v. g. ad superandas urgentes tentationes:  
 quod si Confessarius nullum tempus determinaverit, tenetur poe-  
 nitens sub gravi Satisfactione implere injunctam sibi poenitentiam  
 implere quamprimum commode potest: qui autem poenitentiam quo-  
 quo modo distulit implere, eam postea, quamprimum poterit, persol-  
 vere tenetur. Poenitens tenetur poenitentiam per semetipsum  
 implere, nisi Confessarius expresse aliud intenderit. Si Confessarius  
 levior poenitentiam imposuit pro peccatis mortalibus, poenitens te-  
 netur supplere, ib. n. 273.  
 Propter condonationem seu remissionem poenae temporalis multiplex  
 adhuc est Satisfactionis fructus, si enim poenae satisfactoria magno-  
 perà à peccato revocant et quasi frans quodam homines, coarcent, cau-

tioresque et vigilantiores efficiunt; 2<sup>o</sup>. redentur peccatorum reliquiis, et vitiosos habitus male vivendo comparatos tollunt; 3<sup>o</sup>. Dei animadversionem poenaeque graviores avertunt; 4<sup>o</sup>. nos Capiti nostro Christo, qui tot dona et acerba nostri gratia persequens est, conformes efficiunt, p. ib. n. 274.

Satisfactionis condiciones seu praecipue numerantur, 1<sup>o</sup>. Debet esse actio moraliter bona; 2<sup>o</sup>. Supernaturalis; 3<sup>o</sup>. laboriosa et poenalis; 4<sup>o</sup>. Debet fieri ab homine iusto seu in statu gratiaeposito, seu, proximum sublato per justificationem obice, huius effectum assequitur; 5<sup>o</sup>. Debet esse aequalis reati seu debito poenae temporalis; 6<sup>o</sup>. poenitentia pro peccatis occultis debet esse secreta, pro publicis publica, ib. n. 275.

Verisimilius est, quod illo tempore, quo poenitentia publica in usu fuit, communiter Sacramentalis a peccatis absolutis data fuisse post implenam satisfactionem; aliquoties tamen dabatur ante personalem satisfactionem, ib. S. 3. n. 276.

Neque eni necessitate Sacramenti neque ex institutione Christi necesse est, ut Satisfactio a poenitentia ante absolutionem impleatur, sed perinde est, sive eam antecedit sive sequatur, ib. n. 277. et seq. Sol. Ob. ib. n. 280. et seq.

Disciplina Veteris Ecclesiae circa poenitentiam, seu poenitentia publica exponitur, ib. S. 4. n. 285. et seq.

Satisfactio Christi | Vid. Christus |

Scandalum vox graeca secundum nominis etymologiam idem significat ac offendiculum seu pedis offensionem; translatum autem ad mores significat quidquid nobis ad beatitudinem tendentibus est causa ruinae spiritualis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. S. 3. n. 377.

Scandalum quod dicitur datur, estque dictum vel factum minus rectum prolebens alteri occasionem ruinae seu peccandi; et passivum quod dicitur accipitur, estque effectus scandali dicitur, seu peccatum, cuius causa fuit scandalum activum seu datum, ib. n. 378.

Scandalum datum seu activum duplex est, directum scilicet, cum nempe quis dictis vel factis proximo in ruina impellere intendit, puta in fornicationem; et indirectum, cum quis non intendens ruinae proximi nonnulla dicit aut facit in proprium commodum aut animi oblectamentum, quae tamen sunt alteri occasio peccati, ib. n. 379.

Scandalum passivum etiam duplex statuitur, scilicet passivorum, quod ex proximi ignorantia aut infirmitate oritur; alterum Pharisaeorum seu Pharisaeorum, quod nascitur ex malitia accipientis;

utroque autem dicitur Pharisaeorum, quia insignis fuit eorum malitia, quae ex dictis et factis Christi Domini peccandi occasionem humerunt, ib. n. 380.

Dare scandalum directe, inducens scilicet proximum ad peccandum, etiam non ex expressa intentione, ut peccet et pereat, sed propter utilitatem vel voluptatem aliquam propriam seu alterius, est peccatum ex genere suo mortale, atque speciale contra charitatem, ib. n. 381. et 382.

Dare scandalum indirecte tantum non intendendo peccatum alterius nec ad illud inducendum cum intentione, sed precise faciundo vel dicendo coram illo aliquid malum vel mali speciem habens, est peccatum mortale ex genere suo, et speciale contra charitatem; imo scandalum indirectum ex communi contrahit etiam malitiam peccati, cuius datur occasio, exprimentam in confessione, ib. n. 383. et seq.

Scandalum indirecte datum aliquando est veniale tantum ob levitatem materiae, cum scilicet est occasio peccati venialis dimittatur, modo tamen illud veniale peccatum non vergat in grave detrimentum proximi, ibid. n. 389.

Peccatum scandalum committitur hoc ipso, quod datur proximo peccandi occasio, quamvis ille se ipse non peccet. Peccatum coram aliis commissum habet malitiam scandalum tunc solum, quando est periculum probabile, ne ii, coram quibus committitur, inde impellantur ad peccatum. Cum circumstantia speciem peccati quandoque mutant, hinc ea, quae peccatum scandalum comitantur, etiam in confessione sunt explicanda. Actus venialis vel ex objecto indifferens potest esse mortalis ratione scandalum, quando a tali persona et coram talibus fit, ut probabile periculum sit, ne inde alii ex infirmitate vel ignorantia hauriant occasionem peccandi mortaliter.

Cum fit actus de se licitus, quae aliquam mali speciem habet, tollitur scandalum declinando justam causam agendi, quando hoc sufficit ad amovendam omnem mali suspicionem. Quamvis justa multos licet non auferendo occasionem peccati, permittere unum peccatum, ut plura impediatur, non tamen licet tale ulterius porere, aut illius periculum objicere, ib. 390.

Non tenemur omittere opus de se non malum nec mali speciem habens ad vitandum scandalum passivum aliorum ex malitia ipso, cum ortum, quando adest rationabilis causa illud ponendi, ib. n. 391.

Ad vitandum scandalum passivum ex infirmitate vel ignorantia ortum, id est, scandalum pusillorum tenemur omittere opus utile non malum, nec mali speciem habens, seu indifferens, vel saltem differere, donec proximus moneatur, ne scandalizetur, cum id sine gravi incommodo possumus; non est tamen obligatio omittere actionem de se licitam, nec habentem per se aut ex communi prudentium judicio speciem mali, ne quis generatim ac indeterminate sumat inde occasionem peccandi, ib. n. 392.

Ad vitandum scandalum passivum pusillorum seu infirmorum nunquam licet facere actionem prohibitam lege naturali; neque etiam licet omittere actum lege naturali praescriptum in iis circumstantiis, in quibus praecipitur; neque etiam possunt omittere ea, quae necessaria sunt necessitate mediae ad salutem; item non licet omittere opus bonum in detrimentum fidei, vel boni communis spiritualis, ib. n. 393.

Ad vitandum grave scandalum pusillorum multi putant debere praetermitti praecpta moralia positiva, praesertim humana, nisi ex ejusmodi omissione majus damnum immineret omitterenti vel aliis, ib. n. 394. Bona opera, etsi solum consilia sint, omittere non debent ad vitandum scandalum pharisaicum seu ex mera malitia acceptum; si vero scandalum ex infirmitate aut ignorantia oriatum, occultari debent, vel interdum differri, donec ratio sic agendi proposita fuerit, ib. n. 395.

Scelere minus peccatum volenti committere gravius nunquam licet, quamvis aliter gravius illud impediri nequeat, loquendo licet de suasionem aut alia inductionem directam: tamen volenti committere duo peccata inaequalia suadere licet, ut, relictis graviori, contentus sit minus gravi: idem dicendum, quando peccatum minus est pars inclusa in majori, modo id fiat respectu ejusdem personae, ib. n. 396.

Vendere vel dare alteri rem aut operam de se licitam, quae male usus praevideatur, vel probabiliter putatur, est peccatum scandalum, quando res illa denegari potest sine gravi damno, ib. n. 397. et seq. Non licet praebere operam vel rem aliquam, quae in talibus circumstantiis proximo ad peccatum adiuvant, et ad illud determinate or-



dinatur, ib. n. 400. Licet rem et operam ea seclitiam nec parke et proxime ad peccatum conuenientem probare ea abummo, si adit iusta causa et proportionata excusans, et desit intentio cooperandi ejus peccato, nec alter abutatur contra bonum Republica vel Ecclesia, ib. n. 401.

Schisma generativum significat quamlibet animorum dispersionem seu dispersionem sive in fide, sive in disciplina; proprie autem Schisma significat separationem ab unitate Ecclesiae non sine contemptu ipsius Ecclesiae. Est ergo Schisma spontanea ac voluntaria separatio ab Ecclesia ~~et differt ab heresi, quod heresis proprie fides, Schisma vero charitas et disciplina inagratum~~ et ejus unitate, cujus partes tanquam membra unius et eivem corporis charitas veluti spirituale vinculum copulat ac constringit: laeditur quidem illa unitas per quamlibet insubordinationem, qua quis precepta Praelati sui contemnit, sed absolute non solvitur, nisi insubordinationi addatur rebellio et contumacia, qua insubordinatus non vult subesse Ecclesiae vel summo Pontifici ejus in spiritualibus ~~et in~~ Capiti. Omnes Haereticus sunt etiam Schismatici; differt tamen Schisma ab heresi, quod haec proprie fidem, Schisma vero charitatem ac disciplinam impetatur. Est autem Schisma gravissimum scelus, To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 4. n. 329, et To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 3. n. 364.

Schismatici in Ecclesia, To. 1. Tr. 3. c. 4. §. 4. n. 330. et seq. Sols. ob. ib. n. 333. et seq.

Scholasticus | Vid. Theologi Scholasticus |

Scientia. Nomine Scientia intelligitur cognitio certa et evidens rei alius, sive rei illa immediate in se ipsa, sive in aliquo tanquam medio cognoscatur, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 5. n. 192.

Scientia Dei | Vid. Deus | Quotuplex fuerit in Christo Scientia creati | Vid. Christus |

Scientia est omnino necessaria in iis, qui Sacris Ordinibus initiantur, et qualis, To. 4. Tr. 7. p. 3. c. 3. n. 302. | Vid. Ordo |

Scriptores Sacri seu Sacrorum Scripturae librorum Scriptores. Circa eos quidam triplicem Dei actionem distinguunt, revelationem nempe, inspirationem, et specialem assistentis Dei praesentiam, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 4. n. 21. In ipsis cum inspiratione semper conjuncta fuit aliqua Dei revelatio, ib. n. 22. Sic Deus sententias et res, illarumque sensum in Sacris libris expressum inspiravit, verba vero verborumque compositionem et stylum meditationi, diligentiae, et ingenio ipsorum reliquit, ib. n. 23. et seq.

Scripturae Sacrae ~~quod est quod scripturae sacrae sunt scripturae sacrae, ib. n. 24.~~

Scriptura Sacra. Quid sit, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 1. n. 1. Duplex est Vetus, et Nova, ib. n. 2. Septuaginta duos libros continet, quadraginta quinque Vetus, et Nova viginti septem. Sacrorum Scripturae Librorum alii dicuntur legales, alii Historici, Sapientiales alii, et demique alii Prophetici, ib. n. 4. Non sunt supposititii, ib. c. 2. n. 5. Integri ad nos saltem quoad partes ipsorum substantiales perlati fuerunt, quamvis in eis quaedam et menda inveniuntur aspersa, ib. n. 6. et seq. Sunt divinae auctoritatis, ib. c. 3. n. 14. et seq. In Scriptura tria sunt discernenda res, verba, et stylus, ib. c. 4. n. 20. Et obscura, ib. c. 5. n. 65. et seq. Causa illius obscuritatis, ib. n. 71. quoniam

regula sint observanda ad illam probe intelligendam, ib. n. 72. quatuorplex sit illius sensus, ib. n. 73. et 74. | Vid. Versiones S. Scripturae: | Ad Euleziam pertinet Determinare, quoniam S. Scriptura liber sit Canonius, ib. c. 5. n. 56. et seq. Ad eandem etiam Euleziam pertinet sensum S. Scripturae exponere, ib. c. 6.

Papa IV. in Indice auctoritate ipsius edito Sacrorum Bibliorum in vulgarem linguam translatorum lectionem vetat, cur? To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 1. n. 340. Quomodo et de quibus intelligenda sit haec prohibitio, ib. n. 341. et seq.

Simpulosis. Nomen Simpulosis dicitur à Simpulo: est autem Simpulus lapideus asper pedem ledens et obstitens progredientibus; sic enim consuetudo Simpulosa molestiam parit, et animam pauci relictatur | Vid. Conscientia: |

Suavitas est qua excitat ad invidiosa vel turpia agenda aut dicenda risu movendi causa. Est peccatum pro gravitate vel levitate materia mortale, aut veniale duntaxat, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 3. n. 277.

Sedecias Rex Juda ultimus, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 251.

Seditio est tumultus ad pugnam, cum scilicet civis tumultuantur, pacem civitatis turbant, et arma sumunt ad pugnam non contra extraneos hostes sed contra se invicem, vel adversus Principem. Est semper mortalis, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 2. §. 3. n. 388.

Sequester Depositi species, est contractus, quo res, de qua est controversia, alteri tertio custodienda traditur eo fine, ut postea ei reddatur, cui adjudicabitur, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 8. n. 392.

Sermo turpis et obscenus | Vid. Cautiones: |

Serpens, per quem Diabolus protoparentes nostros in paradiso voluptatis seduxit, fuit verus serpens, To. 2. Tr. 2. c. 3. §. 3. n. 93.

Servitus dicitur Jus, quod quis habet in re aliena, ut sibi serviat. Duplex est realis et personalis; prior est ea, qua à re debetur immediate alteri, seu per quam res rei servit; personalis est ea, qua res persona obligatur, vel persona rei. Unusformis, unus, et habitatio sunt proprie servitutes personales, To. 3. Tr. 9. c. 2. Sect. 2. §. 4. n. 188.

Servitus realis dividitur in urbanam et rusticam; urbana est, qua urbano praedio debetur; rustica, qua rustico. Praedium autem urbanum dicitur vel habitaculum, etiam si villa sit, vel hortus amoenitatis causa ei annexus: Rusticum vero sunt agri, prata, pecorum stabula à domibus separata, ib. n. 189. Servitus rustica vel est nominata, ut iter, actus, via, aqua ductus per alterius fundum; vel innominata, ut aqua hauritus, pecoris ad alterius lacum appulsi, jus parvendi, calis coquenda, arena fodienda, s. ex vicino praedio, ib. n. 190. Servitus acquiritur seu constituitur aut voluntate praesentium, aut emptione, aut donatione, aut testamento, aut contractu. Sunt 1<sup>o</sup> contrarii partis aut ipsa reditutione servitutis; 2<sup>o</sup> ex actō tempore, ad quod fuit concessa; 3<sup>o</sup> prescriptione; 4<sup>o</sup> reductione praediorum ad ejus dominium, cui serviebant; 5<sup>o</sup> aluvione, quamvis servitus in pristinum statum restitatur cessante aluvione, ib. n. 191.

Servus. Jus Dominorum in servos ultra rationabile servitium non extenditur. Potest quis alterius effici servus dupliciter, 1<sup>o</sup> voluntarie ut si homo se ipsum vendat; et ex Necessitate, ratione natiuitatis, ratione delicti, iure paterno, ut si pater ob ingruens famis periculum filium vendat, quod jus, ut prole adionum, ad matrem non extenditur.

Semipelagiani. vid. Enchir. Theol. Cuenit. q. 5. l. n. 158.

Prim. m m. pag. 273.

Christiani servi esse possunt infidelium. Nulli Christiano iam licet emere Christianum, To. 3. Tr. 9. c. 2. sect. 1. §. 1. n. 64.

Olim multis modis serui libertatem consecuti sunt, ut per honorem mentis, per epistolam, per manumissionem, per conversionem, per ius postliminii, cum seruis bello captus fugisset, ib. n. 65. Serui bello capti iusto fugere possunt ad suos, non tamen Dominis persequentibus resistere, ib. n. 67.

Seruis seu mancipium etiam in propria vitam et membra Domini non habent, sunt tamen Domini aliusque capaces, ac proinde Domini esse possunt in eos iniusti, nam seruis est Dominus propria fama, bonorum spiritualium, et eorum temporalium, quae ei a Domino concessa sunt, aut ea conditione, ut non acquirantur Domino; eorum etiam, quae seruis restituntur pro iniuria ei illata in illis, quae non subiacent Domini potestati, ut in fama; item eorum, quae seruis de bonis suis ludo aut aliqua negotiatione sine praesidio Domini acquisiuit, ib. n. 96.

Severus (Sulpitius) Lius, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 61.

Sextarius magnus cyphus duas heminas continens. Unde Sextarius dicitur, et quadruplex fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 144.

Silus moneta apud Hebraeos unitatissima, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 129.

Sigbertus. Quis fuerit, ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 95.

Sigillum confessionis. Secretum confessionis sacramentalis vulgo sigillum appellatur, metaphora ducta a sigillo, quo claudi solent et obsequari ea, quae secreta esse debent. Definitur religiosa obligatio servandi in qua vis est secretum circa ea, quae in confessione sacramentali cognita sunt, To. 4. Tr. 9. c. 6. §. 5. n. 377. Iure naturali, divino, et ecclesiastico tenetur Confessarius ad asserendum secretum eorum, quae in confessione audiuit, ib. n. 378. Tanta est haec obligatio, ut unde proorsus carum vel ad tormenta qualibet et mortem ipsam vitandam licet secretum confessionis revelare sine expresso et spontaneo consensu poenitentis, ib. n. 379.

Oritur obligatio sigilli ex omni et sola confessione sacramentali, id est, facta animo se accusandi in foro poenitentiae, quamvis ex aliquo defectu sine poenitentis sine Confessarii non sequatur absolutio, ib. n. 379. Sub sigillo continentur ea omnia, quae per confessionem deteguntur, ib. n. 380.

Præter Confessarium ad sigillum servandum tenentur etiam alii, qui hominem quempiam se accusantem audierint, sive vulgabiliter, propter sibi et accedendo audiendi animo, quod est mortale; sive inculcata seu fortuito; item qui aliusque scriptam confessionem casu perditam invenerint, vel qui ipsi in confitendo sunt interpretes. Qui confessionem scriptam invenerint, peccant etiam graviter, si ubi prius eis apparuit chartam inventam esse quoddam memoriale peccatorum, ex curiositate eam legant; debent ergo eam cito comburere. Poenitens vero licet respectu Confessarii non obligetur ad sigillum confessionis, obligatur tamen ad sigillum naturale circa ea, quae revelare nequit sine iniusto Confessarii damno, aut contra rationabilem eius voluntatem, ib. n. 381.

Sigillum confessionis duplici modo potest a Confessario violari, directe licet, revelando expresse aliquid ex sola confessione cognitum; et indirecte, aliquid dicendo et faciendo, ex quo cognoscere vel suspicari possit peccatum vel defectum poenitentis, aut quavis per solam confessionem cognita, ex quibus poenitenti pudor, molestia, dedecus, damnum, vel quodlibet gravamen sequi possit, et si audientis in jam aliter hinc, ib. n. 382.

Non licet Confessario extra confessionem sine poenitentis licentia de au-  
ditis in ipsius confessione cum eo loqui; eam tamen dare tenetur poeni-  
tens, nisi id necessarium est ad suppleendum aliquem defectum, vel errorem  
debetendum; eam autem dare censetur, cum ipsamet interrogat aut  
loquitur cum Confessario de aliquo, quod in confessione dixit, p. ib.  
n. 383.

Nunquam licet sine expressa licentia poenitentis uti licen-  
tia in confessione accepta, sic, ut ibidem unus sit aliquo modo directa  
vel indirecta peccati a poenitente confessi revelatio, ib. n. 384.  
Nunquam potest Confessarius uti cognitione, quam ex confessione conse-  
cutus est, ad aliquid agendum dicendumve cum aliquo poenitentis grava-  
mine, seu quod poenitenti directa vel indirecta injuriosum aut noci-  
uum esse possit, ib. n. 385.

Ex communi licet uti sine poenitentis gravamine, et  
sine quacumque revelatione sine directa sine indirecta cognitionem  
in confessione, ib. n. 386.

Antiquitas qui vel levissima contra inviolabile Sacramentalis silentii  
secretum peccaverant Sacerdotes gradu eundebant, et perpetuo peregrin-  
abantur; postmodum Concilium Lateranense IV. loco perpetua pere-  
grinationis, quae jam non est in usu, eos usque ad finem vitae poeniten-  
tiam in Monasterio aliquo agere debere; quod etiamnum servatur  
in foro Ecclesiastico. Praeter hos poenitentiam autem gravissimis  
poenis Magistratus Laici in hujusmodi sigilli confessionis violatores ani-  
madvertunt, ib. n. 387.

Signatura. Signatura Apostolica circa diversa versatur, sive circa consue-  
torem Beneficii, quod quis per supplicationem petierit; sive circa obso-  
lutionem, aut dispensationem, aut rehabilitationem, in favorem  
supplicantis. Signatura in papyro scribitur, nec munimtur sigillo,  
et ut plurimum hisce verbis exprimitur: fiat ut petitur, To. 3. To. 2. p. 2. 12.  
82. n. 274.

Siliqua moneta species apud Romanos usitata, To. 1. To. 1. p. 1. c. 8. n. 127.  
Simonia hec dicitur à Simone Mago, qui primus in Nova Lege obtulit pecuni-  
am, ut dona Spiritus sancti emeret: hinc sacrorum rerum venditores et  
emptores passim à SS. Patribus diti sunt Simones, et aliquando quæ-  
ritur à Giesi Elissi famulo, qui in Veteri Lege, quantum in se fuit, Tanti-  
tatis gratiam vendidit Naaman Syro, To. 3. To. 6. p. 3. c. 3. lect. 2. §. 5. n. 461.

Definitur communitate Simonia studiosa voluntas emendi vel vendendi  
pretio temporali aliquid spirituale vel spirituali amorem, ib. n. 482.  
Allata definitio strictè est juris divini Simonia, non Simonia juris  
Ecclesiastici saltem omnis; nam non contrahit Simonia, quae reper-  
tur in permutationibus et renunciationibus factis sine auctoritate  
Superioris citra temporale pretium: unde generatim omnis Simo-  
nia definitur potest huiusmodi factis, datio, et acceptatio rei spiritualis  
vel spirituali amena lege prohibita ob reverentiam rei sacrae. Quod  
id in spiritualibus est Simonia, quod in temporalibus est Usura; et  
sicut datur Usura pabata, ita et Simonia, ib. n. 483.

Simonia dividitur; 1<sup>o</sup> in eam, quae est juris divini, et in eam, quae est  
juris humani: prior est ea, quae idèo prohibita est, quia ex natura  
sua mala est; talis est emptio vel venditio etiam virtualis rei aut  
actionis sacrae: Simonia juris humani est factio, aut commutatio, aut  
acceptio, quae ex natura sua non habet malitiam Simoniae, sed solum  
ex prohibitione Ecclesiae facta ex motivo Religionis seu intuitu reve-  
rentiae erga res sacras, ib. n. 484. 2<sup>o</sup> in Mentalem, Conventio-  
nalem, Realem, et confidentialem: Mentalis alia est pure Men-

2004

talis, que est in dno propositum committendi Simoniam, atque in illa voluntate consistit; alia vero non pure mentalis, que melius diceretur occulta quam mentalis, estque actus externa facta ex intentione Simoniacâ exterius non apparente, sive est data vel accepta rei spiritualis pro temporali, vel temporalis pro spirituali, nullo interveniente pacto etiam tacito; ut si quis scribat Episcopo hæc intentione, ut pro obsequio temporali ei procuret Beneficium, nulla tamen verbis aut actibus facta conventionione, ib. n. 485.

Simoniam conventionalis est venditio vel emptio rei spiritualis, cum pacto tacito vel expresso sed nondum tamen executioni mandata saltem ab utroque parte: si conventio solum peracta sit, nihilque prois traditum aut receptum, Simoniam hæc dicitur pure conventionalis; si vero ex una parte aliquid datum sit, puta si traditum sit pretium temporale, sed nondum tradita res spiritualis; aut contra, si res spiritualis tradita sit, nondum tradito pretio temporali, dicitur Simoniam conventionalis mixta, seu semi-realis, ib. n. 486.

Simoniam realis est pactum pretii temporalis utriusque completum saltem ex parte, ut si datum sit Beneficium pro centum nummis, sive ex toto sive saltem ex parte, per soluti: imò censetur Simoniam complerise, qui licet nullam pecuniam partem solvisset, instrumentum aut chirographum tradidisset, quo se ad eam solvendam obstringeret, etiamsi nec minimum nec intentionem haberet postea solvendi, ib. n. 487.

Simoniam confidentialis seu confidentia, que eadem esse videtur ac Simoniam conventionalis mixta, fit, cum quis alteri Beneficium procuret eligendo, prestando, postulando, resignando, commendatione, vel alia ratione, cum confidentia, hoc est, cum pacto expresso vel tacito, ut is, cui procuretur, illud aliquando resignet procurenti vel alteri, aut ut pensionem vel fructus aliquos ex eo præstat. Quatuor modis committitur, 1º per acceptum, ut cum fratres volens tibi per statum incapaci procurere Beneficium, illud confert alteri eâ conditione, ut quamprimum capax fueris, illud accipias; 2º per ingressum, ut cum quis Beneficium sibi collatum, ante captam ejus possessionem, alteri resignat eo pacto, ut illud postea ingrediatur, si iste moriatur, vel illud dimissurus sit; 3º per regressum, cum quis Beneficium à se possessum alteri resignat eâ conditione, ut iste sibi vel alteri idem Beneficium resignaturus sit convenienti tempore, 4º si procurentis, resignans, conferens, p. pariscatur expresso vel tacito, ut pensio vel pars fructuum Beneficii sibi vel alteri detur. Forma ad hæc Simoniam requiritur, ut acceptus, ingressus, et regressus sint in idem Beneficium: hinc, qui resignat Beneficium alteri eâ lege, ut huius aliud, quod possidet, dimissurus sit in favorem tertii, non est reus Simonia confidentialis, sed conventionalis, vel realis, ib. n. 488.

Ea ut Simoniacâ prohibentur, jure divino naturali et positivo, que cum sint spiritualia vel spiritualibus annexa committantur pro temporali, ut 1º dare vel accipere temporale pro virtutibus supernaturalibus, donis Spiritus sancti, Sacramentis, reliquiis sacris, quavis potestate spirituali sive Ordinis sive Jurisdictionis ejusve aith, facultatibus Religionum, jure eligendi, usu gratiarum gratis datarum, precibus, officiis divinis, Missâ, concione, quavis functione spirituali, p. 2º dare vel accipere temporale pro Beneficio Ecclesiastico etiam simplicii, et solum quoad jus percipiendi fructus temporales. 3º omnis transactio in Beneficiis vel aliis rebus spiritualibus facta compensatione unâ re proprie temporali; nam tunc spiritualia committa-

205  
tur cum temporali. 4<sup>o</sup> Dare vel exigere temporale non solum pro re-  
ceptione seu admissione ad Religionem, sed etiam pro sustentatione in-  
gradientis Religionem, quando bona Monasterii sufficiunt. 5<sup>o</sup> von-  
dere; us patronatus. 6<sup>o</sup> Est etiam Simonia juris divini post colla-  
tum spirituale vel spirituali annexum, et nullo precedenti pacto,  
dare vel exigere aliquid temporale tanquam debitum vel ut pretium  
aut mercedem vel compensationem, ib. n. 489.

Simonia juris humani committitur, et est 1<sup>o</sup> Permutatio Beneficio-  
rum sine auctoritate Episcopi, nullo etiam pacto interveniente; item  
resignatio extra Curiam Romanam in favorem certa persona; et  
resignatio cum pacto, ut resignatarius suum Beneficium cedat tertio,  
vel cum confidentia acceptus, aut regrepius. 2<sup>o</sup> Venditio officiorum  
Savista, Oeconomii, Defensoris, Advocati, Procuratoris Ecclesie, p.  
3<sup>o</sup> Acceptio numerum et simoniarum sponte ac gratis oblatorum  
ex occasione exanimis ad parochiam; item ex occasione collatio-  
nis Ordinum, Tonsura, litterarum dimissorialium aut testimo-  
nialium, ib. n. 490. Permutatio tamen rerum spiritua-  
lium inter se Simoniaca non est, si illae non habeant annexum  
aliquid temporale commodum, et nullum interveniat pretium,  
ib. n. 491.

Simonia est peccatum inter graviora gravissimum, ib. n. 492. Nec  
in ea datur paritas materiae, quae peccatum veniale effici possit,  
ib. n. 493.

Neque etiam a gravi Simonia peccato immunis est, qui, post saec-  
lo preterito male sani quidam Theologastri tueri ausi sunt, dat  
aut accipit temporale, non quidem, ut agebant, tanquam preti-  
um rei spiritualis, sed solum tanquam motivum ejusdem rei spi-  
ritualis obtinenda, ib. n. 494. Igitur Simonia reus est, qui  
Magnatis aut Ministri donum ingreditur principaliter, ut Bene-  
ficiam obtineat; cui consanguineo prebendam confert, ut magnifi-  
cetur per hoc et nobilitetur donus sua, p. item qui dat Beneficium  
Ecclesiasticum alii hoc pacto vel intentione, ut exinde huius consangui-  
neis provideat aut certam pauperibus summam eroget; id etiam  
dicendum de iis, qui Tonsuram Ordinemque suscipiunt, ut Beneficium  
consequantur, in enim Simoniam committunt saltem mentalem;  
item Clerici, qui vadit ad Ecclesiam principaliter propter retribu-  
tiones, quas recipit, tanquam finem sui operis, committit Simoni-  
am; imo reus est Simonia is, qui in aliqua Dioecesi exercet fun-  
ctiones, ut Canonice, quas aliqui approbant, sibi et Memor ero  
bonis haec propositiones, ero gratus, suo tempore gratias agam,  
beneficium quod mihi confers, ero gratus, suo tempore gratias agam,  
sunt plena periculi, et ab iis penitus abstinendum est, ib. n. 495.

Simonia causa duae generatim recensentur, efficiens scilicet et  
materialis: causa efficiens est subiectum committendum Simoniae  
capax, qui scilicet dat et accipit temporale pro spirituali, quod fac-  
re possunt omnes cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis,  
vel praesentis; item eorum mediatores, ib. n. 495.  
Causa materialis Simonia duplex est, proxima scilicet et remota: prior  
est venditio et emptio; altera est pretium, quo emitur, vel ipsa res spi-  
ritualis qua emitur; et haec omnia vel ex natura, vel solum ob Cala-  
ria prohibitionem vendi aut commutari non potest, ib. n. 496.  
Venditione et emptione, qua est materia proxima Simoniae, intelli-

206

gitur quilibet contractus, sive nominatus, sive innominatus, quo datur ali-  
quid temporale, ut vicissim datur spirituale. In hac autem materia  
datur temporale is, qui remittit, et datur spirituale is, qui spirituali mun-  
tiat, unde auctoritate pacto Simoniacus est. Attamen non toties  
committitur Simonia, quoties occasione spiritualis datur vel accipi-  
tur temporale; sed enim reuertuntur tituli, qui in loca eam à la-  
be Simoniacâ excusant, scilicet liberalitas seu gratitudo, stipendium  
et debita sustentatio, labor, omnisq; commodi temporalis, quo quis se  
privat faciendo opus spirituale, consuetudo legitima, et redemptio ini-  
qua vexationis, ib. n. 497.

1<sup>o</sup> Enusat gratuita donatio enusat  
à Simonia; sed caute ponderandum, an non sub gratuita donatio-  
nis titulo sapius latet et involvatur Simonia, cum id, quod gratis  
dari dicitur, plerumque via aliâ, quam obtinendi Beneficium inten-  
tione datur, vel datur ex pacto, quod gratuita donationis natu-  
ram avellit, ib. n. 498.

2<sup>o</sup> Enusat titulus stipendii et  
legitima sustentationis; hinc culpa carent sive Seculares, qui Ecclesia  
Ministris temporalia bona largiuntur, sive Ministri, qui Christi et  
Apostolorum exemplo pias oblationes vel alia stipendia ex consuetu-  
dine vel ex Ecclesia legibus accipiunt. cavendum tamen, ne sub sti-  
pendii pretentis lateat Simonia, vel aliquid instar Simoniaci prohibi-  
tum, ib. n. 499.

3<sup>o</sup> Enusat labor; sed labor ille duplex  
est; alius est actioni spirituali intrinsecus, ut fatigatio necessaria ad  
concionem aut celebrationem Missæ; alius extrinsecus sine quo aliis  
opus fieri potest, ut celebratio Missæ vel conio faciunda in loco adma-  
dum remoto: labor intrinsecus nunquam vendi potest sine Simonia,  
bonè autem labor extrinsecus; hinc Sacerdos pro conione aut celebra-  
tione Missæ licetè quâpiam accipere potest si aut longius iter pes-  
gere debeat, aut tali hora graviter sibi incommodè celebrare non  
taneatur, ib. n. 500.

4<sup>o</sup> Excusat à Simonia amissio com-  
modi temporalis, quo quis se privat faciendo opus spirituale, id est,  
lucrum cessans et damnum emergens; hinc Simonia labem non con-  
trahit, qui accipit pecuniam, non quidem ut alteri Beneficium per-  
curat, sed ut sibi scribendo, iter agendo, p. laborem compenset,  
ib. n. 501.

5<sup>o</sup> Enusat consuetudo legitima et laudabilis, qua  
lis reputatur non ea, qua ab exactione, aliisve similibus principis ori-  
ginem ducit, sed qua ex pietate et liberalitate populorum nata est;  
quod enim ex tali consuetudine datur, non datur in pretium res spi-  
ritualis, sed per modum oblationis et stipendii, ib. n. 502.

6<sup>o</sup>  
Enusat redemptio iniusta vexationis, quam scilicet patiuntur ii, qui vi  
aut aliâ iniquitate impediuntur à consecutione boni spiritualis, in  
quo jus habent; ii enim si pecuniam aut numeribus ab hac vexatio-  
ne se redimant à peccato sunt immunes: sed hic quædam cavenda  
sunt, 1<sup>o</sup> ne res, qua ad iniuste vexationis redemptionem traditur, sit  
spiritualis; 2<sup>o</sup> ne vexatio, qua redimitur, iusta sit, aut saltem proba-  
bilis; 3<sup>o</sup> ne redemptio ab us fieri presumatur, qui non habent jus in  
re, sed solum jus ad rem; 4<sup>o</sup> cavendum, ne ablatio vexationis sit ulla  
boni spiritualis; 5<sup>o</sup> in re tam periculosa recurendum est ad Super-  
iorem, si ad eum pateat accessus, ib. n. 503.

Circa causam materiale remotam Simoniaci, pretium scilicet, quo res  
spiritualis emittitur, vel rem ipsam spirituales, qua emittitur, notandum  
1<sup>o</sup> quoad pretium temporale, quo intelligitur pecunia et res omnis pecu-  
nia æstimabilis, ac quævis commoditas temporalis, illud triplex esse,  
1<sup>o</sup> Munus obsequiale, id est, quodvis obsequium, servitium, ministe-

rium in rebus temporalibus praestitum, vel praestandum, ut si quis  
 alteri Beneficium conferat pro eo, quod ejus negotia gesserit, p. 2.  
 Munus a manu, scilicet pecunia, vel res omnis mobilis aut immobilis, pa-  
 tiō aestimabilis, ut gemma, equus, vinum, praedium, remissio debiti, jus  
 aliquod, p. 3.  
 3<sup>o</sup> Munus a lingua, nempe favor, patrocinium, inter-  
 cessio, adulatio, laus, commendatio apud alium, et similia; nam haec  
 sunt pretio aestimabilia, et commodum temporale parant, ut si quis  
 Collatoris vel Patroni amicus vel famulus dat munera, ut pro ipso Bene-  
 ficium petat, eum laudet, ac commendat, p. ib. n. 504.  
 De altera remota scilicet Simonia materia, spiritualibus nempe re-  
 bus, ut de Simonia in Sacramentis et Sacramentalibus, rebus scilicet  
 religiose cultui consecratis, necnon ritu, quo res sacra efficiuntur,  
 eadem animadvertenda sunt ac de Simonia materia proxima, ib.  
 Circa illas poenas, quas contra Simoniacos delevit Ecclesia, suppo-  
 nendum, quod nulla Simonia quantumvis completa et realis indu-  
 cat ipso facto poenas in Jure contentas, praeter eam, qua committi-  
 tur vel in Ordinatione, vel in Religionis ingressu aut professione,  
 aut in Beneficio, aut in Beneficio, quo nomine comprehenduntur  
 etiam Officia qualibet jurisdictionem spirituales habentia, ut  
 Provincialatus, Prioratus, Guardianatus, p. ib. n. 505.  
 Licet qualibet Simonia, etiam mentalis, sit grave crimen, tamen  
 nulla poena juris contrahitur ob Simoniam mentalem, qua absque  
 anteriori pacto expresso vel tacito admittitur. Neque etiam ob  
 Simoniam pure conventionalem, excepta confidentiali; imò nec ob  
 mixtam seu semi-realem, quando non fuit tradita res spiritualis,  
 sed solum pretium seu res temporalis, ib. n. 506.  
 Aliqui Theologi docent poenas canonicas contrahi, si traditum sit Be-  
 neficium vel alia res spiritualis, licet pretium promissum nulla ex  
 parte fuerit solutum, ib. n. 507. Alii, et quidem communius,  
 docent solum Simoniam realem utrimque completam traditione  
 scilicet rei spiritualis simul et pretii aut partis pretii inducere poe-  
 nas juris Ecclesiastici, ib. n. 508.  
 Triplex est poenarum, quas Simoniacis infligunt canones, genus: 1<sup>o</sup> est  
 poena Censura; 2<sup>o</sup> est invaliditas actus Simoniaci facti; 3<sup>o</sup> est res-  
 tituendi obligatio. Igitur 1<sup>o</sup> poena Simoniacorum in Beneficis  
 et Officiis spiritualibus sunt excommunicatio a Papa reservata; 2<sup>o</sup>  
 omnis Simoniacus electio, praesentatio, resignatio, provisio, collatio  
 irrita est, nullumque jus tribuit. Porro juxta varios ignorantia Simo-  
 niam non favet regula Canonica de triennali possessione ad praes-  
 criptionem; quia expressè exigitur possessio absque Simoniaci in-  
 gressu: sed multi alii docent eum, qui mediante tertio Simonia  
 Beneficium accepit, posse idem retinere, si inter triennium hanc Simo-  
 niam ignoravit; quia illa verba absque Simoniaci ingressu videntur  
 in rigore requirere, ut Simonia se teneat ex parte ingredientis  
 Beneficium. 3<sup>o</sup> Simoniacus electus vel provisor sit ipso facto inha-  
 bilis ad idem Beneficium, nec potest illud ex Episcopi dispensatione  
 obtinere, nisi sit Beneficium simplex, et ipso electo ignorante nec  
 ratum habente Simonia commissa sit; tunc enim post puram resi-  
 gnationem potest Episcopus dispensare; imò ex Bulla B. V. Simo-  
 niacus fit etiam inhabilis ad quamcumque alias dignitates et qua-  
 cumque alia Beneficia obtinenda, ib. n. 509. Has quoque poe-  
 nas ex communi memorant etiam ii, qui propria auctoritate poe-



2000

mutant Beneficia: item Simonia realis in Prelaturis Regularium, ut  
 sunt Abbatis, Prioris, Guardiani, Rectoris, Provincialis, p. induit  
 nullitatem actus, obligationem dimittendi Superioris munus, et ex-  
 communicationem Papa reservatam, *ib. n. 510.*

Pœna Simoniae confidentialis sunt 1<sup>o</sup> Excommunicatio Papa reserva-  
 ta contra utrumque contrahentem, si sint inferiores Episcopis; nam  
 hi incurrunt solum interdictum ab ingressu Ecclesiarum; 2<sup>o</sup> priva-  
 tio Beneficii per confidentiam obtenti, et quidem ante omnem sen-  
 tentiam; 3<sup>o</sup> inhabilitas ad idem Beneficium et alia acquirenda;  
 4<sup>o</sup> privatio Beneficiorum antea legitime possessorum et pensionum  
 prius obtentorum, non tamen, juxta multos, ante sententiam Judicis  
 declaratoriam; 5<sup>o</sup> Beneficia per confidentiam collata et accepta  
 reservata sunt Papa, et fructus eorum Camera Apostolica, *ib. n. 511.*  
 Ut contrahantur hæc pœna requiritur 1<sup>o</sup> ut datum sit et acceptum  
 Beneficium; non tamen necesse est, ut qui Beneficium accepit, pro-  
 missionem suam impleverit, hoc est, vel patium promissum solverit  
 vel Beneficium altari resignaverit, vel pensionem solverit, aut fru-  
 ctus Beneficii ab alio percipi permiserit; imò hæc pœnas incurrunt recipi-  
 ens Beneficium, qui novit intentionem confidentiarum dimittentis,  
 quamvis recipiat sine tali intentione, *ib. n. 512.* 2<sup>o</sup> Soli reci-  
 pientes per confidentiam Beneficium vel pensionem Beneficiorum et  
 pensionibus antea legitime acquisitis, non autem resignantes sub  
 pœne confidentiali, aut ad id cooperantes, *ib. n. 513.* 3<sup>o</sup> Pœ-  
 na Simoniae in Ordinatione sunt 1<sup>o</sup> Excommunicatio Papa reserva-  
 vata, quam ipso facto incurrunt tum Ordinans tum Ordinatus,  
 quod multi extendunt ad primam tonsuram; 2<sup>o</sup> Ordinatus suspen-  
 sus est ab Ordinibus, non solum à Simoniacis susceptis, sed etiam ab  
 omnibus simpliciter. Ordinans vero suspensus est per triennium à  
 collatione omnium Ordinum etiam Tonsuræ, et juxta Bullam  
 Sixti V. Sanctum. ab executione omnium numerum Pontificali-  
 um, et interdictus est ab ingressu Ecclesiarum. Sed dicitur hæc Bullam  
 in plerisque locis non esse receptam. Qui autem nec licens, nec vo-  
 lens Simoniacè ordinatus est, non potest sine dispensatione Ordines  
 suos exercere, *ib. n. 514.* 4<sup>o</sup> Pœna Simoniae commissae vir-  
 cà ingressum Religionis et professionem sunt 1<sup>o</sup> Excommunicatio  
 lata contra personas singulares dantes et accipientes; 2<sup>o</sup> Suspendio  
 ab Officiis Capitularibus lata in conventum, si consenserit: utraque  
 hæc pœna ipso facto incurruntur et Papa reservantur; 3<sup>o</sup> Simoniacè  
 licenter profusus in aliud autus Monasterium in pœnam criminis  
 detroni debet, *ib. n. 515.*

Beneficia, Dignitates, Officia, et alia ejusmodi Simoniacè accepta non  
 possunt in consuetudine retineri, sed dimitti debent cum omnibus fru-  
 ctibus antea omnem sententiam; cum omnis collatio, provisio, et pactio  
 Simoniacè irrita sit et nulla, saltem jure Ecclesiastico, et proinde  
 careat omni effectu, nullumque jus tribuat. Ad hæc autem nulli-  
 tatem et restitutionis obligationem sufficit Simonia conventionalis  
 tantum etiam occulta: Item sufficit Simonia ignorata à possidente  
 Beneficium: fructus vero percepti restitui debent Ecclesiarum, cum sine  
 ullo jure et injustè percepti fuerint, *ib. n. 517.*

Preterea seu quodvis temporale acceptum Simoniacè restitui debet etiam  
 jure Divinè naturali, *ib. n. 518.* Si Simonia sit realis in mate-  
 ria Beneficiali, Simoniacè accepta restitui debent Ecclesiarum, in quâ

2009  
R

est Beneficium, vel pauperibus loci, etiam ante omnem sententiam: sed si Simonia non sit in materia Beneficiali, iuxta multos, accepta restitui debent ei, qui illa dedit, ib. n. 519.

An Simonia mentalis ad restitutionem obliget aequè ac realis, et conventionalis mixta, negant multi, ib. n. 520.

Simplicitas est unumquodque compositionis negatio, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 3. §. 1. n. 42.

Inter negativa Dei attributa primum locum obtinet Simplicitas, ib. n. 43. Quinam Dei Simplicitatem conspiciunt, ib. n. 44. | Vid.

Deus:

Simulatio est significatio per factum, gestum, vel nutum contra mentem. est verè et proprie mendacium in factis; nam mendacium est locutio contra mentem: per locutionem autem intelligitur actuum interiorum significatio per quævis signa mentis significativa, sive sint verba sive facta, gestus, nutus, sive scriptura, To. 3. Tr. 5. c. 4. n. 468.

| Vid. Mendacium, Actus fidei:

Sobrietas est virtus moralis, quæ appetitum et usum potionis vim inebriandi habentis moderatur iuxta rectam rationem, Supple. et legem divinam, To. 3. Tr. 5. n. 11.

Societas seu contractus Societatis definitur conventio duorum vel plurium contribuendi ad commune bonum et damnum secundum proportionem rerum contribuendarum, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 4. n. 364.

Dividitur hic contractus in purum, qui est contractus aliis contractibus non admixtus; et non purum, cui admixti sunt alii contractus, ut pignoris pro securitate capitalis in Societatem dati; assurancementis, quo conferens operas assureat sortem capitalem; et emtionis, quo assurens emit licentiam inestum, ib. 365.

Contractus Societatis purus est licitus, ib. n. 368. ut et contractus Societatis cum contractu pignoris, ib. n. 367. atque etiam ille, cui additur contractus emtionis licenti inestum majoris pro minore certo, ib. n. 368. At illicitus est contractus Societatis, si est tempore,

quo celebratur alter à sociis assuret capitale, et licentiam inestum emit certo licenti minori: Contractus iste vocatur triplex, eo quod tres in eo reperiantur contractus, Societatis videlicet, Assurancementis, et emtionis, ib. n. 369.

An verò initio jam Societatis contractus possint socii inter se de securitate sortis et licenti pacisci, hic est inter Theologos; alii affirmant, negant alii; omnes tamen consentiunt licite posse assureari sortem capitalem per alium tertium, qui non sit de Societate, ib. n. 370.

Si dividenda est Societas 1<sup>o</sup> estimandus est valor sortis; 2<sup>o</sup> ratio est habenda periculi, cui exponitur vel sortis ipsa vel qui prestat operas; 3<sup>o</sup> estimanda sunt industria, labor, et impensa ejus, qui confert operas, ib. n. 371.

Sodomia | Vid. Incuria:

Somnia. Divinatio per Somnia | Vid. Sortes, seu Sortes

Solemnitas. Solemnitates sunt quidam ritus seu conditiones, quæ secundum leges in contractibus aut aliis actibus adhiberi solent, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 2. c. 4. n. 229. Solemnitas voti in quo essentialiter consistat | Vid. Votum:

Sophonias Prophetæ, cuius, et quando floruerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 4. n. 543. Cuius prophetia quid contineat, ib. n. 544.

Sortes secundum acceptionem et unum nominis significat hereditatem, quae licet ad unum tota perveniat, id tamen fit sorte, non electione; quia heredes ut plurimum nascuntur, non fiunt; nemo enim unquam laboravit aut operam dedit, ut filius divitis nasceretur. Sortis nomen in hac acceptione apprime convenit Ministris Ecclesiae; 1<sup>o</sup> quia sunt praecleara et selecta Domini portio ac praecipua hereditas; 2<sup>o</sup> quia Dominus ipse sorte illis obvenit tanquam pars eorum et hereditas; Invenit quippe Levitis antiquae Legis, quorum pars et hereditas Deus fuit, To. 4. Tr. 7. p. 1. c. 2. n. 11.

Sortes sunt triplis generis 1<sup>o</sup> Divisoriae, quibus decernitur cui aliquid tribuendum sit, et haec sunt licitae sive in poenis, ut cum e pluribus reis unus aut alter puniendus est; sive in fluctationibus occasionis, ut cum pestis tempore Sacerdotes designandi sunt, qui Sacramenta administraturi sunt; sive in bonorum partitione, cum partes aequale jus ad eas habent, atque in sortitionem consentiunt: Attamen in Ecclesiasticis electionibus sunt prohibita, nec etiam in distribuendis officiis saecularibus licent, ob periculum eligendi indignum aut minus dignum, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 5. sect. 1. §. 2. n. 416.

2<sup>o</sup> Consultoriae, quibus inquiritur, quid in aliqua re obscura sit agendum; et haec sunt illicitae, quia saltem continent tentationem Dei et diabolicam deceptionis periculum: licitae tamen esse possunt, si vel ad eas Deus impellat, ut contingit in electione S. Mathiae; vel si hoc commovent 1<sup>o</sup> necessitas, et humani consilii defectus; 2<sup>o</sup> ut effectus a solo Deo expectetur; 3<sup>o</sup> ut reverenter consulatur; 4<sup>o</sup> ut sit materia, circa quam prohibitum non sit uti sortibus, ib. n. 417.

3<sup>o</sup> Divinatoriae, quibus inquiritur rei occulta vel futura cognitio, ut cum ex cribri versione divinantur fures, Sage, p. aut ex tabularum projectura dicitur quis bellicum victricem obtenturus sit, p. Haec sortes sunt superstitiosae et graviter illicitae: si tamen ad eas impellat Deus, quod vix unquam presumi debet, licitae esse possunt, sicut licitae eis usus est Jona ad explorandum sacrilegium Aethan, ib. n. 418.

Sortes seu divinatio per somnia etiam est illicita; nam licet aliqua somnia a Deo immitti possint, qui tamen facile et temere somniis credit, non excusatur a gravi culpa, et si dicat se credere illa esse a Deo, quia morali periculo Daemoniacae deceptionis se exponit, et quantum est in se vult illis credere, etiamsi a Damone sint; quia in eis effectus liberi minimè periculi possunt, ib. n. 419.

Specificatio dicitur, cum re aliqua seu species vel opus aliquod ex aliena materia ab alio conficitur, ut si ex ligno vicini tui domum tuam edifices. Refert autem utrum materia insumpta ad priorem statum reduci possit necne: in primo casu species seu opus pertinebit ad dominum materiae, v. g. ex tuo argento a me fabricatum vas ad te pertinebit: altero casu ad eum spectabit, qui speciem seu opus formavit, v. g. vestis ex alienis lanis confecta pertinebit ad eum, qui formavit; si tamen mala fide species confecta est, a pristino Domino vindicari poterit, To. 3. Tr. 9. c. 2. sect. 1. §. 3. n. 166.

Spes variè in scriptura sumitur, To. 3. Tr. 3. p. 2. n. 129. Quatenus est virtus Theologica dicitur Virtus supernaturalis Theologica, quae certà cum fiducia aeternam beatitudinem Dei auxiliò comparandam expectamus, ib. c. 1. n. 130.

Multipliciter dividitur, alia enim est habitudo, actualis alia. Habitudo dividitur in infusam et acquisitam, actualis et habitudo

in vivam et motuam, in formatam et informem, ib. n. 131.

Illius objectum primum materiale est Deus ipse, secundarium vero sunt media, quibus potest comparari, ib. n. 134.

Objectum formale Spei quod est beatitudo divina sive in se ipsa consideretur, sive prout est creatura rationalis beatitudo, modo tanquam abiens et possidenda consideretur, ib. n. 136. Objectum vero illius formale quod est promissio divina, ib. n. 137.

Nomine subjecti Spei intelliguntur creaturae, in quibus Spes reperitur, ib. n. 138. In Beatis non reperitur, ib. n. 139. nec in damnatis, ib. n. 140.

benè autem in animabus in purgatorio detentis, ib. n. 142. Spes non habet locum in Hereticis, ib. n. 143. benè autem in impijs fidelibus, ib. n. 144. et in omnibus justis victoribus, ib. n. 145. Solv. ob. c. 2. n. 146. et seq.

Spes Theologica est certa ratione sui, incerta vero respectu nostri; simpliciter tamen et absolute certa diu debet, ib. n. 149. et seq.

Actus Spei est ad aliquid necessarius ad salutem necessitate mediæ, et certis quibusdam temporibus necessitate præcepti, ib. n. 152. et seq. Solv. ob. ib. n. 155.

Spes Theologica, nisi motiva sit, hæc quatuor potissimum præstat, scilicet: 1<sup>o</sup> spei effectus, 2<sup>o</sup> sperantem reddit bonis operibus intentum et solertem; 3<sup>o</sup> cum firmat in adversis; 4<sup>o</sup> fugat timorem mundani; 5<sup>o</sup> injicit timorem Dei, ib. c. 5. n. 157. et seq.

Spectacula et Ludi theatrales historici et comici ab Ecclesiâ severe prohibentur veluti illiciti, huiusque histrionia et comica artis profanes res exhibent tum à perceptione Sacramentorum, tum à sepultura Ecclesiastica, si in ea usque ad mortem permanserint.

Duplici in capite peccant ii, qui ad illa spectacula conveniunt, 1<sup>o</sup> quia peccandi periculo se exponunt; 2<sup>o</sup> quia participes sunt ludi carnalis, et ab Ecclesiâ prohibiti, To. 3. Tr. 5. c. 3. sect. 2. §. 10. n. 417.

Spiritus privatus cujuscunque valere non potest ad definiendum, quinam sint S. Scripturae libri Canonici, et quisnam quoque sit illius genuinus ac verus sensus, To. 1. Tr. 1. p. 2. c. 5. n. 56. et c. 6. n. 75. nec proinde ad definiendas fidei controversias valet, ib. Tr. 3. c. 3. §. 2. n. 236.

Spiritus Sanctus est verè Deus Patri et Filio consubstantialis, To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 1. §. 2. n. 325. Solv. ob. ib. n. 354. et seq. | Vid. Trinitas: |

Sponsalia. Sponsalium nomen dicitur à verbo Spondeo, quia in Sponsalibus fit promissio de futuro Matrimonio. Aliquando usurpantur pro Matrimonio ratò necdum consummato, quo sensu B. Virgo, quamvis Matrimonio juncta cum Joseph, dicitur ipsi desponsata Luc. 1. c. 27. quia ab ipso cognita non fuerat nec erat cognoscenda: hinc Sponsalia apud Scriptores duplici generis leguntur; alia scilicet de presenti, quia eo ipso, quo alter conjuga actu tribuit alteri jus in proprium corpus, promittit se cum eo socialiter vivere; alia de futuro, in quibus nulla fit actualis donatio, sed modo promissio duntaxat: verum usus jam obtinuit, ut nomine Sponsalium simpliciter intelligatur promissio de futuro Matrimonio, To. 4. Tr. 8. p. 1. n. 6. et sic hinc Sponsalia definiuntur futuri Matrimonii mutua et libera promissio obligationem pariens, ib. c. 1. n. 7.

Duobus generatim modis contrahi possunt Sponsalia, absolute scilicet, et conditionatè: absolute et pure contrahuntur per simpli-

291  
3 Col.  
283.

292

cem promissionem de futuro; conditionatè verò, si aliqua conditio apponatur, qua vel licita est et honesta; vel illicita et turpis, hæcque vel contraria bono Matrimonii, vel non; licita et honesta non parit obligationem nec impedimentum publicæ honestatis, nisi adimpleatur, turpis verò, qua contraria est bono Matrimonii, nulla est et inita; qua autem ei contraria non est, valet in foro externo, nisi quis, verè noluerit promittere nisi sub illâ conditione; talis tamen Judicii implenti, nullo animò, obtemperare tenetur, sicut ille, qui fictè promisit vel consensit, p. ib. n. 8.

**Sponsalia alia sunt valida, invalida alia:** valida sunt 1<sup>o</sup> in quibus datur verus consensus cum animò se obligandi; 2<sup>o</sup> ubi adest deliberatio sufficiens ad mortale; 3<sup>o</sup> cum adest mutua promissio; 4<sup>o</sup> si adest habitas utriusque ad validè contrahendum Matrimonium; 5<sup>o</sup> Valida sunt Jure Canonico Sponsalia ab impuberibus septembris majoribus contracta, si tamen ratis præveniat septennium, etiam à septennis minoribus, à quibus tamen ambo simul duntaxat, non autem alter eorum, rescilire poterunt, cum ad annos pubertatis pervenerint, nisi copula intervenierit; quòd si tunc rescilant, contrahunt tamen impedimentum publicæ honestatis. Modò autem Barochi ad Sponsalia impuberes non admittunt, ib. c. 2. n. 9. et c. 3. n. 12.

Invalida verò sunt Sponsalia, quæ contrahuntur à rationis impotibus, ut sunt abris, amentes, pueri septennis minores, nisi malitia suppleat aetatem seu ratis illud præveniat; 2<sup>o</sup> à fictè promittentibus; 3<sup>o</sup> secundum statibus nec dissolutis prioribus; 4<sup>o</sup> quæ sequuntur votum vel ingrediendi Religionem, vel suscipiendi sacros Ordines, vel servandi castitatem perpetuam, etsi juramento firmata fuerint; 5<sup>o</sup> cum habet impedimentum dirimens, à quo tamen, si id pars contrahens promisit, dispensatio, cum eam petendi legitima causa adest, peti debet, si eam tunc locum habeat, ib. c. 2. n. 10.

Illicita sunt Sponsalia 1<sup>o</sup> persona Catholica cum Hæreticâ; 2<sup>o</sup> filiorum familias inconsultis parentibus contracta. Hujusmodi illicita sponsalia non obligant si impleri nequeant sine peccatò, seu obligant, ib. n. 11.

Similè est sive publicè et coràm Barochis ac testibus, sive clandestinè insantur Sponsalia, ib. c. 3. n. 13.

Sponsalia instituta sunt, ut fideles quam optimè parati audeant ad magnum Matrimonii Sacramentum; adeoque sunt quoddam status conjugalis tyrocinium, ib. n. 14.

Duo circa ea observare debet Barochus, coràm quo contrahuntur, ib. n. 15.

Duo effectus à Sponsalibus proceduntur, 1<sup>o</sup> ipso jure naturali mutua obligatio, quæ fit, sed unus sine peccatò mortali non possit rescilire: Jure quidem Civili adversus eum, qui resciluit, nulla completit actio; at Jure Canonico cogi potest, si undum habeat legitimum impedimentum, quamvis Juxta Ecclesiasticus potius huius mentione quam pœnâ agere debeat, ib. c. 4. n. 16.

2<sup>o</sup> ex Sponsalibus, validis duntaxat, oritur impedimentum publicæ honestatis Canonium, quo Sponsus et Sponsa inhabiles sunt ad contrahendum cum alterutrius consanguineis et affinibus, nisi audente dispensatione: Jure novo Concilii Tridentini impedimentum istud restringitur ad primum consanguinitatis et affinitatis gradum, ib. c. 4. n. 17.

Sponsalia audente copulâ carnali non transeunt in verum Matrimonium vi Decreti Concilii Tridentini, quòd Matrimonia clandestina facta illicita sine presentia Barochi et testium nulla esse declaravit, ib. n. 18.

Decem modis dissolvi possunt Sponsalia his duobus versibus comprehensis:

Difensus, crimen, Jura, tempus, et Ordo, Secundo,  
Morbis, et Affinis, vox publica, unquam reclamant.

1<sup>o</sup> Difensus nuntius ad futurum Matrimonium, seu ad dissolutionem Sponsalium; ad quem nulla requiritur solemnitas aut Judicis auctoritas, sed sufficit mutuis contrahentium consensus, modo sint puberes; impuberes enim à Sponsalibus resilire nequeunt, ib. c. 5. n. 19.

2<sup>o</sup> Crimen; si post Sponsalia unus fornicetur, si tamen innocens resilire nolit, stat vis et obligatio Sponsalium: id ad fornicationem spirituales, puta heresim et infidelitatem, extendit S. Antoninus: item si sponsa post sponsalia vi oppressa fuerit: denique si sponsus post Sponsalia detegat sponsam fuisse prius fornicatam, ib. n. 20.

3<sup>o</sup> Jura, si nempe sponsus alterius die absuerit absque consensu alterius. Jure Civili statuitur, ut, si sponsus intra provinciam absuerit, per biennium expectetur, si vero extra provinciam absuerit, per tricennium, ib. n. 21.

4<sup>o</sup> Tempus, si nempe elapsum fuerit tempus Matrimonio celebrando praefixum, ib. n. 22. 5<sup>o</sup> Ordo. Per susceptionem Sacrorum Ordinum, et per votum ingrediendi Religionem, modo sancta non fuerit copula carnalis, una Religionem ingresso potest alter seu altera alia Sponsalia et Matrimonium contrahere, non expectata Novitii professione, quòd si vero expectat, et alter à Novitatu discedat, tenetur iste Matrimonium contrahere cum parte id exigente: per votum autem simplicem perpetua continentia in sacro servanda post contracta Sponsalia emissum non videntur dirimi Sponsalia, ib. n. 23.

6<sup>o</sup> Secundo, id est, per subsequens Matrimonium cum alia personâ contractum, ib. n. 24. 7<sup>o</sup> Morbis superveniens, aut gravis infirmitas vel deformitas, ib. n. 25.

8<sup>o</sup> Affinis, subicit per affinitatem sive carnalem sive spirituales post Sponsalia accidentem, ib. n. 26. 9<sup>o</sup> Vox publica, id est, si per famam publicam notabile vitium alterius prius innotitum detegatur, vel etiam innotescat inter Sponsum et Sponsam esse impedimentum, ib. n. 27.

10<sup>o</sup> Cum reclamant, subicit cum ad veris facta Sponsalia reclamant qui ea ante pubertatis annos inierant: pariter si non adimpleatur aliqua conditio, sub qua Sponsalia inita fuerint; vel cum cognoscitur, quòd antea latebat, sponsi aut sponsae indoles difficilis ac morosa; item si superveniant graves inimicitiae inter utramque Sponsorum familiam, ib. n. 28.

ut ratum firmiterque sit Matrimonium non est necesse, ut ei Sponsalia praemittantur, quamvis id pium et laudabile sit, ib. c. 6. n. 29. Matrimonium tamen praemitti solent proclamationes seu publicae denuntiationes, quae quia mutuum de futuro Matrimonio duarum utriusque sexus personarum promissionem hypomunt, Sponsalium denuntiationes vocantur, seu Banna à Germanicâ voce Ban, quae editum seu publicam proclamationem significat: Banlatio hinc ergo est publica denuntiatio seu declaratio Matrimonii futuri inter tales personas: eorum origo repetitur à perantiquâ Ecclesiae consuetudine. Sunt necessariae necessitate praeepti, non Sacramenti vel contractus, ib. c. 6. n. 30.

Finis hujus Banorum proclamationis est, ut si quod inter contrahentes sit impedimentum aut prohibens fieri nuptias, aut jam factas dirimens, innotescat, quòd qui novit, tenetur sub gravi peccato revelare Banochi denuntianti, quamvis illud ita occultum sit, ut illud probare non valeat, ib. n. 31. Lubanam à Barochò, qui novit impedimentum aliquod, veniunt observanda,

293

294

ib. n. 32. Praeceptum istud denuntiationum, quae iuxta Tridentini  
tertia esse debent, sub gravi obligat omnes, praeter summos Principes, ib.  
n. 33. Admittit tamen aliquam dispensationem solis Episcopis reser-  
vatam. Quibus in causis à denuntiationibus dispensari possit, ib. n. 34.  
|: Vid. Matrimonium:|

Sponsio est contractus, quo duo vel plures de veritate vel eventu rei alicujus  
contentantes sibi invicem aliquid spondent, ut illud ejus sit, qui veritatem  
fuerit asserens. Hic contractus licitus est, modo adsint haec conditiones:  
1<sup>o</sup> ut res, de qua agitur, in eodem sensu à contendentibus accipitur et in-  
teligatur; 2<sup>o</sup> ut sit incerta contendentibus, To. 3. Tr. 9. c. 3. lit. 2. §. 10.  
n. 428.

Stadium prout à Scriptura de eo mentionem facit est mensura centum  
viginti quinque passuum, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 155.

Status naturae humanae. Status naturae humanae nomine hic intelli-  
gitur certa quaedam naturae humanae conditio in ordine ad finem  
suum ultimum secundum ordinationem divinae providentiae, p. To. 2.  
Tr. 4. c. 3. n. 18. |: Vid. Natura humana:|

Stimulatio |: Vid. Promissio:|

Stupiditas |: Vid. Habetudo mentis:|

Stuprum est concubitus, quo mulier virgo contra Matrimonium defloratur  
sive corrumptur; qui concubitus, si fiat virgine coacta, vel per do-  
lum seu fraudem seducta, praeter malitiam fornicationis continet du-  
plicem injuriam mortalem, unam factam virgini, cui honor virgi-  
nitatis per vim vel fraudem adimitur; alteram ejus patri, in cujus  
custodia manet: quod si nec invita nec seducta fuerit, ejus deflo-  
ratio tamen, praeter fornicationis malitiam, continet tum injuriam  
ibidam parentibus, qui jus habent tuendi integritatem corporalem filiae  
suae virginis, donec nuptii celebretur; tum malitiam contra pietatem  
illis debitam, praebendo eis gravissimam molestiam et ignominiae  
causam, et ob periculum augendi dolum, vel innuptam retinendi  
filiam: item constituit foeminam in gravi periculo ducendi per-  
candi, et aufert signaculum virginitatis; cui multiplici malitia  
et damno cooperatur Stuprator, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 4. n. 234.

Subdiaconatus est Ordo Sacer, quo, ut proae se fert nomen Subdiaconi,  
sive, ut Graeci loquuntur, Hypodiaconi |: etiam Hyparita apud ipsos dicitur:  
datur potestas ministrandi Diacono et Sacerdoti in Missa sacrifi-  
cio, To. 4. Tr. 7. p. 1. §. 6. n. 108. Apud Latinos materia Subdiaconatus

temper fuit calicis vini et patenae vineae traditio ab Episcopo facta,  
ne non traditis vincedi cum aqua, mantili, ac manutergio: circiter  
quingentis ab hinc annis addita fuit traditio libri Epistolarum. Apud  
Graecos sola manuum impositio est materia Subdiaconatus, ib. n. 109.

Forma illius sunt verba, quae profert Episcopus, dum materia porrigi-  
tur; in Ecclesia Graeca est, est oratio, quam Episcopus fundit dum  
Ordinando manus imponit, ib. n. 110.

Subdiaconi munia quinque recensentur, 1<sup>o</sup> Calicem et patenam  
in usum Sacrificii Diacono offert, ponitque in altari; 2<sup>o</sup> Sacerdo-  
ti sacra facienti aquam fundit ad extremitates digitorum abluendos  
in lignum humum munditiae in Sacrificio requisita; 3<sup>o</sup> Oblationes  
à populo suscipit, et ex iis, quantum satis est ad astantium commu-  
nicationem, in altari ponit: verum hoc non est amplius in usu; 4<sup>o</sup>

legit Epistolam; 5<sup>o</sup> Pallas Altaris, Corporalia, et Purificatoria  
altant; ib. n. 111. Quanti sint momenti ejusmodi ministeria, quan-  
tāque in Subdiaconō perfectionem exigant, pluribus in capitulis colli-  
gitur, ib. n. 112.

Subdiaconatum esse Sacramentum affirmat S. Thomas et plures alii;  
negant alii, ita, ut hoc sententia negans videatur esse commu-  
nior, ib. 9. 10. n. 164. et seq.

Subjectum fidei. per ibid intelliguntur creature rationales in quibus fi-  
des reperitur, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 4. n. 3. | Vid. fides: | Subjectum  
Spei | Vid. Spei: | Subjectum Charitatis | vid. Charitas: |

Subreptio | Vid. Dispensatio: |

Substantia dicitur; 1<sup>o</sup> pro eā Substantia modificatione, quā fit, ut  
Substantia sit ens per se Subsistens distinctum ab accidente, quod per  
se non Subsistit, sed indiget Subiecto, cui inhaereat; 2<sup>o</sup> pro rei totalita-  
te, si abstracte; vel pro toto, si concretē accipiat; 3<sup>o</sup> communia ac  
recepta apud Theologos usu Subsistentia significat modum seu for-  
mam quandam, quae naturam ultimato complet ac terminat, eam-  
que reddit alteri tanquam supposito incommunicabilem, To. 2. Tr. 1.  
p. 2. c. 4. §. 1.

Controversia est inter Theologos, quot in Deo sint  
Subsistentia, an scilicet una sola, eaque absoluta; an tres relati-  
vae nulla absoluta; an vero tres relativae et una absoluta, adeo-  
que quatuor omnino? ib. n. 420. videtur autem, quod in Deo  
sint tres Subsistentiae relativae distinctae nulla communis et abso-  
luta, ib. n. 421. et 422. Solus. ob. ib. n. 423. et seq.

Cum in mysterio Incarnationis Substantia seu natura humana pro-  
pria careat Subsistentiā, atque per Verbi Divini Subsistentiam  
divinitate Subsistat, quaerunt Theologi, quā ratione Subsistentia  
a natura distinguatur: verum videtur, quod Subsistentia virtuali-  
ter tantum a Substantiā distinguatur, quatenus scilicet haec sine  
illā coniungi et aliam nobiliorem connotare et sic connotando desine-  
re esse sui juris, ib. Tr. 3. c. 5. §. 8. n. 242.

Superbia est animi elatio inflatis se omnibus praecellere et omnia sibi de-  
bere consentis, seu brevius, est inordinata cupiditas propria excellen-  
tiae et celsitudinis, vel inordinatus appetitus supra alios excellendi,  
To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 1. n. 256. Eius actus sunt inordinati se ipsum  
astimare; finem suum ultimum in propria excellentiā ponere; ab  
aliis velle magni fieri p. iudicio proprio pertinaciter adhaerere; ali-  
os parvi facere et aliena contemnere p. si putas te habere bona,  
quae non habes p. si bona tua astimes quasi ea te et non a Deo habe-  
as; si bona tua accepta quidem a Deo credas, sed ea astimes tanquam  
meritis propriis debita, vel ea ad Dei gloriam non referas p. nolle se  
Subjicere suis Superioribus quasi indignum sit; nolle etiam se Deo  
ejusque praeceptis submittere, id astimans tanquam contrarium di-  
gnitati suae p. ib. n. 257.

Ex genere suo est peccatum mortale, veniale autem solummodo, si  
sit imperfecta, quā scilicet quis sine Dei et aliorum contentu nec  
reversus Superioribus Subjici solum plus justo se effert, ib. n. 258.

Superbia remedia generatim eadem sunt, quae humilitatis adjumen-  
ta; speciatim vero haec: 1<sup>o</sup> supra humilitatem a Deo petere; 2<sup>o</sup>

295



296

loquā considerare suum nihilum, suam effrenatam ad malum propensionem, suas pravas cupiditates, sua peccata, vitia, defectus, miserias, infirmitatem, p. 3<sup>o</sup> meditari superbiae poenas et humilitatis premia; item exempla Christi, qui se humiliavit factus obediens usque ad mortem, p. 4<sup>o</sup> omnia sua bona opera ad Dei gloriam loquissime autem referre, p. ib. n. 259.

Superbia tres praecipue numerantur filiae, scilicet Presumptio, Ambitio, et vana gloria. De quibus vid. suis articulis. ib. n. 260.

Superficies est jus, quo quis superficiem alieni soli possidet, et in ea edificare potest. In eo jure gaudet dicitur Superficiarius: proprietas autem domus Superficiaria pertinet ad Dominum soli; nam adificium cedit solo, in quo constructum: Superficiarius tamen Dominum utile habet; unde Usufructuarius Latius sumitur dici potest, To. 3. Tr. 9. c. 2. Sect. 2. §. 3. n. 187.

Superior iusta corruptionis causa ab amoris indicis excludere potest Subditum, reconciliationemque differre, modo intus in corde dimittat et charitatem servet, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 4. n. 394.

Superstitio est cultus inordinatus ac vitiosus veri vel falsi Numinis: dicitur autem Superstitio vel a verbo Supersto, quia per eam redditur cultus indebitus et vanus iis rebus, quae supra nos stant, puta soli, Luna, et aliis Syderibus; vel a Superstite defuncti memoria, cui honores divini exhibentur in ejus imagine, To. 3. Tr. 6. p. 2. c. 3. Sect. 1. §. 1. n. 403.

Superstitio generatim duplex est, una ex parte rei cultae, quae cultus creaturae tanquam Deo exhibetur, et dicitur cultus falsi numinis; alia ex parte modi colendi, quae verus Deus quidem colitur, sed modo inordinato, et dicitur vitiosus Dei cultus; haecque rursus est duplex scilicet falsus et superfluus; cultus falsus est, cum falsa miracula praedicantur vel scriptis mandantur in confirmationem verae fidei, et sic verorum fides enervatur; vel falsa reliquiae obtunduntur; vel cum auctoritate propria proponitur aliquid tanquam institutum a Deo vel ab Ecclesia, quod se ipsa non est institutum; vel adhibentur caeremoniae veteris legis, quae sunt a Deo repudiata; vel cum Laicus Deum colit tanquam publicus Ecclesiae Minister. Haec Superstitio species esse Scheyer est mortalis, ib. n. 404.

Cultus superfluus est modus veri Dei colendi praeter ipsius Dei et Ecclesiae institutionem aut communem Fidelium usum, et inutilis ad honorem Dei et ad excitandam spiritus devotionem vel domandam concupiscentiam. Haec Superstitio, seculo haud alio et contentu caeremoniarum Ecclesiae ac communis Fidelium usus, et modo actio illa, quae exhibetur, alias nulla lege sit prohibita, non est nisi veniale peccatum; sed si fiat post prohibitionem Superioris: si tamen in Missa vel in administratione Sacramentorum, relictis rubricis, alia caeremonia etiam pro sua devotione, et seculo contentu, adhibeantur, videtur non posse excusari a peccato mortali ob materiae gravitatem et grave periculum quatenus praesumptionem, ib. n. 405.

Cultus dicitur etiam superfluus ratione vana certitudinis, id est, non viva divina promissione, ut cum quis credit pro se a tali morbo vel periculo liberandum, gestando imaginem vel reliquias sanctorum, p. ib. n. 406.

Ex parte objecti, quod colitur seu Numinis falsi generatim triplex est Superstitio species, nimirum Idololatrica, Divinatio, et Vana

D. 111. 00.

pag. 289.

Observantia, ad quam referantur Maleficium et Magia, de quibus  
Vid. suis attributis, ib. n. n. 407.

Circa omnia Superstitionis genera et species haec observanda est regula:  
Dum aliqua fiunt ad eos effectus habendos, ad quos neque naturaliter  
valent, neque ex Dei aut Ecclesiae institutione sunt ordinata, pro-  
cul dubio sunt Superstitiosa, adeoque in quavis materia pec-  
catum mortale ob expostum vel tantum, quod continent, cum Da-  
emone commercium: attamen arbitraturo Theologi rusticos, mul-  
liculas, personas simplices, aliquando excusari per bonam fidem,  
inadvertentiam, et Similia: nec condemnandi sunt, qui profe-  
runt verba S. Scripturae v. g. aut gestant reliquias, vel recitant ques-  
dam preces, quae nec falsum, nec vanum continent, ad obtinendum  
aliquid à Deo, si id saluti eorum expedire judicaverit, non tribuendo  
illis vim certam et absolute infallibilem; hoc enim pium ac bonum est,  
modo nulla vanâ circumstantiâ contaminetur pium istud exercitium,  
ib. §. 3. n. 422.

297

Suspensio est censura, quâ Clericus prohibetur usus seu exercitium Ordinis,  
vel Officii, vel Beneficii, To. 4. Tr. 7. p. 2. c. 3. §. 3. n. 254.

Suspensio alia est totalis alia partialis: qui totaliter suspensus est,  
nulla Beneficii, vel Jurisdictionis, vel Ordinis munia potest exercere;  
qui autem ex parte tantum est suspensus ea exercere potest à quibus  
non est suspensus: item qui suspensus est ab Ordine superiore non  
intelligitur suspensus ab inferiore. Est etiam suspensio ad tempus,  
et suspensio ad perpetuum: qui ad tempus suspenditur, elapso tempore  
et servata aliunde suspensione, sine ulla dispensatione redit ad gra-  
dum, à quo suspensus erat; si autem suspensionem non servet, peccat  
graviter et fit irregularis, p. ib. n. 255.

Clerici propter gravia delicta ab Officiis et muneribus suspendi possunt, atque  
etiam à fructibus Beneficii percipiendis, si hoc ultimum in suspensione  
expressatur. Potest Clericus aliquando suspensionem incurrere  
propter alienam denuntiationem vel non suam; cum enim id expedire  
judicat Superior. Episcopi in suspensionem ipso jure latam et ipso  
facto incurramdam non cadunt, nisi in Constitutione, quae talem Cen-  
suram pronuntiat, expressa eorum fiat mentio. Suspensio fieri  
potest non tantum contra privatos, sed etiam contra communitates.

Clericus, qui in sua Diocesi à functionibus sui Ordinis est suspensus, non  
potest eas in alia Diocesi, ad quam divertit, exercere: taliter suspen-  
sum à sua Diocesi discedentem, si suspensus ab homine lata sit, solum  
Episcopus, à cujus Diocesi discessit et à quo suspensus fuit, absolvi po-  
test; si vero suspensus à Jure lata sit, tunc talis potest ab illo Episcopo  
absolvi, in cujus Diocesi domicilium fuit. Clericus suspensus po-  
test Sacramenta recipere; item valide, licet illicitè et cum peccato, po-  
test Sacerdos suspensus ea Sacramenta administrare, quae à potestate ju-  
risdictionis non pendent, nisi etiam ea, quae à jurisdictione pendent,  
si toleratus et non denuntiatus sit, ib. n. 256.

Casus, in quibus suspensio in nostra Argentineni Diocesi incurrere potest,  
sunt: 1. Suspensionem reservatam ipso facto incurrit, qui absque licentiâ  
Episcopi licenter absolvunt poenitentem aliquem ab haereticis extra mortis  
periculum; 2. Qui absque ejusdem licentiâ licenter absolvunt poeni-  
tentem à censuris et caribus reservatis extra mortis periculum, nisi poe-

290.

290

nitens gravi morbo officiat, aut Matrimonio proxime jungendus sit, aut sit mulier praegnans partu proxima, aut prima vice Sacram communionem percipere debeat; 3<sup>o</sup> Qui Matrimonio jungunt Catholicum cum Haeretico vel infidelium; 4<sup>o</sup> Qui aliena parochia parochianos jungunt, non obtenta propriae parochiae vel Episcopi licentia; 5<sup>o</sup> Qui defecunt S. Eucharistiam ad extinguenda incendia, arcendaeve tempestates vel tonitrua, p. 6<sup>o</sup> Qui ad benedictiones vel exorcismos alias a praescriptis in Rituali novo Argentiniensi, vel Missali Pontificali aut Rituali Romanis, formulas inconsulto Episcopo adhibent; 7<sup>o</sup> Qui absque Episcopali licentia exorcismos, etiam in Rituali Argentiniensi praescriptos, faciunt ad expellendos Demones sive corporibus, sive domibus aut locis, quae ab ipsis infestari vel obsideri dicuntur, p. ib. n. 257.

Suspensio autem infligenda duntaxat iis ibidem decernitur, 1<sup>o</sup> Qui Matrimonio junxerint castra sequentes vel vagabundos absque Episcopi licentia; 2<sup>o</sup> Qui celebrant Missam sine veste talari, vel sine illa Sacramentum aliquod extra casum necessitatis administrant; 3<sup>o</sup> Qui absque necessitate cibum potumve sumunt apud caupones in locis non una laica integra a domicilio suo distantibus; 4<sup>o</sup> Qui alea, quae in mundis et aliis in locis ad usus publicos destinatis ludunt; 5<sup>o</sup> Qui tonsuram, qui linteos colli amictus clericales non gestant, quive habitum non nigro induti prodeunt in publicum; 6<sup>o</sup> Qui in suis aedibus famulatu adstrictas retinent feminas, quae ad quadragessimam aetatis annum non pervenere, aut mulieres alias a matre, sorore, avia, amita, matertera, et filia fratris vel sororis apud se habitare sument, ib. n. 258.

Suspensio ad certum tempus et sub aliqua conditione lata, v.g. si Sacerdos suspendatur ab Officio, donec per mensem spiritualibus exercitiis in Seminario vacaverit, cessat absque absolutione, si conditio, quae imposita fuerat, adimpleta fuerit, ib. n. 268. Ad suspensionem incurrendam sufficit, ut dictum, culpa aliena, ib. d. 5. n. 276.

Suspicio est mentis inclinatio et propensio ad offendentium unam partem sine sufficienti causa, ita tamen, ut mens nondum plena et absoluta assentiat, To. 3. Append. ad Tr. 5. p. 2. c. 3. n. 761.

Suspicio et dubitatio, si sint vere temeraria, dicitur, cum sufficienti advertentia atque circa gravem materiam versentur, non sicut in iudicium temerarium, sunt peccata mortalia, ib. d. 5. n. 766.

Suspicio et dubitatio possunt vel nihil peccati habere, vel solum veniales noxae esse, si temeritas non sit notabilis, dicitur sufficienti advertentia, aut materia gravis et sufficienti non sit, prout dictum est de iudicio temerario, ib. n. 767.

Suspiciones et dubia de personis ad bonam vel malam existimationem pertinentia semper sunt in bonam et meliorem partem interpretanda, ib. n. 768.

Sic autem dubia in meliorem partem sunt interpretanda: 1<sup>o</sup> Negative, ita ut in dubio etiam positivo nunquam iudices, opineris, vel suspicaris proximum esse improbum vel peccatorem graviter; 2<sup>o</sup> Positive pratica, hoc est, ut in praei et vita civilis usu, ubi de contractu non agitur, affectu interno et externo agendi modo proximus tractetur tanquam si re vera esset probus, ei praestando consuetis honoris et utilitatis officia, perinde ac si verum esset de eius probitate dubium, ib. n. 769.

Dubia autem de rebus, puta an contractus talis sit licitus, necne, non sunt in meliorem partem interpretanda, sed suis momentis aestimanda, ib. n. 770.

Ceterum cum agitur de damno vitando vel remedio adhibendo, dum non constat de probitate proximi, licet tibi et aliis consulere, et eam cautionem

adhibere, quam prudentia dicitur adhibendam, Supposito, quod esset ma-  
lus, non tamen de eo male iudicando aut suspicando, ib. n. 7. 11.

Infusio est aliena fama occulta lesio, To. 3. Appond. ad Tr. 5. p. 2. c. 3. §. 1. n. 66.  
Sed est homo, quo sine justa causa refertur alium de alio aliquo aptum ad  
dissolvendam eius amicitiam cum illo. Est species Detractionis et mor-  
talis, licet fiat sine intentione dissolvendi huiusmodi amicitiam; unde  
Infusus tenetur restituere, in quantum potest, amicitiam iniuste ab  
ipso ablatam et alia damna inde secuta, ib. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 6. n. 321.  
i. Vid. Detrahitio, Invidia:!

Sylva. Potest Respublica hinc Princeps prohibere lignationem in Sylvis ad  
urbem, Communitatem, aut Republicam pertinentibus; quia si ali-  
quando expedit bono publico, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 125.  
Rempres, quilibet ligna cadunt in Sylvis privatorum, si Domini consentiant,  
non peccant, nec tenentur ad restitutionem, sed si eis invito id faciant,  
nisi sint in extrema necessitate, ib. n. 126. Si vero inutilia tantum  
ligna, etiam invito Domini, sine illius damno tamen, colligant non  
tenentur ad restitutionem, ib. n. 127.

Symbolum secundum vim nominis Graeci est coactio seu coactio multorum  
ad opus aliquod: lenitur etiam pro signo vel tapera militari, qua veri  
milites ab aliis discernuntur. Apud Scriptores Ecclesiasticos Symbo-  
lum in utroque significatione augetur, To. 3. Tr. 3. p. 1. c. 2. Sect. 1. §. 3.  
n. 19.

Quatuor praecipua numerantur fidei Christiana et Catholica Symbola,  
scilicet Apostolicum seu Apostolorum, Nicaenum, Constantinopolita-  
num, et S. Athanasii seu Athanasianum, ib. n. 20.  
An et qua ratione Apostoli sint auctores Symboli, quod Apostolorum  
nummatur, ib. n. 21. et 22. Illud sine ulla additione aut detrac-  
tione Ecclesia Romana semper servavit; Orientales vero et Aquilejen-  
sis aliquot minutiarum Syllabarum discrimine illud saeculo 17 muta-  
bat, ib. n. 24. Ab ipsius nascentis Ecclesiae exordio in usum ubique  
fuit, parulis vocibus exceptis ubique etiam eodem modo a fidelibus  
recitatum fuit: nusquam in Conciliis aut Romanorum Pontificum  
Decretis prima illius institutio reperitur: non tamen inter sacras scrip-  
turas numerandum est, ib. n. 24. Singuli illius articuli explicantur  
in Tract. de Doct. Chr. c. 2. n.

Secundum fidei Symbolum Nicaenum nummatur; quia in Nicaeno Con-  
cilio editum fuit contra Arium, ib. n. 25. Illud statim ac editum fuit,  
omnes Graecorum Ecclesia in usum quotidianum apmiserunt, ib. n. 26. At  
Latini solum, ut prius, Symbolum Apostolorum in usum quotidianum re-  
tulerunt; ut hoc, ib. n. 27. Articuli Symboli Nicaeni recen-  
sentur et exponuntur, ib. n. 28. et seq.

Tertium fidei Symbolum est Constantinopolitanum, sic dictum, quod  
editum fuit in Concilio Constantinopolitano 1. praecipue contra Macedo-  
nianos et Manichaeos, ib. n. 32. illius articuli et eorum expositio, ib.  
n. 33. et 34. et seq. Illud inter Missarum Solemnia sub nomine Conci-  
lii Nicaeni putatur a quo non nisi penes majorem vel minorem explicatio-  
nem et nonnullas additiones a Patribus CP. nis majoris claritatis gra-  
tia factas discrepat; cantare et recitare solet Ecclesia cum additione ta-  
men particulae Gilioque, ib. n. 32.

Quartum Athanasii nomine vulgo inscribitur, atque in nostris Eccle-  
siis ad primam horam Canonicae diebus Dominicis recitatur, ib. n. 33.  
Est major explicatio Symboli Nicaeni et Symboli Constantinopolitani,  
ib. n. 34. Illud jam saeculo VIII. in Ecclesia Occidentali universalem

300

habuit auctoritatem, ib. n. 88. Disceptant eruditi, ait S. Athanasii,  
ib. n. 96. item To. i. Tr. 4. c. 5. §. 2. n. 4.

Symmachus, quis fuerit. Saevos Scripturae Veteris libros in Graecum transtru-  
lit, To. i. Tr. i. p. i. c. 7. n. 104.

Synodus vox Graeca Latine idem significat ac Concilium | Vid. Concilium |  
Synthesis est primorum bene vivendi principiorum cognitio, To. 3. Tr. 1.  
c. 4. §. 1. n. 199. et 200. Est quidem interna actuum humanorum  
regula, sed magis remota, cum generaliter tantum legem propo-  
nat, infalibilis tamen, ib. n. 201. | Vid. Consuetudo |

Tactus impudici. Tactus partium pudendarum aut pudendis proxima-  
rum corporis diversi Sexus sunt mortales, si fident vel admittantur  
sine necessitate medendi, etsi non ob delectationem veneream  
sed ex sola curiositate vel joco: item mortale est propria puden-  
da sine necessitate tangere, si delectatio venerea ex eo tactu oria-  
tur et praevideatur; Tectus si tactus ibe ex curiositate et levitate  
dimittatur absque libidine et delectationis ac pollutionis periculo  
fiat: Hoc tamen non omnino vocat periculo, nec peccato, unde  
ejusmodi tactus etiam vitandi sunt. De tactu pudendarum  
partium corporis alieni ejusdem Sexus, idem fecisse dicendum, quod  
de tactu pudendarum partium corporis diversi Sexus, To. 3. Tr. 6.  
p. 3. c. 1. §. 4. n. 306. | Vid. Oscula, Aspectus impudici, Delectatio  
venerea |

Talentum moneta omnium maxima apud Hebraeos, Athenienses, p. mi-  
tata, To. i. Tr. i. p. i. c. 8. n. 131.

Tarquam, quid significet, To. i. Tr. i. p. i. c. 7. n. 96.

Temperantia late sumpta est virtus refruens animi affectus, qui ipsam  
coram vitam rationem abiciunt, ibi que moderans secundum rec-  
tam rationem ac legem divinam. Sic sumpta non est specialis vir-  
tus, nam id praestat omnis et qualibet virtus moralis in sua mate-  
ria. Strictè sumpta est virtus, qua secundum vitam rationem  
ac legem divinam moderatur appetitum et usum rerum, qua de-  
lectationem sensuum, praesertim gustus et tactus, parit; qua  
lia sunt esculenta, potulenta, et venerea, To. 4. Tr. 5. p. 1. c. 5.  
3. n. 8. Ipsius objectum materiale sunt omnes delectationes  
corporeae, sed praesertim ea, qua ex cibo, potu, rebisque venereis  
percipiuntur: formale vero est earum delectationum honestas  
usus, ib. n. 9. Partes subjectivae seu species Temperantiae qua-  
tuor numerantur, scilicet abstinentia, sobrietas, castitas, et ben-  
dicitia, ib. n. 10.

Tempus conditio ad rem aliquam posse peram legitimè praescribendam requi-  
sita conditio, To. 3. Tr. 5. c. 2. §. 1. §. 3. n. 161.

Res mobiles alicujus privati, vel etiam injussis Ecclesiae cum titulo per  
possessionem triennem bona fide continuatam praescribuntur; si-  
ne titulo autem triginta annorum spatio, ib. n. 161. Res vero  
immobiles privatorum inter praesentes decennio, inter absentes autem  
viginti annis cum titulo praescribuntur: Si deest titulus inter pra-  
sentes requiritur possessio triginta annorum, inter absentes quadra-  
ginta. Ad praescribendum contra Ecclesiam à Romana ditin-  
tam requiruntur quadraginta anni: adversus Ecclesiam Romanam

immediate centum. Ad Ecclesias vocantur Hospitalia, Monasteria, et quaeunque loca, quae habent bona ad pias causas relicta; unde ex privilegio Eugenii IV. adversus Monasteria Benedictina non nisi sexaginta annorum spatium praescribi potest, ib. n. 162. Majus requiritur tempus, quando praescriptio dormit vel interruptitur. Inter tempus, quo dormit dicitur praescriptio, et illud, quo interruptitur, hoc est Discrimen, quod in priori casu continentur priores anni cum posterioribus dormientibus praescriptionis, licet non numerentur anni, quibus ipsa dormit: at si interrupta fuerit praescriptio, non continuatur; si tamen autor non prosequatur rem, praescriptio non interruptitur, quia qui litem sponte deserit, censetur ejus injustitiam agnovisse, ib. n. 163. ¶ Vid. Praescriptio.

Tentatio Dei. Tentationis nomen hic non limitatur pro inductione ad peccatum, sed prout circa experimentum aliquod capiendum versatur. Igitur Tentatio Dei definitur dictum vel factum vel omnis ad capiendum experimentum divina alicujus perfectionis, ut potentiae, bonitatis, &c. per extraordinarium effectum a Deo tamen expectatum. ¶ Fieri potest dupliciter; 1<sup>o</sup> expresse, ut fieri olim illa probationes innocens, quae fiebant candenti ferro, aut aqua fervente, aut duello; 2<sup>o</sup> implicite, cum quis ad finem obtinendum ordinariis mediis non utitur; hic Deum tentant, qui remedijs uti nolunt ad sanitatem, cibo et potu ad vitae conservationem, &c. Tentatio Dei est grave peccatum; fieri tamen potest ut non sit nisi veniale, ut si quis nec intendat nec advertat nec cogitet actionem suam ad Dei tentationem pertinere; unde contingere potest, ut Deus sine peccato tentetur, ut cum Genes. c. 22. Abraham dicebat ad Deum, Domine... unde hinc possum, quod possederis sem terram Chanaan? et cum necessitas urget, nec blind suppetit medium, modo ad fiat cum humilitate, verque tota divina voluntati permittatur, p. To. 3. Fr. 6. p. 3. c. 3. Sect. 2. §. 2. n. 441. Tentatio Dei quandoque adiutam habet infidelitatem, ut si quis dubitans de aliqua Dei perfectione vel providentia, eam miraculo experiri cupiat. Quandoque est etiam contra propriam charitatem, ut si conjuncta sit cum periculo vita aut gravis laesionis, ib. n. 442.

Territorium. Nomen Territorii Juris Consulti deducunt a terrando, quasi sit potestas terrandi subditos: alii vero a terra, quasi sit certus territorii ambitus, qui ad Principem seu Dominum pertineat, quem incolunt et quae concluduntur homines, qui propterea subditi dicuntur, To. 4. Fr. 7. p. 2. c. 3. §. 4. n. 268.

Tertulianus, Quis, ejus Opera, et errores, To. 1. Fr. 4. c. 1. §. 2. n. 36.

Testamentum ex eo sic appellatur, quod testatio mentis sit, atque definitur Ultima voluntatis dispositio solemniter facta cum institutione haeredis, To. 2. Fr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 13. n. 452. Jure communi dividitur in solemne, in quo scilicet servantur omnes solemnitates à Jure praescriptae; et in privilegiatum, quod valet etiam si non omnes illae solemnitates serventur; tale est testamentum militis, quod scilicet sola voluntate perficitur. Solemne subdividitur in scriptum seu clausum, quod fit scripto coram testibus requisitis; munipativum seu apertum, quod fit viva voce coram testibus requisitis, licet possit postea scripto mandari; et Olographum, quod scilicet propria testatoris manu scribitur, in quo alia solemn-

ritas non requiritur, quam testatoris scriptio et subscriptio. Jure Casarum ad Testamentum scriptum haec requiruntur: ut haec, clavis et graphi verbis instituantur, illiusque nomen propria testatoris manu scribatur, vel, si aliena, ipsa testator subscribat, et subscriptum se involutum ostendat testibus, dicatque in eo ultimam voluntatem suam contineri, ut adhibeantur septem testes, rogati, masculi, puberes, idonei. Jure Canonico tres sufficiunt testes idonei; verum id in Imperio Germanico non obtinet; Ut omnes, et singuli testes nomen suum propria manu subscribant et annulo seu sigillo suo obriquant; ut id totum in uno eodemque loco et tempore, unoque contextu peragatur.

Ad nuptiarum requiruntur solum, ut testator suam ultimam voluntatem tam circa haereditis institutionem quam circa legata coram septem testibus idoneis, declarat distincta voce, et tali, ut possit ambigere. Testator autem tenetur haereditas, in portione legitima, descendentes, et, his deficientibus, ascendentes in recta linea, nisi justam exhaereditandi causam habeat; unde hi dicuntur haeredes necessarii, ib. n. 453.

Testari non possunt 1<sup>o</sup> qui carent usu rationis; 2<sup>o</sup> filii familias; si tamen pubes sit, potest testari de bonis castrensibus, et quasi castrensibus ad quaslibet causas, et de adventitiis ad pias causas, sed cum patris consensu; 3<sup>o</sup> testari non potest servus; 4<sup>o</sup> nec religiosi solemniter professi; 5<sup>o</sup> nec prodigi post interdictam ipsi administrationem bonorum horum; 6<sup>o</sup> qui commiserunt aliquod crimen, cui iure annexa est talis poena, et morte damnati; 7<sup>o</sup> Clerici de bonis Ecclesiasticis, nisi ad pias causas, ib. n. 454.

Testamentum sine requisitis solemnitatibus confectum, in quantum tamen de testatoris voluntate constat, valet quantum ad pias causas, ib. n. 455. Testamentum Vetus et Novum | Vid. Scriptura 5.

Tetrapla Origenis, quid sint, To. i. Tr. i. p. i. c. 7. n. 105.

Thalimud, quis liber sit, To. i. Tr. i. p. 2. Sect. i. c. 2. n. 253.

Thalimudista, qui sint, To. i. Tr. i. p. i. c. 2. n. 9. item p. 2. Sect. i. c. i. n. 253.

Theodoretus, quis, ejus Scripta, To. i. Tr. 4. c. i. §. 2. n. 69.

Theodotion, quis fuerit. Hebraeorum Veteris Testamenti textum graecum redidit, To. i. Tr. i. p. i. c. 7. n. 104.

Theologia definitur disciplina, qua de rebus divinis ac supernaturalibus disputat et differit, ut ea veritatibus a Deo revelatis, fideique Catholicae principis cum de ipso Deo, tum de creaturis conclusiones, seu consecutiones eliciat, quibus fidei mysteria explanet, suadeat, confirmet, ac tueatur, praefat. in univers. Theologiam; item To. i. Tr. 4. c. 3. n. 113.

Theologus inde dicitur, quod Theologiam seu sacras litteras Clericos edocere teneretur et ad populum sacras habere conclusiones. Honorius III. ut facilius gravibus Metropolitana Ecclesia Theologum sibi compararet, decrevit, ut Capitula juniores Canonicos ad Universitates frequentandas mitterent, veniantque ipsi fuit residentia tum Clerici studentibus tum Magistro doctores Theologiam seu sacras litteras: quod privilegium renovavit et confirmavit Concilium Tridentinum Sess. 5. de reform. c. i. To. 4. Tr. 7. p. i. c. 7. §. 8. n. 123.

In iis, qua ad fidem vel mores pertinent, nuda debet haberi ratio Theologorum Scholasticorum, qui nec Scriptura, nec Traditione, sed sola humana ratione et laicorum auctoritate sua plura confirmant, To. i. Tr. 4. c. 3. n. 114. plurimum Theologorum Scholasticorum ex iis etiam, qui plura sua ad Scripturam et Patrum normam exigere

303  
se profitentur, consensus in aliquo dogma, si alii insignes, licet numero pauciores, dissentiant, non majoris est ponderis, quam rationes, quibus nituntur, ib. n. 117. Unanimis Theologorum Scholasticorum omnium in unum dogma consensus Theologo suppeditat magni roboris argumentum, ib. n. 116.

In iis, quae ad fidem pertinent Jurisconsultorum auctoritate non eget Theologus, quin potius eorum Titulorum, qui de fide decernunt, legis peritus à Theologo petere debet auctoritatem, ib. n. 118.

In his quoque, quae ad mores pertinent, quatenus vel lex Evangelica, vel ratio Philosophica circa eos quidpiam praescribunt, Jurisconsultorum seu Canonistarum auctoritas parum aut certe nihil Theologo conferre potest, ib. n. 119.

In illo rerum genere, ubi habet de moribus et disciplina Ecclesiae Religio usque institutis per leges tantum à Synodis vel Pontificibus statuta decernitur, necnon poena Juris praefiniuntur, Jurisperitorum omnium consensus comobisque sententia Theologo magnam fidem facere debet, immò invidit quaestio super hujusmodi rebus, ib. n. 20.

Ratio naturalis utiliter à Theologo consultitur, non tamen se habet per modum principii respectu Theologiae, ib. n. 122. Communia principia rationis naturalis certum Theologo argumentum suppeditant: conclusiones vero, quae alia viâ, quam per demonstrationem ex illis inferuntur, argumentum duntaxat probabile, ib. n. 123.

In quantum ad Philosophos eorum ferme eadem hæc ratio inveniunda est ac rationis naturalis, ib. n. 124.

Denique quemadmodum Theologo in multis auctoritate Juris Canonici pariterum nitendum est, ita et in non paucis, praesertim ubi de iustitia et jure agitur, Juris Caesarici Consultorum placita sequi debet, ib. c. 4. n. 125.

Thesaurus definitur vetus quaedam depositio pecuniae, cujus non erat memoria, ita ut jam dominium non habeat. Jure naturali et Gentium Thesaurus totus est inventoris; Jure tamen Civili communi obligante in consuetudine haec de Thesauris statuta sunt, id est totus illius, qui cum in proprio fundo reperit, nisi arte magicâ ibi inventus sit; tunc enim totus pertinet ad Sisorum, saltem post sententiam Judicis: 2<sup>o</sup> Qui fortuito thesaurum in fundo alieno reperit, fit Dominus dimidii, alterum dimidium tenetur ante sententiam Judicis tradere specialiter Domino fundi: 3<sup>o</sup> Thesaurus de industria quaesitus in fundo alieno sine consensu Domini totus est Domini: 4<sup>o</sup> Si Thesaurus inveniatur in plateâ, foro, vel viâ publicâ, juxta multos dividi debet cum Sisoro, juxta alios totus est inventoris: 5<sup>o</sup> Qui emit agrum, in quo est Thesaurus reconditus, si ante emptionem invenit thesaurum, media ejus pars pertinet ad Dominum fundi; si autem sivit, sed nondum effodit, quando emit, multi existimant, quod talis acquirat dominium totius Thesauri, quod tamen alii negant: 6<sup>o</sup> Sarcinator, qui in vesti ad alium pertinente veste gemmas invenit, supposito, quod ille, ad quem vestis pertinet, ignoret hujus Thesauri originem, mediam illius partem sibi retinere potest: haec secundum Jus



304

communa; possunt enim Thesauri per aliquam legem particularem Principi aut Reipublicae appropriari, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 123. et 124. Thomas Aquinas: Sanctus: Deus, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 92.

Timor Dei triplex distinguitur Servilis nempe, Filialis, et Initialis, To. 3. Tr. 2. c. 9. n. 163. et 164. et 165. Timor filialis et castus est optimus; Initialis est bonus, ib. n. 166. Servilis secundum appetitum spectatus, seu prout praesens est fuga poenae, est etiam bonus, ib. n. 167. Solw. ob. ib. n. 168. et seq. Item To. 4. Tr. 9. c. 2. §. 7. n. 133. et seq.

Titulus est fundamentum et radix Domini, sive ratio et causa, propter quam Dominium alicui competit, ut venditio, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. n. 55. Vid. Dominium!

Titulus in sensu juris et generationis est ratio legitima, propter quam quis censetur justè possidere rem aliquam, v.g. agrum. Duplex est, verus, ut si a vero Domino emeris; et praesumptus seu coloratus et apparens, qui licet verus prout videtur judicatur; ut si emeris ab eo, quem probabiliter putas verum Dominum, To. 3. Tr. 5. c. 2. Sect. 1. §. 3. n. 148.

Ad praescriptionem longi temporis requiritur titulus, at ad praescriptionem longissimi temporis ordinariae non requiritur; aliquando enim requiritur, ubi licet juris praesumptio est contra praescribentem. Praesumptus sufficit, ib. n. 149. Qui titulo hereditatis bona fide possidet, nunquam praescribit, si sit haeres universalis, ib. n. 150. bona autem Legatarius, seu haeres particularis, id est, ille, qui in ea haeret quocumque titulo sive gratuito, sive oneroso, sive ex Testamento, sive inter vivos, dummodo haeres non sit, ib. n. 151.

Titulus Clericalis sumitur pro collatione seu provisione Beneficii; quia e.g. virtute canonis agri, et provisionis Beneficii entor legitima possidet agrum et Clericus Beneficium. Duplex etiam distinguitur, Ecclesiasticus licet, et Patrimonialis: prior est jus fruendi bonis Ecclesiae, quod nunc acquiritur per Beneficium pacificè possessum, vel per pensionem Clericalem, ~~quod nunc acquiritur per Beneficium~~ ~~quod nunc acquiritur per Beneficium~~ ~~quod nunc acquiritur per Beneficium~~, cum antiquitus infamatus Ordinatus esset titulus Ecclesiasticus, To. 4. Tr. 9. p. 1. c. 5. §. 3. n. 74.

Equidem propter hunc titulum Clericalem vel alium agnovit antiquitas, et primum saeculo XII. circa Caput istud mutari coepit Ecclesiae disciplina, necnon titulus Patrimonialis ex quodam dispensatione approbari, atque saeculo sequenti velut lex evasit, ib. n. 75. Item Titulus Patrimonialis est jus percipiendi fructus ex aliis, quam Ecclesia, bonis, quae obveniunt vel gratuita donatione, vel hereditaria successione. Ita necessarius est Titulus ad Ordines suscipiendos, ut, qui eo confectus Ordinantem deceperit, ipso jure ab Ordinum executione suspensus esset, ib. n. 76.

Tobias, cuius fuerit, To. 1. Tr. 1. p. 2. Sect. 1. c. 2. n. 278. Eius liber quid continet, ~~ibid.~~ Ab ipso et ejus filio Tobia juniori Chaldaeis exaratus factus; quamvis nonnulla ab inserto auctore ei addita videantur, ib. n. 279. et 280. Merito ab Ecclesia Catholica inter Canonicos et Divina auctoritatis Veteris Instrumenti libros recensetur, ib. n. 281. et seq. Solw. ob. ib. n. 286. et seq.

Tolerantia definitur permissio negativa rei prohibita, seu est legis adhaerentis infactio, quae videtur, nec tamen punitur aut arguitur.

Infanta legis tolerantia nonnunquam est necessaria, tum ut vitetur  
majus malum, tum ne Republica sive Politica sive Ecclesiastica  
pax turbetur: ubi vero desinit urgere necessitas, Leges feruntur, aut ii,  
qui ex officio urare debent, ut Leges seruentur, tolerantia uti licite  
non possunt, To. 3. Tr. 2. p. 2. c. 1. Sect. 5. §. 4. n. 256.

30  
297. Pp.

Tonsura Clericalis, quae Ecclesia initiandos preparat ad Ordines, est Ceremonia  
ab Ecclesia instituta, per quam Laicus baptizatus et Sacramento Con-  
firmationis consignatus, sacro ritu in Coram adhibetur, To. 4. Tr. 4. p. 1.  
c. 7. §. 1. n. 91. Non est Ordo, ib. n. 90. Quando hac sacra Tonsura

Clericalis Ceremonia, quae scilicet fit capillorum tonsio, qua corona di-  
citur, eo quod in orbem seu circulum ducatur, fuerit ab Ecclesia insti-  
tuta, incertum est, ib. n. 91. Cur autem Ecclesia voluerit

Clericos Tonsuram inferre, quae in sphaera modum desineret, varia sunt  
opiniones: censent aliqui id praescriptum fuisse in memoria Spi-  
ritus sancti, quae Christus redemptus est: alii censent esse figuram po-  
nitentiae; antiquitus enim poenitentibus solebant tonderi: volunt alii  
per eam designari Regiam quidem, sed spirituales dignitates, quae  
Clerici in Ecclesia potiuntur: alii dicunt esse Ceremoniam, qua  
Clericus docetur mundum remittere saeculari fastui, vanis mundi  
delitiis et voluptatibus, necnon inanis rerum flexa et labentis  
naturae acribus, ibid. n. 92.

Hac Ceremonia ab Ecclesia ad simi-  
litudinem Novitatus, qui in Ordinibus Regularibus et Monasticis  
pro illorum Ordinum candidatis instituitur, introducta fuisse vide-  
tur, p. ib. n. 93.

Topor Acedia filia, est languor animi, quo bonum vel omittitur, vel ne-  
gligenter fit. Est mortalis, si bonum sit graviter praecipitum, et  
semper valde periculosus est, disponitque ad mortale peccatum, si  
re ipsa mortalis non est, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 7. n. 324.

Traditio generativa et latifima sumpta est Doctrina quavis sive scripta  
sive non scripta ab uno alteri communicata, To. 1. Tr. 2. in palog. n. 1.  
Minus late et juxta communem loquendi modum sumpta, et prout  
tunc a sacra tum a profana abstrahit, est Doctrina non scripta sed  
viva voce per Majores ad posteros successivè tradita, ib. n. 2. Strictè  
vero atque Theologicè spectata et idcirco sacra nuncupata est fidei  
vel morum Doctrina non scripta, sed viva voce quasi de auri in au-  
rem successivè tradita, ib. n. 3. Hujusmodi sacra Traditio alia  
est divina, alia humana; et haec alia est Apostolica, alia Ecclē-  
siastica, et quae humana alia, ib. n. 4. et seq. Item alia est de  
fide, de moribus alia, ib. n. 12. et 13. alia est universalis, alia  
particularis, ib. n. 14. et 15. Item alia est libera, alia ne-  
cessaria, ib. n. 16. et 17. Denique alia perpetua, alia tem-  
poranea, ib. n. 18. et 19.

Præter scriptum Dei verbum datur etiam non scriptum seu tradi-  
tio divina, ib. c. 1. n. 20. et seq. Traditiones divinae habent  
eandem auctoritatem ac Scriptura divina, ib. n. 25. et seq. Sunt ne-  
cessariae ad fidem stabilendam, ib. n. 30. et seq. Soli. ob. ib. n. 35. et  
seq. Unde humana Traditio à divina licet non possit, ib. c. 2. n. 70. et seq.  
Unde cognosci possit Traditionem aliquam esse divinam, ib. c. 3. n. 74.  
et seq. Unde speciatim varias, quas recensimus, Traditiones

306

à se invicem secerantur, ib. c. 4. n. 80. et seq. Solv. Ob. ib. n. 86. et seq.

Traditio, de qua Jura agunt est valuti conditio à Jure requisita, ut si tituli acquiratur Dominium: Duplex est, Realis, quæ res ipsa datur in manus; et facta seu Civilis, quæ fit per instrumentum, ut per traditionem clavium aut similem aliam actionem Legè vel consuetudine institutam, To. 3. Tr. 5. c. 2. sect. i. n. 55. | vid. Dominium.

Traditores Sacrorum Librorum, qui sint, To. 1. Tr. 3. c. 3. §. 2. n. 248.

Trajanus Imperator. An ipsius anima precibus S. Gregorii Magni liberata fuerit ab infernò, To. 3. Tr. 4. c. 2. §. 7. n. 96. et seq.

Transactio est pactio inter duos vel plures utroque onerosa de re dubia, et lite incerta live mota live movenda. Ad ejus justitiam requiritur 1. ut res, super quâ transigitur, sit dubia saltem probabili continuatione utriusque partis; 2. ut conventio sit cum aliquo onere utriusque partis, alioqui esset donatio, non transactio; 3. ut per eam lis componatur vel dirimatur; nam ad hoc est instituta. Ubi semel facta est, non datur locus restitutioni, nisi laesio sit enormis ita, ut dolus prevalere queat, To. 3. Tr. 5. c. 9. sect. 2. §. 9. n. 414.

Transubstantiatio | vid. Eucharistia.

Trithemius | Joannes. Quis, ejus Scripta, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 97.

Trinitas. Mysterium SS. Trinitatis est omnium Christiana Religionis mysteriorum sublimissimum et difficilissimum, To. 2. Tr. 1. p. 2. n. 381.

In eo positum est, quod una divina essentia in tribus personis realiter à se invicem distinctis subsistat, live consistit in tribus personis, quæ hinc unus Deus propter identitatem naturæ divinæ, ib. c. 1. n. 302.

Varii errores et hæreses circa Trinitatem personarum in divinis recensentur, ib. §. 1. n. 303. et seq.

Tres sunt in Deo personæ realiter distinctæ in unâ eadèmq. numero divinâ substantiâ seu naturâ, ib. n. 302. Solv. Ob. ib. n. 308. et seq.

Filius est verè Deus, ib. §. 2. n. 324. Solv. Ob. ib. n. 326. et seq.

Spiritus Sanctus est verè Deus Pater et Filius consubstantialis, ib. n. 325. Solv. Ob. ib. n. 354. et seq.

Mysterium SS. Trinitatis totâ ratione due cognosci aut demonstrari non potest, suppositâ etiâ fide illius, ib. §. 3. n. 369. Bene autem | suppositâ subiet fide illius: exemplis et similitudinibus, utrunque suaderi potest, ib. n. 370. Solv. Ob. ib. n. 371. et seq. | vid. Professiones, Relationes, Personæ Divinæ.

Prima SS. Trinitatis persona variis nominibus designatur: 1. dicitur Pater, quod nomen duplici sensu de Deo intelligitur, essentialiter nempe, et notionaliter; priori modo est commune tribus personis respectu creaturarum; posteriori autem prima persona dicitur Pater respectu Filii, ib. c. 97. §. 1. n. 437. 2. Ingenitus, Innasibilis, seu non natus, quia Pater à nullo est, principium sine principio, ib. n. 438. 3. Principium Filii et Spiritus Sancti, non quidem creationis sed originis et processionis, p. ib. n. 439.

Secunda SS. Trinitatis persona dicitur 1. Filius, quia ex propriâ substantiâ Patris ab æternò est genitus; 2. Verbum, id est, terminus cognitionis Patris, seu formalis representatio objectorum, quæ à Deo cognoscuntur: hinc propria, 3. Patris Sapientia, 4. Doctrina, 5. Latus, 6. Sermo dicitur; 7. Imago Patris; 8. Splendor gloria et figura Substantiæ ejus, ib. §. 1. n. 440. Communis Theologorum sententia est, quod Verbum à Patre procedat per cognitionem sua essentia et

essentiarum possibilium, ib. n. 441.  
Pluribus nominibus tria persona SS: Trinitatis in Scripturis designatur; 1<sup>o</sup> dicitur proprie Spiritus Sanctus, non tantum eo sensu, quod sit immaterialis, utrumque etiam sunt Pater et Filius, sed ex speciali quadam causa; quia scilicet, cum sit terminus amoris mutui Patris et Filii, atque amoris proprium sit impelli, moveri, et inclinari in rem amatum, impulsus ille subsistens est ac personalis in Deo Spiritus: additur per quamdam appropriationem Sanctus; quia Sanctitas Spiritui Sancto accommodatur, sicut potentia Patri, et Sapientia Filio, ib. 5.3. n. 442. 2<sup>o</sup> Amor, et quidem secundum personalem et notionalem proprietatem, ib. n. 443. 3<sup>o</sup> Donum; 4<sup>o</sup> Carissimus, id est, Consolator, ib. n. 444. et 445.

Spiritum Sanctum a Patre procedere Sedi Macedoniani et Ariani negant, ib. n. 446. At aetiam aequè a Filio procedat, distinctione et arior Latinos inter et Graecos exarsit controversia, negantibus Graecis, Latinis verò affirmantibus, ib. n. 447. et seq. Saepè graeci Latinorum sententiam amplecti sunt, saepè rejecerunt, ib. n. 450. et 451. Duo tempore particula Gilioque Symbolo (C<sup>o</sup>no) adjecta fuerit satis incertum est, ib. n. 452. Spiritus Sanctus etiam ex Filio procedit, ib. n. 453. Solo. Ob. ib. n. 454. et seq.

Castigandi sunt Theologi Patavi, Remonstrantes dicti, quod negent mysterium SS: Trinitatis esse fundamentalem fidei Christianae articulum, ib. n. 462.

Tumor mentis est astus quidam exuberantis animi, et enogitantis, diversis vindicta vias. Mortalis vel venialis est pro qualitate vindicta enogitata et enogitata, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. 5. n. 317.

U.

Vacatio Beneficii | Vid. Beneficium |

Vanagloria | Vid. Gloria vana |

Vasa. Varia in Scriptura S. memorantur, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 8. n. 132.

Ubiquitas est ubique praesentia; cum Christo convenire secundum hanc humanam naturam tuerentur Lutherani, negant Catholici, To. 2. Tr. 3. c. 5. 5. n. 254. et seq. | Vid. Idiomata |

Vena auri et argenti jura naturali et gentium, atriensi in alieno agro reperiantur, sunt inventoris: jura tamen civili in variis locis in fundo priorum reperta sunt partim Principis, partim inventoris. Possunt autem Principes ob hoc commune sibi jus hac metalla efficiendi vindicare, et concedere privatis jus ea impediendi ubilibet, etiam in agris alienis, et contra sine applicandi ad sustinenda onera Reipublicae compensatio solo dantur, quod loro infertur: haecque de omnibus metallis sunt intelligenda, To. 3. Tr. 5. c. 2. 5. 3. n. 122.

Venatio. Peccant, qui venantur, quando venatio prohibita est propter utilitatem, To. 3. Tr. 5. c. 2. 5. 3. n. 102. ut et qui in alterius fundo muris aut sepe circumcluso venantur, ib. n. 103. Item qui invito Domino venationis jus habente in ejus loco non circumcluso venatur, non tamen tenetur ad ferarum captarum restitutionem, ib. n. 104. Fera ab uno vulnerata et ab alio capta est ejus, qui eam vulneravit; laqueo capta est ejus, qui laqueum intravit, ib. n. 105.

Venatio, quae fit cum scopulis canum, arborum, et vocum Ceris et Monachis est interdicta, ib. n. 106. et seq. Sub mortali, ib. n. 120.

300

Venatis quacunque prohibetur diebus, jejuniorum, et festis, ib. n. 131.  
Venditio et Emptio. Inter omnes contractuum species non occurrit celebrior et frequentior unquam, quam Venditio et Emptio. Venditio definitur potest factio meris pro pretio. auctoritatis et utraque, venditio scilicet et Emptio, simul sunt definitur Contractus, in quo duo vel plures de merce pro pretio determinato, et de pretio pro merce determinata conveniunt. Nomine rei aut meris intelliguntur omnes res mobiles, immobiles, jura, actiones, et quicquid pecunia aestimari et compensari potest: nomine pretii intelligitur minima Principis, seu pecunia. Contractus debet esse determinatum, ut et merce, scilicet non stat contractus, To. 3. Tr. 5. c. 3. Sect. 2. §. 1. n. 243.

Venditio et Emptio realiter sunt unus contractus mutuus, qui absque rei aut pretii traditione perficitur solo partium consensu exteriori significato; attamen sine traditione non habet ultimum suum complementum, nec transfertur dominium, nec propterea tamen licet uni contractentium altero invito ante traditionem à conventionem discedere, ib. n. 244.

Qui omnes vendere et emere possunt, qui contrahere valent, de quibus vid. Contractus. ib. n. 245.

Nemo potest privata auctoritate cogi ad rem suam vendendam; potest tamen cogi auctoritate publica ob publicam necessitatem vel utilitatem, ib. n. 246.

Omnia vendi possunt quorum quis dominium et liberam administrationem habet, et quae pretio aestimari possunt: excipiuntur res spirituales et spiritualibus annexae, item res per se male; imò etiam indifferentes, quibus ex toto male usus veris milititer venditor credit, ib. n. 247.

Venditio multipliciter dividitur 1<sup>o</sup> ratione rei alia est rei mobilis, alia rei immobilis, alia rei se moventis: 2<sup>o</sup> ratione modi, quo perficiuntur contractus, alia est absoluta, alia conditionalis, alia cum pacto retrovendendi vel redimendi, additionis ad diem, legis commissoria, p. 3<sup>o</sup> ex parte loci et modi, quo ad executionem sequitur, alia est, quae fit sub hasta voce praecoris, alia, quae palam non fit, alia, quae fit vel meribus minutim, vel in annulo venditis: 4<sup>o</sup> ex parte finis, vel enim res emitur, ut revendatur sive per artem et industriam mutata, sive nullatenus mutata, et est Negotiatio; vel non fit ob hunc finem, et est communis venditio: 5<sup>o</sup> ratione pretii in eam, quae fit credito, et eam, quae fit numerata pecunia in presenti, ac denique in eam, quae fit anticipata solutione: 6<sup>o</sup> ratione persona in eam, quam venditor per se exequitur, et eam, quam facit per alios, ut per proxenos seu factores: 7<sup>o</sup> in eam, quae fit tantò ad mutuum venditoris pretio, et dicitur Monopolium, et quae fit sine hujusmodi conventionem, ib. n. 279.

Venditio cum pacto de retrovendendo est contractus, quo res aliqua venditur eo pacto et conditione, ut, cum venditori placeant, debeat eam hanc illi revendere, ib. n. 280. facta in favorem solius venditoris licita est, modo sequentes adsint conditiones, scilicet: ut contractentes veram habeant intentionem vendendi et emendi; ut rei vendita dominium pertineat ad emptoram; ut servetur identitas rei vendita in retrovendendo; ut non vendatur pretio nimis levi sed justo et sufficienti, minori tamen quam res valeat per se; ut non addatur pactum, quo res minoris revendatur, cum possit plus vale-

re cum revendatur, quam cum empta est, ib. n. 281.

Venditio cum pacto de redimendo est contractus, quo res aliqua venditur cum pacto et conditione, ut cum emptori placuerit, debeat venditor eam ab emptore redimere, ib. n. 280. Si fiat in favorem solius emptoris illicita est, nisi percepti fructus rei vendita in partem pretii computentur, et à solte abducantur, ib. n. 282.

Venditio cum pacto retrovendendi in favorem utriusque partis mali habet, ut permitti non debeat, præsertim cum facilius sit emptori rem reddere perceptis ejus fructibus, quam venditori reddere pecuniam: solent enim qui bona sua vendunt sic, vel sic vendere simulant, in magnis esse angustius, ib. n. 283.

Venditio cum pacto legis commissoriam est ea, quæ vendens eâ lege aliquid vendit, ut nisi emptor intra certum tempus pretium ejus solvat, res sit inventa et contractus irritus: licetus aut contractus iste, ib. n. 287.

Venditio cum pacto additionis additum est ea, quæ aliquid venditur eâ conditione, ut si alius intra tempus definitum meliorem offerat conditionem, sive aliquid pretii addendo sive solvendo tempore et loco opportunior sive aliter, res maneat inventa: licita est, modo ab sit fraus et dolus, puta si venditorem peniteret contractus, et fictum emptorem induceret, qui majus pretium offerre simularet, ib. n. 288.

Venditio rei creditæ si justo plus, id est ultra summum pretium fiat, illicita est, ut et ea, quæ fit anticipatâ solutione, si res vendita infra pretium infimum ematur, ib. n. 292.

Sedens hæc capente vel damnus emergente non licet vendita et chirographa liquida et leura minoris emere quam contineant, ib. n. 293.

Non licet census jam constitutos nulli periculo expositos emere infra pretium hujus vigente taxatum: quod si lex sit per consuetudinem legitimè præscriptam abrogata vel revocata ex consensu saltam tauto Principis, ita ut census constitutus habeat pretium vulgare, potest infimo pretio emi census, qui summus venditus fuit, ib. n. 294.

Si hujusmodi vendita, p. sint litigiosa, vel si eorum solutio sit incerta, aut cum difficultate et molestis exigenda, tunc licite emuntur minoris quam contineant, ib. n. 295. | Vid. Bozaneta, seu factor, Archa, Monopolium, Mercatura seu Negociatio, Mohatra, Retractus gentilitius.

Venditor fructus et utilitates rei vendita percipere non potest, si rem emptori tradiderit pretio promisso, quamvis nondum solutio, To. 3. Tr. 9. c. 3. Sect. 2. §. 1. n. 259.

Obligaciones venditoris sunt, ut rei vendita dominium tradat prout conventum est: ut quamdiu eam servat, quasi suam servet: ut rescindat venditionem vi, metu, aut dolo factam, aut emptoris damnus debito modo compenset: ut emptorem de occultis defectibus rei admoneat: ut emptoris lege teneatur, ib. n. 265.

Si res eadem duobus emptoribus successivè vendita neutri autem tradita fuerit, debetur priori emptori; si vero tradita sit secundo emptori, hujus est, priori autem competit solium actio in venditorem: exiptione nisi res vendita sit vel donata civitatibus aut Ecclesiis, vel locis piis, aut ad pios causas, potest tamen prior emptor rem evincere à posteriori, si hæc mala fide erunt; imò posterior tenetur rem spontè priori tradere recepto pretio, si impulerit venditorem ad sibi iterum vendendum, sciens rem jam venditam esse alteri; quod idem procedit in aliis contractibus, v. g. in

309

310

locatione, ib. n. 266.

Si emptor querat an res careat vitio, venditor tenetur ea justitia aperire rei vitia, praesertim occulta, ib. n. 267. Si res putatur noxia vel inutilis ad usum ad quem petitur, venditor, etiam non rogatus, tenetur ejus vitium aperire, ib. n. 268. Idem dicendum, si rem vitiosam vendas emptori revenditoro, ib. n. 269. Venditor ignarus vitii sua meritis, et aequalitatem restituendo pretii exceptum: non tenetur tamen compensare alia damna inde secuta, modo absit culpa lata et levis, ib. n. 270.

Quarevis, dum vitium rei est manifestum, censetur notum emptori, si tamen venditor licet emptorem illud non animadvertat, et esse periculosum, tenetur ei declarare, etsi non rogatus: Idem dicendum, si vitium adversatur intentioni, quam actu habet emptor in emendo, quamvis ex injuria illud non advertat, ib. n. 271.

Si vitium non reddat rem noxiam, nec periculosam, nec notabiliter minus utilem, quam emptor rationabiliter exoptat, nec venditor interrogatur de vitio, is non tenetur aperire vitium etiam occultum, modo minuat pretium pro ratione vitii: Si tamen venditor probabiliter judicet emptorem rem istam esse revenditorum tanto pretio, quanto si defectu et vitio careat, tenetur ei aperire defectum, saltem post initium contractum; imò ad id omnino tenetur, si emptor non aliter consentiat in contractum, nisi posita conditione, quod res careat tali vitio licet non noxio, p. ib. n. 272.

Venditor non tenetur de evictione, nisi cum rem, quam vendidit, cognovit esse alienam; quia quod sine culpa factum est, in damnum vocari non debet: unde tunc tantum tenetur consentire in restitutionem contractus et pretium restituere, ib. n. 274.

Si res vendita sit in eodem statu, cum evincitur, ac cum vendita fuit, sufficit, ut venditor restituat et solvat pretium acceptum, impenas contractus, quod ad rem obtinendam solvendum fuit, ut jura censuaria, ib. n. 277.

Si rei valor imminutus sit vel ab extrinsecis; quia minoris nunc venduntur res ejusdem naturae, quam tempore contractus, vel ab intrinsecis, puta, quia ex mille jugeribus traditis ducenta flumen abstulit, venditor non tenetur nisi valorem presentem restituere, ib. n. 277.

Multi sunt casus, in quibus venditor de evictione non tenetur, ut si emptor non ei denuntiat notam esse litem super re illa, ut videat an eam defendere velit: item si exceptum fuerit in contractu, ut venditor bonae fidei de evictione non tenetur, aut si venditore absente emptor non appellaverit, p. ib. n. 278.

Venditum seu res vendita. Si quod venditum est percat post traditionem illius, fide de pretio data, perit emptori; etiam si pretium nondum solverit, To. 3. To. 9. C. 3. Sect. 2. §. 1. n. 260. Si ante traditionem percat, sitque res determinata ac certa, similiter perit emptori, ib. n. 261.

Si res sit indeterminata quoad individuum, seu, ut ajunt Jurisperiti, speciem, vel si res sit determinata quoad numerum vel mensuram tantum, ante traditionem, aut numerationem, aut mensurationem, res perit venditori: Si tamen constitutus fuerit terminus, in quo res numeranda vel mensuranda esset, et emptor monitus in mora sit, periculum rei deinceps erit emptoris, ib. n. 262.

Cum ex duabus rebus una disjunctiva venditur, v.g. ex duobus agris unus, non determinando utram, si amba percant post traditionem absolutam factam, emptor tenetur solvere pretium pro hisque, licet nihil receperit: Si vero alterutra dumtaxat percat, perit venditori, qui tenetur alteram tradere, ib. n. 263.

Verbum seu filius Dei est verus Deus, To. 2. Tr. 1. p. 2. c. 1. §. 2. n. 324. Solv.

Ob. ib. n. 326. et seq.

311  
Contra Verbi Divini seu Christi veram humanitatem magnam furois infamia debachati sunt veteres Theologi, To. 2. Tr. 3. c. 5. §. 2. n. 146. contra quos stat Christiana sententia, scilicet Verbum Divinum veram nobis que consubstantialiam naturam humanam, corpus nempe humanum et animam rationalem assumisse, quibus ~~non~~ scilicet ipsa constat, ib. n. 147. Verbum igitur Divinum veram animam et mentem humanam sibi assumit, ut et verum corpus humanum una cum omnibus huius partibus, etiam sanguine, illudque hypostaticè sibi uniat, ib. n. 148. 149. et 153.

Retunditur error Obere multorum Lutheravorum, qui, ducè Origeno, fingunt Christum effusum in passione sua sanguinem resurgendo non reassumisse, nec secum in coelum detulisse, sed eum ibidem esse essanguem, ib. n. 154. et 156. Solv. ob. ib. n. 156. et seq.

Verbum sic assumit naturam humanam, ut Divinitas, corpus, et anima humana in unam personam coalescant, ib. §. 5. n. 19. Solv.

Ob. ib. n. 191. et seq.

Quomodo natura humana in Verbo subsistat clare et citè à nemine exponi potest, ut arbitramur, cum sit fidei mysterium humana natura et rationi prorsus imperium; putant tamen aliqui, istud mysterium utrumque exponi et declarari posse exemplo unionis anime cum corpore, ib. §. 8. n. 231. Magis consentaneum et congruum fuit Verbum incarnari, quam Patrem et Spiritum Sanctum, ib. n. 244. Impossibile fuit, ut Verbum Divinum humanitatem per se subsistentem assumeret, ib. n. 245. potuit tamen Angelicam naturam assumere, ex conjecturis tamen definitur quodammodo potest, cur potius humanam assumeret, ib. n. 247.

Nullo temporis instanti prius assumpsit animam humanam quam corpus, ib. n. 248. attamen mediante anima illud assumpsit, adeoque prioritate natura aut quasi natura duntaxat ab ipso assumpta est anima quam caro, ib. n. 249. | Vid. Trinitas, Christus. |

Veritas, sive, ut alii loquuntur, veracitas est virtus, quæ dicitur operari, nequid à nobis aliter enuntietur, quam sit, vel fuerit, vel futurum sit; seu breviter, est virtus, quæ inclinatur ad semper loquendum conformiter menti nostræ: ei opponitur mendacium, quod est loquens contra mentem | Vid. Mendacium. |

Versiones S. Scripturae, sunt penè innumerae Versiones Veteris Testamenti, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 7. n. 94.

Versio Chaldaica, ib. n. 96. Versio Syriaca, ib. n. 97. Variæ græcæ versiones, ib. n. 98.

Inter illas præeminet illa, quæ sub nomine Septuaginta Interpretum circumfertur, ib. n. 99.

Ilius historiam, quæ in libello aliquo qui Aristocæ cuiusdam nomen præfert, multi eruditi fabulose autumant, et erit, ib. n. 100. Apud Antiquos Patres maximè fuit in pretio, ib. n. 101. | Vid. Aquila, Hesychius, Lucianus, Symmachus, Theodotion. |

Versiones Latine S. Scripturae olim et primis Ecclesie temporibus fuerunt innumerae: prima, quæ prodit, quantum ad Vetus Testamentum ex græcâ Septuaginta Interpretum versione adornata fuit, atque Italica dicta est, vel quod in Italia, vel pro Italis primum confecta fuerit, ib. n. 110. et 111.



Novum Testamentum S. Hieronymus à graeco in latinum transtulit, vel  
 saltem emendavit, ib. n. 111. atque etiam eos Veteris Testamenti libros  
 Hebraeos sermone aegyptiorum auctoribus scriptos latine reddidit, intactos re-  
 linquens illos, quos graeco Dunitaxat sermone scriptos invenit, ib. n. 112. et  
 113. Ea, quae Vulgata nuncupatur latina tum Veteris tum Novi Tes-  
 tamenti versio, ex Veteri Italica et S. Hieronymi versione confecta est;  
 eam latò Decreto Concilium Tridentinum Authenticam declaravit, id  
 quae iure et merito, ib. n. 114. et seq.

vestes Sacerdotis vim ad Missam celebrandam accedit, To. 4. Tr. 4. c. 5. §. 1. n. 488. et seq.

Vicarius generalis is dicitur, qui Episcopi vices gerit, ejus auctoritate et potesta-  
 te instructus. Vicarius generalis non nisi voluntariam seu gratiosam  
 jurisdictionem exercere potest, ea, quae contentiosa est, nisi Officiali  
 reservata.

Mandatum Vicarii generalis variis modis expirat; id per revocationem  
 mandantis Episcopi; 2<sup>o</sup> morte naturali, aut civili mandantis, Deposi-  
 tione aut Resignatione ejusdem; eodem jure Episcopo suspensio vel ex-  
 communicatio facultas Vicarii suspenditur. 3<sup>o</sup> morte naturali,  
 vel civili ipsius Vicarii, vel renuntiatione ejusdem.

Mandatum Vicarii ad Beneficia debet esse generale, non speciale, ne  
 votum detur captanda mortis: si qua autem restrictiones fiant in  
 mandato, exprimentia sunt; occulta quippe limitationes, seu in man-  
 dato non expressa, non valent, nec mandato derogant, ne fides  
 mandati, quod habetur, in errorem inducat, To. 4. Tr. 4. p. 1. c. 7. §. 2.  
 n. 118.

Vincentius Lyrinensis, Liris; ejus Opera, To. 1. Tr. 4. c. 1. §. 2. n. 67.

Vindicta seu redditio mali pro malo privata auctoritate facto semper est  
 illicita, To. 3. Tr. 3. p. 3. c. 4. §. 4. n. 300.

Violentia, sibi avaritia, est, quae res aliena per vim injustam usurpatur.  
 Est ex genere hujus mortalis contra justitiam, To. 3. Tr. 6. p. 3. c. 1. §. 2. n.  
 267. q. Vid. Vis: |

Virtus, quid generatim sit, et quomodo definiatur, To. 3. Tr. 3. proem. n. 1. et  
 2. Virtutes aliae sunt intellectus; aliae voluntatis; aliae Theo-  
 logicae, p. n. 3. Virtus est habitus secundum rectam rationem  
 electivus, To. 3. Tr. 1. c. 2. n. 82.

Virtus moralis generatim definiuntur Mentis institutum et vigor quoad  
 ea, quae bona esse credimus, facienda ferimus. Circa actus huma-  
 nos ut honestos, id est, circa actus naturae rationali et legi divinae con-  
 sultantes, qui morum nomine veniunt, immediata versantur vir-  
 tutes morales: illarum objectum materiale sunt actus humani et ho-  
 nesti et boni; formale vero est ipsa honestas in illis actibus cluens,  
 To. 3. Tr. 5. proem. n. 1. Inter virtutes morales, postea Religionem

quatuor principem bonum obtinent, à quibus aliae dimanant, vel  
 quibus sunt annexa; unde Cardinales dicuntur, nimirum Pruden-  
 tia, Fortitudo, Temperantia, et Justitia, ib. n. 2. De virtuti-  
 bus moralibus, quae Cardinalium comites, seu eis annexa dicuntur,  
 vid. Ethic. c. 2.

Vis, Violentia seu Coactio, est motus, cujus principium est ab extrinseco  
 in contrarium veniente passivo. Duplex est absoluta sibi est, cum nem-  
 pe quis resistit, quantum potest; et secundum quid, cum quis resistit  
 quidem, sed minus efficaciter quam posset, To. 3. Tr. 1. c. 1. §. 1. n. 17.

Nulla vis seu violentia facere potest, ut actus à voluntate abiciatur  
 involuntariè, ib. n. 22. Vis seu violentia absoluta tollit volunta-  
 rium, insufficientis vero seu quae secundum quid est illud minuit tantum, ib.

n. 23. Solv. Ob. ib. n. 31. et seq.

Visibilitas Ecclesiae. Per visibilitatem Ecclesiae non intelligitur illa Ecclesia pars, quae interior nuncupatur, quaeque soli Sancti constituent, qui vere in Christum fidei, et sincerae charitatis vinculo inter se colligantur; secundum hanc partem enim, quae anima Ecclesiae nuncupatur, tota est invisibilis: Sed illam spectamus secundum exteriorem partem suam, id est, secundum corpus ipsius, et prout est Societas eorum, qui publicè ejusdem fidei professione eorundem Sacramentorum et Pastorum communione conjuncti sunt, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 6. n. 170.

Visibilitas, quae vera Christi Ecclesia propria est et singularis, convenit Societati Catholicorum, non vero Protestantium seu Aetholicorum, ib. n. 174. Solv. Ob. ib. n. 176. et seq.

Visio Dei. Visio beatifica hominum non differt specie à visione beatifica Angelorum, To. 2. Tr. 1. p. 1. c. 4. §. 6. n. 140. Inaequalitas visionis beatificae oritur tanquam à causa physica totali et adaequata ab inaequali lumine gloria, ib. n. 141. Vid. Cognitio Dei, Deus, Beati, Beatitudo, Anima Justorum.

Ulna est genus mensurae tantam longitudinem capientis, quantum complectuntur duo brachia utroque extensa: varia tamen apud varias nationes est ulna, To. 1. Tr. 1. p. 1. c. 2. n. 154.

Unctio extrema. Sacramentum Extremae Unctionis communi et trita appellatione sic dicitur, quia infirmis in exitu seu in extremo vita periculo constitutis solet administrari, unde etiam Sacramentum lacrimarum dicitur; et etiam quia, cum multa in Ecclesia unctioes sint in usu, haec ordine est extrema. Dicitur à graui Oleum sanctum, quia precibus et Ecclesiae benedictione salutem effectum est, et homines unctioe reddit sanctos: prout etiam apud ipsos dicitur Oleum cum oratione, eo quod oratio hujus olei unctioem semper comitatur. Dicitur etiam à subjecto, cui ministratur, Unctio infirmorum. Item poenitentia et totius Christiana vita, quae perpetua poenitentia esse debet, consummativum Sacramentum, To. 4. Tr. 6. prooem. n. 2. Definiri potest Sacramentum Unctionis infirmorum à Christo Domino institutum ad sanitatem mentis et corporis precibus Sacerdotum obtinendam per infusionem gratiae sanctificantis et sanationem morborum, ubi animarum saluti impedit, ib. n. 3.

Lutherus et Calvinus primum aperte negarunt Extremam Unctionem esse Sacramentum proprie dicitur, ib. c. 1. n. 4. falsumque est Waldenses saeculo XII. aut Wiclefium saeculo XIV. et post ipsum saeculo XV. Joannem Hus eam ex albo Sacramentorum expunxisse, ib. n. 5. et seq. Est verum ac proprie dicitur Sacramentum Nova Legis à Christo institutum, et à S. Jacobo Fidelibus commendatum ac promulgatum, ib. n. 8. et seq. Solv. Ob. ib. n. 12. et seq.

Materia remota extremae unctiois, prout in aliis Sacramentis, duplex est, remota nempe et proxima: prior est oleum simplex ea oleis expuratum, et ab Episcopo benedictum, ib. c. 2. §. 1. n. 22. et seq. Materia ejus proxima est unctio facta à Sacerdote, ib. n. 30.

Ad veritatem et validitatem Sacramenti sufficit unica unctio; ex præcepto tamen Ecclesiae multiplex est adhibenda; ib. n. 31.

Forma est oratio, quam Minister fundit dum infirmum ungit, quae, quibus verbis constare debeat, Christus non determinavit, sed determinandum Ecclesiae reliquit, ib. n. 32. Controversant Theologi, an forma hujus Sacramenti essentialiter sit deprecatoria, an vero etiam

313

Princ. 79.  
pag. 305.

B14

possit esse indicativa, *ib. n. 34. et 35.* Nos dicimus Deprecatoriam esse conveni-  
entem et retinendam, *ib. n. 36.*

Christus Dominus est Auctor Sacramenti hujus, ut jam supra dictum est, *ib. n. 37.* Communis et probabilior est sententia hoc Sacramentum immédia-  
ta a Christo fuisse institutum, *ib. n. 38.* Communis item et probabilissi-  
ma est Doctorum sententia eundem aliq[ui]s fuisse institutum post suam  
a mortuis resurrectionem tunc, cum Apostolis concessit ligandi atque sol-  
vendi potestatem, *ib. n. 39.*

Soli Sacerdotes cujuscunque Ordinis sunt jura divinis Ministeri extrema-  
untionis; nullatenus vero Laici, *ib. S. 3. n. 41. et 42.* Sols. *ib. n. 43. et 44.*  
Valet Extrema unctio Sacramentum, licet ab uno tantum Presbytero  
sive Sacerdote collatur, *ib. n. 45.* Sols. *ib. n. 47. et 48.* Sols. pro-  
prius Sacerdos, vel de ejus licentia alius licet illud administrare possit,  
*ib. n. 49.*

Apud Graecos quivis fidelis poenitens sive sanus sit, sive infirmus et subje-  
ctum hujus Sacramenti. Calumnias Graecorum Schismaticorum, item  
Lutheri et Calvinii adversus Ecclesiam Latinam, quasi solis agonizantibus  
et moribundis illud administraret, *ib. c. 3. n. 49.* In mente inter Ecle-  
sia Latina iis solis impetenda est Extrema unctio, qui sunt in gravi mor-  
tis periculo orto ex aliquo morbo seu aliqua corporis infirmitate, nec ca-  
pectanda est extrema vita periculosus, *ib. n. 50. et 51.* Non omnibus

tamen periculose deumbentibus exhibenda est: non iis, qui in ipso actu  
crimini sensibus sunt destituti; nec iis, qui levi aliqua infirmitate labo-  
rant, ea quae mors probabiliter timeri non possit; nec iis, qui cum sano  
sunt corpore, vel probabile vel certum vita periculum evadunt; nec in-  
fantibus baptizatis, in quibus nullum est peccatum; nec iis, quibus lu-  
men rationis nunquam adfuit, *ib. n. 54.* Adhibenda est tamen amen-  
tibus, furiosis, et arreptitiis, si dum sana erant mente, signa sine-  
ra ad Deum conversionis ostenderit, p. itam adultis quibuscumque  
periculose deumbentibus, sive pie, sive male vixerint, modo poeniten-  
tas praesumi possint, etiamsi sensibus sunt destituti; necnon senibus, qui pe-  
santibus senectute, quamvis nulla urgente infirmitate, indies morituri  
videntur, *ib. n. 55.*

Apud Graecos Extrema unctio Eucharistia praemitti solet; in Ecclesia Latina  
vero prius uncti fuerunt quidem infirmi, quam sano Viatico reficerentur,  
modo autem id relinquatur prudenti Sacerdoti seu Ministri arbitrio; qui  
tamen sic postulanti infirmo prius Extremam unctionem, quam Viaticum  
dare debet; quod si morbi vis urgeat, prius danda est Eucharistia, *ib. n. 56.*

Graeci, qui non modo infirmos sed etiam sanos laepius inungunt, nec-  
quam reprehensi ab Ecclesia Latina inveniuntur, *ib. n. 57.* vultque  
Gouarsius contra Aroudium hanc unctionem, quam Graeci sanis laepius  
administrant, esse veram ceremoniam non Sacramentum nostrum, *ib.*  
*n. 58.*

Extrema unctio remittit peccata, *ib. c. 4. S. 4. n. 61.* adeoque primarius effectus,  
ad quem directe institutum est hoc Sacramentum, est gratia sanctificans  
in ordine ad fines aliquos et effectus proprios hujus Sacramenti, nempe re-  
missionem peccatorum, absterisionem reliquiarum peccati, alleviationem  
seu levamen infirmi contra tardum et gravedum animae, mororem  
et anxietatem, p. Secundarius vero sanitatis corporis restitutio;

negre tamen dici debet Sacramentum mortuorum, nisi secundario, seu  
dum quid, et cum addito restringente ad certos casus, in quibus duntaxat  
mortalia peccata remittit, *ib. n. 62.* Sanitatem corporis intantum resti-  
tuit, ubi saluet anima saluti expedierit, *ib. n. 64.* Sols. *ib. n. 65. et 66.*

Sacramentum istud non est absolute et necessitate mediae per se neces-  
sarium, bene autem per accidens, *ib. S. 2. n. 68.* est vero necessarium neces-  
sitate tum precepti divini tum Ecclesiasticae fidelibus gravi et periculo-

108

1<sup>o</sup> morbo decumbentibus, ib. n. 69. et seq. Quanta est obligatio fide-  
lium suscipiendi Extremam unctionem, cum gravi aliquo et periculoso  
morbo decumbunt; tanta est quoque Pastorum eam, aliam cum vita pe-  
riculo, conferendi, ib. n. 72. Olim in eadem infirmitate eodem-  
que statu positus per septem dies repetebatur Extrema unctio; sed jam  
a multis Saeculis obtinuit usus, ut nominis solum homini in eadem infir-  
mitate eodemque statu constituto administraretur, ib. n. 73.

In suscipienda hanc Sacram unctionem requiritur 1<sup>o</sup> praevia poenitentia  
et absolutio sacramentalis; 2<sup>o</sup> Si quis aliquis peccati mortalis sibi consci-  
us est, quod non potest confiteri, debet de illo dolorem et contritionem  
habere cum voto seu desiderio illud confitendi, ubi fuerit facultas; 3<sup>o</sup>  
actualis devotio, qua processerit, nec fuerit revocata, priusquam in-  
firmus ille leni et ratione fuerit destitutus, ib. n. 74.

Unio hypostatica. Unio generatim est nexus extremorum, quae in eo, in  
quo ununtur, sunt unum: Unio ergo hypostatica seu persona-  
lis in Christo est nexus utriusque naturae, divinae et humanae, in  
una Verbi persona, quae propriae sunt unius Christi. Unanimes qui-  
dem consensus Orthodoxorum omnes docent naturam humanam unione  
intima reali, physica et hypostatica cum Verbo conjungi; et Schola  
Doctores inter se se dissentiant in assignanda huius unionis natura,  
qua certe tota in obscuris et reconditis mysterio posita est, nec  
facile potest explicari. Ceteris clarior et faustior videtur sen-  
tentia, qua dicitur Unio nihil esse extremis unitis superadditum,  
atque idem, quod natura humana se ipsa, absque ulla qualitate,  
aut modo conjungatur Verbo divino in unitatem personae, To. 2. Tr. 3.  
c. 5. §. 8. n. 230. An Unio hypostatica sit quid creatum aut in-  
creatum, ib. 232. An sit in Christo naturalis et substantialis, ib. n.  
233. An facta sit in natura vel in persona, ib. n. 234. Utrum  
sit omnium unionum maxima, ib. n. 235. Utrum sit perpetua,  
constans, et indissolubilis, ib. n. 236. et proinde an etiam in tri-  
dino mortis Christi Verbum divinum neque a corpore neque ab ani-  
ma receperit, ib. n. 237. et etiam neque a sanguine tempore passio-  
nis a Christo effuso, et a corpore sejuncto, ib. n. 238 et seq. | U. D. Chris-  
tus, Verbum: |

Unitas Ecclesiae est consensus seu conjunctio fidei tanquam membro-  
rum inter se et cum Capite, To. 1. Tr. 3. c. 2. §. 1. n. 76.

Vocatio ad sacros Ordines seu Ecclesiae ministerium duplici modo spectari  
potest, 1<sup>o</sup> in intentione et decretis divinis, 2<sup>o</sup> in executione et effec-  
tibus, To. 4. Tr. 7. p. 3. c. 1. §. 1. n. 280. | U. D. Ordo: |

Voluntarium recte definitur actus a principio intrinseco seu voluntate pro-  
cedens ex praevia cognitione et advertentia saltem virtuali aut inter-  
pretativa rationis seu intellectus, quae nempe potuit et debuit haberi,  
To. 3. Tr. 1. c. 1. §. 1. n. 9. Dividitur 1<sup>o</sup> in voluntarium in se seu  
expressum et explicitum, et in voluntarium in causa seu implici-  
tum aut virtuale, ib. n. 10. 2<sup>o</sup> in formale seu directum, et in  
interpretativum seu indirectum, ib. n. 11. 3<sup>o</sup> in simplex seu pu-  
rum, et in voluntarium secundum quid seu mixtum, ib. n. 12. 4<sup>o</sup>  
in necessarium, et contingens, ib. n. 13.

Voluntarium duo includit, nempe voluntatis inclinationem, et cogni-  
tionem seu advertentiam eorum, in quibus est actus, seu quae actum  
comitantur, ib. §. 2. n. 14. Unde multiplici sensu aliquid dici po-  
test involuntarium, et se ipsa dividitur 1<sup>o</sup> in involuntarium posi-  
tivum, cum scilicet voluntas aliquid non vult, quod velle posset, et in  
involuntarium contrarium vel positivum, quae aliquid non tantum non  
est volitum, sed etiam est volitum et voluntati adversum: 2<sup>o</sup> Invo-

3

luctarium contrarie duplex est, unum simpliciter, quod ita voluntati displicet, ut illud nullo modo velit, sive Dominum impedire possit ne fiat, sive non; alterum secundum quid, quod licet sub aliquo respectu voluntati displiceat, eadem tamen sub alia consideratione magis placeat, ib. n. 15.

Voluntas sola est propria et directa causa efficiens peccati, To. 3. Tr. 6. p. 1000.

n. 11. Triplici actu obiectum voluntas persequi potest: 1. mus est volitio efficax obiecti, qua voluntas vult adhibere media, qua sunt in eius potestate ad illud obiectum assequendum, seu opus voluntatum consequendum: 2. dus est desiderium inefficax: 3. tius est simplex delictatio, seu mera complacentia de obiecto seu opere apprehenso absque proposito consequendi et desiderio assequendi, qua est simplex quaedam voluntatis affectus, quo res apprehensa tanquam iucunda placeat et grata atque accepta habetur, ib. p. 102. c. 3. s. 4. n. 242.

Quomodo voluntas ad fidem seu fidei actum committitur conueniat, To. 3. Tr. 5. p. 1. c. 3. s. 1. n. 70. Vid. Fides; Petrus humanus!

Voluntas Dei | Vid. Deus!

Voluntates ultima. generatim ultima voluntatis nomine intelligitur actus, quo quis legitime statuit, quid de rebus suis post mortem suam fieri velit; estque ipsa donatio mortis causa, que respectu harum ultimarum voluntatum est genus, To. 3. Tr. 5. c. 3. sect. 2. s. 13. n. 480.

Quadruplex generis seu speciei sunt ultima voluntates, nempe Testamentum, Codicillus, Legatum et Fidei commissum, ib. n. 481. | Vid. Testamentum, Codicillus, Legatum, Fidei Commissum!

Votum definitur promissio deliberata deo facta de meliori bono, seu, ut alii dicunt, de re deo grata et possibili, To. 3. Tr. 4. c. 3. s. 1. n. 100.

Dividitur in reale, personale, et mixtum. Reale est, quo promittitur pecunia vel res pretio aestimabilis, qua actus votantis non sit; Personale est, quo promittitur actus personalis aut omnis ipsius votantis; Mixtum, quo promittitur actus vel omnis personalis simul et aliquid pretio aestimabile. 2. d. in Temporale, quod est ad certum tempus, pro quo votans se obligat; et in Perpetuum, quod censetur fieri, cum nullus obligationi finis est constitutus. 3. d. in Absolutum, quod fit sine conditione, et Conditionatum, quod fit sub aliqua conditione.

4. d. in Solemne, quod ab Ecclesia approbatum et absolute ac in perpetuum acceptatum est: Triplex est, scilicet Paupertatis, Castitatis, et Obedientiae, de quibus in Tractata de Statu Religioso; et in Simplex, quod emittitur vel sine solemnitate, vel abique acceptatione Ecclesiae saltem in perpetuum, ib. n. 101.

Solemne voti essentialiter consistere videtur in traditione sui ipsius cultui Divino simul et in acceptatione per Ministrum Ecclesiae vicem Dei gerentem, et nomine eius acceptantem in statuto ipsius Ecclesiae, ib. n. 102.

Votum Simplex et Solemne inter se essentialiter non differunt, ib. n. 103.

Voti materia talis esse debet, ut votantis eam obligetur, ib. s. 2. n. 104. hinc Jephta, de quo Iudic. 11. qui voverat sacrificium ejus, qui primus ei, post victoriam de Ammonitis victoriam, occurrisset, nec debuit nec potuit sine gravi peccato filiam suam interficere: at dubitatur, an eam se ipsa interemerit, ib. n. 105.

Non valet votum non vendi v. g. aut unguis non abscidendi die Sabbati, ib. n. 106. nec votum contrahendi Matrimonium, ib. n. 107. mixtum quoque est votum non peccandi etiam venialiter: valere tamen videtur votum non peccandi venialiter ex proposito et plena omnino deliberatione, ib. n. 108.

Stultum etiam est votum moriendi, ib. n. 109. Forma voti est voluntas promittendi, ib. n. 110.

Omnis et solus homo, qui rationis compos et sui juris est, vovere potest,

seu est voti subiectum, ib. d. 1. n. 111. Ebrii, amentes, furiosi, sunt inae-  
 quales cuiuslibet voti, ib. n. 112. Monachus coere non potest horarum,  
 vel precum aliquarum recitationem, ib. n. 113. Nec licet sine consensu  
 viti, nec puella sine consensu patris aliquid ex eis, quae ad domesticam  
 dispensationem spectant, possunt Deo promittere, ib. n. 114. Quae  
 non tenentur implere vota illorum nomine à parentibus emissa, ib. n. 115.  
 Voti personalis obligatio ad heredes vocantis non transit; sed votum rea-  
 le, ib. n. 116. Votum ex metu iniuste iniuncto et gravi factum non  
 valet, ib. n. 117. Ignorantia culpabilis non excusat à voto adimple-  
 do, ib. n. 118.  
 Votum est opus bonum et meritorium, necnon legis Evangelicae statui  
 comenians, ib. d. 4. n. 119. et seq. est actus Religionis, ib. n. 122. Opus  
 quod fit ex voto, melius est eo, quod fit sine voto et magis meritori-  
 um, ceteris paribus, ib. n. 123. Sola. ob. ib. n. 126. et seq.  
 De fide est votum obligare, proinde hereticum est asserere, quod  
 non obliget, ib. d. 9. n. 134. et 139. Votum graviter obligat in  
 materia gravi, leviter in levi, ib. n. 136. et seq. Vovens rem gra-  
 vem ad hanc obligatur sub mortali, nisi ex prope voluerit se tan-  
 tum sub veniali obligare, exceptis votis Statibus Religiosi, quae semper  
 sub gravi obligant, ib. n. 136. et 140.  
 Votum impleri debet tempore sententiam vocantis intentionem praes-  
 cripto, ib. d. 6. n. 141. Si eo praefixo tempore vel ex impotentia  
 vel ex negligentia votum non reddiderit, si tempus illud principaliter  
 definiat, non est obligatio implendi votum termino elapso; si ve-  
 ro illud definiat ~~modum~~ ~~modum~~ tanquam terminum, ultra quem  
 noluit differre voti executionem, manet obligatio voti implendi:  
 quod si nullum praefixit terminum, votum, quamprimum commo-  
 di fieri potest, debet impleri, ib. n. 142. Mutatio in mate-  
 ria voti superveniens, quam si vovens praeviderit, votum non emi-  
 sisset, si tantum est ad tempus, suspendit obligationem duntaxat,  
 non tollit; si autem sit perpetua, omnino tollit obligationem, ib. n. 143.  
 Votum personale per ipsum vocantem impleri debet  
 ita, ut, si illud implere non valeat, illud in aliud mutare, quod  
 impleri potest, non teneatur: votum autem reale per alium im-  
 pleri etiam ex his rebus potest, ib. n. 144. Votum ergo mixtum,  
 quatenus est personale, per alium impleri non potest; bene autem qua-  
 tenus est reale, ib. n. 145. Votum interpretandum est iuxta in-  
 tentionem, quam vovens habuit vel habere debuit: si clara non sit eius  
 intentio, interpretandum est iuxta communem verborum intelli-  
 gentiam, quibus expressum fuit: Stricta etiam est interpretandum.  
 Voti materia eo modo poni debet, quo ponitur materia legis divinae  
 et humanae, quia votum habet naturam legis, ib. n. 146.  
 Voti obligatio tollitur 1<sup>o</sup> defectu impletae conditionis, ib. d. 7. n. 147.  
 2<sup>o</sup> Irritatione, si fit votum in praedictum tertii, ib. n. 148. Vota  
 Religiosorum irritare possunt Superiores ipsorum sive personalia sint,  
 sive realia, excepto votis Strictioris Religionis. Pater potest omnia  
 vota tum realia tum personalia filii impuberis; non vero directi vota  
 executio vergit in praedictum familiae, ib. n. 149. et 151. Illud  
 discrimen est inter irritationem directam et indirectam voti, quod  
 prior potius extinguat votum; posterior vero afficiat duntaxat na-  
 turam voti, ipso voto elaso et permanente, unde haec indirecta irita-  
 tio est potius suspensio executionis voti, quam illius extinctio, ib. n. 150.  
 Domini irritare possunt vota servorum, quatenus ea vergunt  
 in eorum detrimentum, ib. n. 152. Maritus potest irritare et sus-

5

3100

6

pendere uxoris vota etiam ante Matrimonium emissis, et vicissim, quando  
 nouum mentum afferunt Societati conjugali, ib. n. 183. Tollitur  
 voti obligatio per dispensationem, quae fit, ut id, quod erat materia vo-  
 ti, propter novam aliquam circumstantiam desinat esse illius materia:  
 ad hoc ut talis dispensatio sit licita tum ex parte dantis quam recipi-  
 entis, debet fieri ex justa causa, ib. n. 184. Iusta autem dispensa-  
 tionis causa sunt praesertim in castitatis ac Religionis voto, 1<sup>o</sup> cum per  
 Matrimonium ledenda sunt lites, quae familias dividunt; 2<sup>o</sup> cum alio-  
 qui conservari nequit illustri aliqua familia, cuius tamen conservatio  
 Reipublicae splendori et bono plurimum profuturum est; 3<sup>o</sup> cum votum  
 potest esse voti occurrere ruina; 4<sup>o</sup> Generationem facilius dispen-  
 satur in votis, quae ex metu aut ex favore passionis alicuius emissae  
 sunt, p. ib. n. 185. Potestas ordinaria dispensandi in votis com-  
 petit solis Praelatis habentibus jurisdictionem in foro externo, Papa  
 erga omnes fideles in omnibus votis; Episcopis erga suos subditos in  
 votis Papa non reservatis; item habentibus jurisdictionem quasi  
 Episcopalem, et eorum quoad hoc Delegatis, ib. n. 186. Vota Pa-  
 pa reservata, praeter Solemnia, sunt quinque, scilicet castitatis per-  
 petuae, ingrediendi Religionem approbatam, peregrinationis in Je-  
 rusalem, ad limina Apostolorum, et ad S. Jacobum in Compostella:  
 quae si conditionata vel poenalia fuerint, ad Episcopum etiamnum  
 pertinet in eis dispensandi potestatem multis videntur; item circa  
 votum castitatis perpetuae dispensare potest Episcopus in quibusdam  
 casibus, nempe si votum post votum contrahit Matrimonium,  
 siue illud fuerit consummatum siue non, modo ad Papam facilis non  
 pateat accessus seu aditus, si imminet periculum infamiae vel inconti-  
 nentiae, si ex injusto metu votum emissum fuerit, si voti conditio  
 nondum impleta fuerit, ib. n. 187. Quidam Theologi timentur  
 Papam non posse dispensare circa votum Solemnis castitatis, sed  
 probabilior est contraria sententia, ib. n. 188. Tollitur etiam  
 voti obligatio per illius commutationem, quae est mutatio materiae  
 voti in aliam sub eadem obligatione: et praenam circa eam sunt  
 observanda, ib. n. 189. et seq.

Una certum mensura genus apud Hebraeos, To. i. Tr. i. p. i. c. 8. n. 137.

unfructuarius |: Vid. Unfructuarius:|

Usurario |: Vid. Usurario:|

Usura ab utendo dicta idem significat ac usus siue bonus siue malus: unde Ma-  
 ra late sumta est quodlibet lucrum siue licitum siue illicitum, vel  
 fructus ex aliqua re perceptus. Strictè sumta definitur lucrum  
 immediate ex mutuo proveniens, siue lucrum temporale percipi-  
 ratione mutui perceptum vel quaesitum, To. 3. Tr. 9. c. 3. sect. 2. §. 3. n.  
309. Est multiplex; alia enim est Realis, alia Mentalis, alia  
 Aperta, alia Clauata, alia Fractionalis, alia Actionalis, alia Bon-  
 th, alia Usurarium, alia Notoria, alia Occulta. Realis est ea,  
 qua in mutuo vel aperte deducitur in pactum, vel saltem insinuatur  
 exterioris mutuum non dari, nisi sub spe et voluntate aliquid recipi-  
 endi supra sortem: Mentalis est ea, quae ex mutuo intenditur et de  
 facto percipitur sed absque pacto quorunque exteriori: Aperta hu-  
 formalis est ea, quae percipitur ex contractu mutui cum pacto expreso  
 lucri: Clauata seu virtualis est ea, quae re vera proventus ex mutuo  
 sed velato aliquo honesto pretestu, puta donationis, p. Fractionalis est  
 pactio usuraria nondum recepto lucro: Actionalis est ipsa acceptio lu-  
 cri usurarii: Usura sortis est ea, quae immediate provenit ex pecunia  
 mutuo data: Usura usurae vero est ea, quae percipitur ex lucro usu-  
 rario: Usura denique notoria duplex est, alia notoria notorietate

facti, quia mutuanus palam dat ad usuram; alia notoria notorietate  
 iuris, quando scilicet mutuanus de hoc crimine est convictus, To. 3. Tr. 5.  
c. 3. sect. 2. §. 3. n. 310. Est prohibita iure divino, ib. n. 311. Naturali,  
ib. n. 312. et humano, ib. n. 313. Solo. ob. ib. n. 314. et seq.  
 Ob. damnum emergens et lucrum capsum tamen licet auferre aliquid ultra  
 sortem, ib. n. 325. et 327. Porro ut ratione damni emergentis aliquid  
 proter sortem auferatur, haec potissimum requiruntur conditiones: 1<sup>o</sup>  
 ut mutuum sit certa et vera causa damni, non autem culpa mutuan-  
 tis; 2<sup>o</sup> ut summa, quae proter sortem exigitur, maior non sit da-  
 trimento, quod accidit mutuantis; 3<sup>o</sup> ut mutuatarius de damno  
 illo moveatur ita, ut penes ipsum sit pecuniam reddere, aut centum  
 aliquo damnum redimere, ib. n. 328. Et ut ratione lucri  
 capantis aliquid ultra sortem auferi possit, requiruntur 1<sup>o</sup> ut pecunia  
 quae mutuo datur, negotiationi exposita sit, aut rei frugifera des-  
 tinata; 2<sup>o</sup> ut mutuanus nullas alias habeat pecunias otiosas;  
 3<sup>o</sup> ut lucrum sit probabile, nec satis est, quod simpliciter sit possi-  
 bile; 4<sup>o</sup> ut deducantur expensae, quae in re frugifera, quae alio-  
 quin emeratur, colenda aut conservanda fieri deberent, ib. n. 329.  
 Ratione laboris in numeranda pecunia, quae mutuo datur, non licet auferre  
 aliquid ultra sortem, ib. n. 330. nec ratione carentia gaudii, quod parit propria  
 pecunia visus, ib. n. 331. nec propter usum rei mutuatam, ib. n. 332. nec  
 quia mutuanus prius se potestate utendi re mutuatam, ib. n. 333. nec quia  
 qui dat mutuo, id factum non tenetur, ib. n. 335. nec quia pecunia nume-  
 rata seu proventus est pretiorum numeranda et absente, ib. n. 334. nec pro-  
 pter obligationem non repretendi sortem ante certum tempus, ib. n. 332.  
 nec propter periculum quod in omni mutuo secundum se spectato aut se-  
 cundum finem, ad quem a Deo fuit ordinatum reperitur, ib. n. 334. et 335.  
 bene autem si mutuanus in se sortis periculum suscipiat et recipiat, ib. n. 336.  
 ut et propter periculum probabile intrinsecum sortis, ib. n. 337. Atamen  
 hic notant graves Theologi id in praesentia sine usu aevum, ib. n. 338.  
 licet denique aliquid in mutuo ultra sortem exigere et recipere titulo pro-  
 cessu a Statuto et locorum consuetudine petito, ib. n. 339. et seq. vultur  
 quae usura minus scripta sunt, ib. n. 343. ea debet esse moderata, atque  
 iuxta modum a legibus definitum, ib. n. 341. et seq.  
 Mutuanus non potest fundus pignoris tibi pro mutui speculatione traditi  
 ultra sortem exigere et auferre; auferitur 1<sup>o</sup> fundum in pignus debiti Do-  
 mino directo datum; 2<sup>o</sup> fundus, qui loco dotis in pignus datur, ib. n. 349.  
 Mutuanus, qui vi mutui a mutuatario exigit, ut condonet reparationem  
 injuria, ad quam mutuanus vel alius jam a Iudice condemnatus est, vel  
 condemnari debet, quamvis mutuatarius nec ex justitia nec ex cha-  
 ritate remittere tenetur, usuram committit, ib. n. 351. Usura eti-  
 am esse videtur exigere a mutuatario, ut quoties indigerit mutuator  
 remittat, vel ut iusto quavis portio emat apud mutuantem, in mo-  
 lendino ejus molat, domum ejus locet, p. ib. n. 352.  
 Poena conventionalis absque usu mutuo apponi potest, modo adsint  
 conditiones sequentes, 1<sup>o</sup> ut non fiat in fraudem usurariam, sed ea sola  
 vera et sincera intentione sortem suam tempore Statuto recuperandi;  
 2<sup>o</sup> ut debitor vere sit in culpa non solvendi notabili tempore post  
 transactum terminum; 3<sup>o</sup> ut poena sit moderata secundum men-  
 suram culpa et rei mutuatam; et si pars debiti solvatur, non po-  
 test tota poena exigi, sed tantum pro ratione partis non solvatae, ib.  
n. 353. Talis poena conventionalis debetur ante omnem Iudicij  
 intentionem, ib. n. 354. Quare Deus usuram Hebraeis permisit,  
To. 1. Tr. 1. p. 2. sect. 1. c. 1. n. 202. | Vid. Usurarius: |

7.



Usurarius realis ad restitutionem amarii percepti tenetur, To. 3. Tr. 9. c. 3. l. 2. §. 3.  
n. 356. ut et mentalis, ib. n. 357. item ille, qui bona fide contractum us-  
 rarium inuit: non item si expressè intendit omni, quo potest, titulo ius-  
 to contrahere; aut si virtualiter et implicite justum aliquem titulum in-  
 tendat, ib. n. 358.

Tutores restituere tenentur id, quod ex pupillorum denariis usurarie compa-  
rarunt, ib. n. 359. Heredes usurarii tenentur restituere ea, quae  
 ipsa usurarie comparavit, singuli scilicet pro rata, non vero in solidum,  
ib. n. 360. Qui cooperantur ad usuras etiam restituere tenen-  
 tur, sicut ii, qui furto cooperantur, ut sunt consulentes et suaden-  
 tes usuras, aut pecuniam praebentes ad eas excutendas; Domini tempo-  
 rales, Judices, Advocati, qui edito, precepto, aut aliter causa sunt, ut  
 vel solvantur usura, vel soluta non restituantur; ministri principales  
 Usurarii, ut proxeneta, negotiorum gestores, factores, corresponden-  
 tes, Notarii conficientes instrumenta, requirunt Usurario, si quo-  
 rum solvenda sunt usura; Sicut si postulante mutuatario ea con-  
 ficiant; quamvis enim sic peccent et reperi sint, non tamen sunt in-  
 justi, quia volenti et roganti non injuriam sed solatium afferunt,  
ib. n. 361.

Usurarii publici et notorii sunt infames, p. ib. n. 362. Scilicet  
 necessitate gravi et rationabili, non licet petere mutuum ab Usu-  
 rario sub usuris, ib. n. 364.

Usus dicitur jus utendi tantum re aliena ad suum non vero ad alienum  
 usum, To. 3. Tr. 9. c. 2. l. 2. §. 1. n. 178. Ab aliquibus duplex statui-  
 tur, alius irrevocabiliter concessus, quomodo in mutuo conceditur usus  
 pecuniae, panis, et vini; alius revocabiliter concessus, qualis est usus  
 ciborum et vestium, quae Monasterii Superior concedit Religioso sub-  
 dito; ita enim horum usum concedit, ut ad libitum revocari possit,  
ib. n. 179.

In rebus, quae unico usu consumuntur usum posse à Domino dis-  
 tinguere variis exemplis suaderi posse videtur; consequenter Religio-  
 sos fratres Minores dictos hujusmodi rerum unico usu consumptibili-  
 um viduum habere usum non dominium, ib. n. 180.

Ususfructus est jus utendi et fruendi rebus alienis, sicut earum substantia,  
To. 3. Tr. 9. c. 2. l. 2. §. 1. n. 172. Qui habet usufructum totius  
 armenti vel gregis collectivè sumti tenetur restituere totidem capita  
 in locum mortuorum eo factu, quem percipit, quae ubi substituta fuerint  
 cedunt in dominium proprietarii: si tamen singulorum capitum dis-  
 sim, non gregis collectivè sumti, usufructum habuerint, non tenetur  
 ad illa substituenda capita in locum eorum, quae percipiunt, ib. n. 173.  
 Si quis sit usufructuarius vinea aut hylae, locò arborum aut vitium  
 demortuorum tenetur alias plantare, nisi tempestate aut simili ca-  
 su eversa sint, ib. n. 174. Si usufructuarius sit aedium, tenetur  
 modicas expensas conferre de suo ad earum reparationem, ut integra  
 permaneant; Sicut si vetustate corruerint: ei quoque inveni-  
 unt alia onera, vel tributa solvenda, quae rei sunt imposita, tenetur  
 etiam ad rationabilem rei usum, et se gerere debet tanquam bonus  
 paterfamilias, qui rem sibi et suis in posterum conservare cupit, ib. n.  
175.

Ususfructus dupliciter acquiritur, 1<sup>o</sup> per dispositionem legis, et tunc dicitur  
legalis, atque hoc modo pater habet usufructum bonorum adven-  
tionum filii; 2<sup>o</sup> hominum voluntate; puta Testamento; vendi-  
tione; stipulatione, huius dicitur conventionalis, ib. n. 176.

finitur Ususfructus per mortem Ususfructuarii: Si enim quia ususfructus constitutus est, pereat: Si Ususfructuarius tanto tempore iure suo non utatur, quanto quis est, ut Dominus directus contra eum prescribat: Si Ususfructus ab Ususfructuario proprietatis Domino cedatur: Si ad certum tempus, vel ex lege, vel ex conventionem constitutus sit, ex quo tempore finitur; quod si relinquatur Ecclesie vel Civitati absque ulla temporis determinatione, finitur post centum annos: per capitis diminutionem maximam, quae scilicet quis libertatem, civitatem et familiam amittit; et mediam, quae civitatis et familiae, non vero libertatis amissionem, involvit; non vero per minimam, quae solum familiae mutationem importat: extinguuntur ergo Ususfructus tum morte naturali, quae omnia jura solvit; tum morte civili; civiliter autem moriuntur 1<sup>o</sup> qui perentorio et ultimo iudicio ad mortem damnati sunt, 2<sup>o</sup> qui caecum perpetuo, trisemibus, exiliove ultra novem annos duraturis multantur, ib. n. 177.

Z

Zacharias Propheta, cuius, et quo tempore floverit, To. i. To. i. p. 2. Sect. i. c. 4. n. 545. et 546. Vaticinia ipsius iteratam de Christo prophetiam continent, ib. n. 546. Omnium Prophetarum Minorum prodixissimus et brevissimus est, ib. n. 546. Quaedam illius capita ex hodi quidam Jeremia adscribunt, cur, ib. n. 547. Quis ille Zacharias fuerit, qui 2. Bas. slip. c. 24. inter Templum et Altare crucis memoratur, ib. Sect. 2. c. i. n. 575.

Sinis

329